poëtari eo modo, quo Phrynichus et Amipsias fere semper inducere solent bajulos in comoedia? Luce clarius est, scribi omnino non potuisse, *εἴπερ ποιήσω μηδὲν, ὥνπερ Φρύνιχον κάμειψιον σκευοφόροι ποιεῖν εἰώθασιν*. Nam etsi Xanthias bajulus cum aliis bajulis videbatur comparandus esse, ipsorum tamen poëtarum ineptiae, non bajulorum ab iis inductorum reprehendi debebant: ita ut Xanthias cum ipsis poëtis, non eorum personis rectissime argutissimeque componatur. Etenim verba *εἴπερ ποιήσω μηδὲν* Xanthias dicit ex animo ipsius Aristophanis. Scholiasta primum sic explicat, *εἴπερ ποιήσω μηδὲν, ὧν οὗτοι εἰώθασιν ποιεῖν τοῖς σκευοφοροῦσιν*, ut *σκεύηφ*. dativus sit participii: » quae hi solent tribuere bajulis. « Hoc sequuti sunt A. Divus, Kusterus, Reiskius, Brunckius, de quibus Brunckius edidit *σκευηφοροῦσ'*. At haec minime graeca oratio est: neque enim poëta *ποιεῖν τοῦτο σκευοφόρῳ*, sed potius *ποιεῖν οὕτω σκευοφόρον* attice dicebatur. Deinceps autem pergit scholiastes, *ἀντὶ τοῦ σκευοφόρους ἄνδρας ποιοῦσιν*. ἔστι δὲ βεβιασμένος ὁ λόγος. *εἴπερ ποιήσω μηδὲν, ὧν οὗτοι ποιοῦσι σκευηφοροῦντας εἰσάγοντες μετὰ πολλῶν*. (lege μετὰ πορδῶν collato v. 10 ἀποκαρδήσομαι:) *λείπει οὖν τὸ* (adde hic *εἰσάγοντες*). [*ὧν εἰώθασιν οὗτοι ποιεῖν τοῖς σκευοφόροις*. Revolvitur ad primam explicationem eamque hic temere repetit.] Hic igitur interpretes etsi absurde supplevit *εἰσάγοντες*, omnino tamen legisse videtur *σκευηφόρους*. Porsonus cum Cantabrigiensi secundo legit, *ὃς σκευοφοροῦσ'*, G. Hermannus autem nihil mutat praeter interpunctionem, — *ὥνπερ Φρύνιχος εἶωθε ποιεῖν καὶ Λύνις κάμειψίας σκευηφοροῦσ'* ἔ. ἔ. κ. Porsonum nuper sequutus est Boissonadius. Credo, sic iudicabant viri eximii, pereleganti joco bajulos poëtas ipsos dici, a quibus bajuli temere inducti essent. At Xanthias minime aliorum poëtarum bajulos simpliciter reprehendere poterat (semet ipse enim vel Aristophanem potius reprehenderet, quoniam Xanthias tum nihil aliud profecto, quam bajulabat). Immo vero cacaturientes pedentesque bajuli, qui fuerant apud Phrynichum Amipsiamque, bilem comicorum principi moverant. Tum Dobraei conjectura, *οἷς σκευοφοροῦσ' ἐκάστοθ' αἱ καμψίδαι* non magis intelligi potest, quam Bothii, *καὶ Λύνις pro καὶ Λύνις*. Postremo G. Dindorfius totum hunc versum, *σκεύη φέρονσ' ἐκάστοθ' ἐν καμψοδίῳ* expunctum voluit: de qua sententia, falsa illa quidem haud dubie, veruntamen quodammodo speciosa sic habendum est. Nam hic senarius, si quidquam, necessario requiritur: propterea quod sine eo tota oratio quovis gripho et aenigmate obscurior esset, neque tum Aristophanes illos poëtas apte vituperaret, sed ipse potius cum ista tanta obscuritate merito videretur reprehendendus esse. Plane Dindorfius censet, interpretem, a quo versum putat adjectum esse, non melius poëtae consuluisse, quam Nubium versui 296 *οὐ μὴ σκῶψεις, μηδὲ ποιήσεις, ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι* scholiastam nescio quem in margine quarti Regii his verbis: *Οἱ ἄλ-*

λοι καμικοί. οὗτοι γὰρ ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτῶν ἀνθρώπους εἰσῆγον χέζοντάς τε καὶ ἔτερα αἰσχροῦ ποιοῦντας — . Quod argumentum contra se attulit vir doctissimus. Nullo enim pacto interpret scribere potuit, *σκευή φέρονσ' ἐκάστοι' ἐν καμωδία*, trimetro justo et verbis etiam atticis, sed ita, credo, dixisset, *Οὗτοι γὰρ πανταχοῦ εἰσῆγον σκευοφόρους χέζοντας μετὰ πορδῶν*, quemadmodum hoc ipso loco scribit scholiasta, — *ὧν οὗτοι ποιοῦσι, σκευηφοροῦντας εἰσάγοντες μετὰ πορδῶν* et alius quidam in cod. Regio E, — *καμικοὶ εἰσι ποιηταί, σκευοφοροῦντας εἰσάγοντες ἐν ταῖς καμωδαῖς καὶ αἰσχροῦ ποιοῦντας*. Sed forsitan magna lectionum diversitas Dindorfii animum percussit. Injuria quidem. Nam in loco tam obscuro et impedito, ad constructionem difficili, in illis autem vocibus *σκευή φέρονσ'* propemodum desperato grammatici, scholiastae, doctiores adeo librarii hoc sibi ingenium induere solebant, ut paene ad philologorum morem conjecturas admodum varias caperent, quarum bona pars in Ranis potissimum, sane multorum codicum fabula, servari debuit. At, inquit Dindorfius, versum *σκευή φέρονσ'* — Suidas in codice suo omnino non invenit. Audio: nunc demum aliquid dicit, quod ad rem pertineat: sed tamen videbimus. Ita igitur Suidas in ed. Mediol.: *Λύκις. λέγεται καὶ λύκος. καμωδεῖται ὡς ψυχρὸς ποιητής. ἀριστοφάνης. τί δῆτ' ἔδει με ταῦτα τὰ σκευή φέρειν, εἴ πορ ποιήσω μὴδὲν ἄνπερ φρόνιχος εἰσθε ποιεῖν. καὶ λύκις κάμειφας. οὗτοι οὖν οἱ τρεῖς καμικοὶ ὑπόψυχροι. ὁ δὲ φρόνιχος ἐν ταῖς καμωδαῖς παρ' ἑκαστα ἐφορτικέστω. καμωδεῖται δὲ καὶ ὡς ξένος* (scribe aut cum scholiasta ὡς ξένος καὶ αὐτὸ καὶ ὡς ξένος, καὶ) *ἐπὶ φανότῃ ποιημάτων. καὶ ὡς ἀλλότρια λέγων. καὶ ὡς κακόμπερα. ἐγένοντο δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς φρόνιχοι. σκευοφοροῦσ' ἐκάστοι' ἐν καμωδία*. Videlicet Suidas primum descripsit scholia, quae etiam nunc exstant ad v. 14 et 13 (a Lycide enim v. 14 ei ordiendum erat) et postea demum versum 15 addidit, scholiis illis jam descriptis. Itaque etiam Suidas versum 15 manifesto legerat, et legerat continuo post v. 14. Neque vero Kusterus versum *σκευοφοροῦσ'* — *καμωδία* suo loco post *Ἀμειφίας* violenta conjectura eaque tacita reposuisset, si ei mala Suidae consuetudo perspecta esset. Videtur enim Suidas codice Aristophanio ejusmodi usus esse, in quo scholia non ad marginem solum posita videret, sed etiam inter lineas contextus inserta, quo facilius hominis stupor scholia cum poëtae versibus confundere posset. Hoc Suidas fecit planissime primum sub *Ἠγέλοχος*, ubi posuit Ran. 303. 304, tum scholia ad h. l., deinde vero v. 305 *ἤμπουσα φρούδης*; iterum s. *Κατατιλᾶ* posuit Ran. 366, tum scholia, deinde Ran. 367 tertium s. *Φραστήρης*, ubi posuit Ran. 418, tum scholia, deinde Ran. 419 sqq., tum denuo scholia, ut textum et scholia sine ullo discrimine ultro citroque jactaverit. Etenim antiquum Suidas obtinet multis etiam aliis locis, veluti s. *Πλεῖν*, ubi attulit Ran. 18, tum scholia nostra, deinde Ran. 17. 18., s. *Παρακεκινδυνευμένον*, ubi affert Ran. v. 96, deinde scholium,

tum Ran. 98 sqq. s. 'Απ' ἐχθρῶν πολλὰ —, ubi primum affert Aves v. 375 — 377, deinde ad eum locum scholia nostra, tum Avv. 378 — 380. Postremo Dindorfii liberalitatem a me deprecor, qui ne quidquam inexpertum relinqueret, quattuor conjecturas putavit addendas esse, σκευηφόρους et τοὺς σκευοφόρους, et σκευηφόροις et τοῖς σκευοφόροις. Nam dativus quidem vehementer pugnat cum usu loquendi certissimo; neque magis accusativus tolerari potest, nisi prius ὥνπερ v. 13 recte et ratione emendatum fuerit. — Pro ἐν καμφδίᾳ Ravennas ἐν τῇ καμφδίᾳ testatur.

V. 16. μὴ νυν] ita recte edidit Dindorfius pro μὴ νῦν —.

V. 18 κλεινὴ ἢ νιαντῶ] πλήν ἡνιαυτοῦ Rav. πλήν ἡνι αὐτοῦ Ven. Phrynichus Bekkeri p. 58, 23. Πλέον ἢ ἐνιαυτῷ προσβύτερος ὑπὸ τῆς ἀηδίας γίνουμαι: ἀστέιον. τὸ γὰρ ὑπὸ τῆς ἀηδίας οὕτω διατρίβεσθαι, ὡς καὶ τῶν ἐτῶν σφαιριεῖσθαι, οὐδὲν ἄλλ' ἢ αὐξήσεῖς ἐστίν. Locus est sanequam memorabilis, ex quo intelligitur, Phrynichum a scholiis se ipso antiquioribus fere totum pendere. Ita enim scholiastes ad h. l. — διὰ τὴν ἀηδίαν οὖν γηράσκω φησί. Itaque Phrynichus scholiastam descripsit, ejusque verbum atque explicationem ἀηδία male ipsi tribuit scriptori. Multo rectius idem Phrynichus p. 73, 1 γολή ἐστιν: ὅλον ἀηδὲς —. Cum scholiasta ferme consentit et vv. 17. 18 apponit Suidas in Πλείν. Similiter Latini verbo senii utuntur, sicuti Cicero De Oratore II, 59. Senium est, quum audio.

V. 19. ὦ] Dindorfius e Cantabrig. I. edidit ὦ. At obstare videtur Nub. 167 ὦ τριαμαχάριος τοῦ διεντερεύματος, ubi intelligitur ὁ πρωκτός. — Statim — κακοδαίμον Flor. b et ἄρ' pro ἄρ' Mutinensis.

V. 21 — 24.] Hos versus affert Suidas s. Ὀχημα, ubi scriptum est — μὲν νίδος ὦν Σταμνίου Διόνυσος βαδίζω et sic porro.

V. 22. νίδος Σταμνίου] Dicendum erat νίδος Διδος, sed commiscet se Bacchus cum vino suo, haud dubio amphorae filio. Optime scholiasta, δέον εἰπεῖν νίδος Διδος, νίδος σταμνίου εἶπε παρ' ὑπόνοιαν. ἐπειδὴ ὁ οἶνος ἐν σταμνίῳ βάλλεται, ὁ δὲ Διόνυσος εἰς τὸν οἶνον ἀλληγορεῖται πλ. Scholiastae assensi sunt Berglerus, Spanhemius et Toupus Cur. Noviss. in Suid. p. 146 (p. 298 et Lips.). Longe aliter visum est scholiastae ad Plutum v. 545, qui Στάμνιος Jovis cognomen fuisse conjecit, ὅτι δὲ ἀπὸ τῆς στάμνου ἢ τοῦ στάμνου καὶ Ζεὺς λέγεται Στάμνιος, δηλώσει που καὶ ὁ κομικός. Ceterum de istius opinionis veritate recte dubitavit Berglerus ad Nubes v. 1464. Nam in tot Jovis graeci nominibus Ζεὺς Στάμνιος tamen plane inauditus est. Et quanquam Bacchus origine sua hic gloriatur, idem poterat utique sic joculari, Διόνυσος, νίδος Σταμνίου, quoniam hunc deum Jovis, non alicujus amphorae filium fuisse omnes non modo homines, verum etiam pecudes intelligebant. Postremo conferre licet Athenaeum X, 436 f. Ξέναρχος δ' ὁ Ῥόδιος διὰ τὴν πολυποσίαν Μετρητῆς ἐπεκαλεῖτο μνημονεύει δὲ αὐτοῦ Εὐφορίων ὁ ἐποποιὸς ἐν Χιλιάσι. Minus recte Aelianus Varr.

Hist. XII. 26. Ποτίστατοι γηγόνασιν ἄνθρωποι, ὥσπερ φασί, Ξεναγόρας ὁ Ρόδιος, ὃν ἐκάλουν ἀμφορέα — . Praeterea cum nostro loco Athenaeum XIII, 584 f. Δημοκλέους τοῦ παρασίτου, Λαγυνιώωνος ἐπίκλην bene comparat Winckelmannus Act. Soc. Gr. V. II F. I p. 6.

V. 23. τοῦτον δ' ὄχῳ] Scholiastes, ὄχῳ: ὀχεῖσθαι ποιῶ. ἐπὶ ὄνῳ γὰρ ἦν καθήμενος. ποιεῖται δὲ τι καὶ αἰσχροῦν, ἀντὶ τοῦ ἐπιβείνω αὐτόν. At inire (equam) Graecis non est ὀχεῖν, sed potius ὀχεύειν.

V. 24. Dawesio profitenti, finales particulas Optativum post praeterita tempora, Conjunctivum autem post praesentia et futura adsciscere, usque eo credidit Brunckius, ut hic Conjunctivos ineptissima conjectura substitui vellet. Habent autem ταλαιπωροῖτο — φέροι libri omnes praeter Cantabr. I, qui ταλαιπωρῶτο — φέρει et Cantabr. II, qui ταλαιποροῖτο. Ceterum vel ipse Dawesii canon Brunckium erroris convincit. Nam ὄχῳ, unde Optativi suspensi esse debent, Praesens est Historicum, concinne illud positum, quod Praesentia βαδίζω καὶ ποτῶ antecedunt. Atqui post Historicum Praesens omnino licet et Graecis Optativum ponere (ut Eurip. Hecub. 12) et Imperfectum Latinis (Cic. Pro Sextio c. 14). Quid quod hic quidem Optativos necessitas ipsa extorsit. Neque enim nunc dominus vehi Xanthiam eo consilio sinit, ut ne laboret neve onus ferat (vel maxime enim affligi se et onere isto opprimi servus clamat); verum antea, quum hominis mollitiem necdum praevidere potuisset, hoc consilium iniecit. Bene etiam Reisigius in Conject. p. 212 »aerumnam quidem suam Xanthias conqueritur: Dionysus vero voluisse profitetur, ne laboraret.« et iterum ad Oedip. Colon. p. 169. Omnino autem tenendum est, Conjunctivo rem praesentem, Optativo autem praeteritam indicari. Quare praesentia ita demum sequi Optativus potest, si eis praeteritae rei notio subiecta est. Neque vero praeteritis temporibus Optativus ubique comitatur, sed ea etiam Conjunctivus in re quidem etiamtum praesente sequi rectissime potest. Quam rem primum demonstravit Hermannus ad Hecubam v. 27, locum caeteroquin haud satis aptum: κτείνει με χρυσὸν τὸν ταλαιπωρον χάριν | ξένος πατρῷος, (καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἄλδος | μεθ' ἧχ'), ἔν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ. Etenim ἔν' pendet a verbo κτείνει, illa autem καὶ — μεθ' ἧχ' posita sunt διὰ μέσον. Paullo rectius affert Hermannus Hecub. 696 ubi Chorus, quum modo dixisset τίς γάρ νιν ἔκταν; ita pergit: ὦ μοι τί λείξεις; χρυσὸν ὥς ἔχῃ κτανῶν; tametsi hic cum Codd. quibusdam scribere licet ἔχοι. Porro in eadem fabula v. 1214 ἐμοὶ δ' ἔν' εἰδῆς, οὐτ' ἐμὴν δοκίς χάριν, | οὐτ' οὖν Ἀχαιῶν ἄνδρ' ἀποκτεῖναι ξένον, | ἀλλ' ὥς ἔχῃς τὸν χρυσὸν ἐν δόμοισι σοῖς videri potest corrigendum esse ἔχοις, quia Agamemnon de solo consilio caedis (quod dissimularat Polymestor v. 1107) non etiam de possessione auri disputat. Attamen etiam ἔχῃς defendi poterit: quoniam caedes illa tanto certius auri causa videri debebat commissae esse, si Po-

lymestor tunc hoc aurum revera possideret. Aptissimum vero illud exemplum est, quo utitur Reisigius Avv. 73, ubi Trochilus ita dicit: *οὐκ ἀλλ' ὅτε περ ὁ δεσπότης | ἔποψ' ἐγένετο, τότε γενέσθαι μ' εὖξ' αὐτοῦ | λουθὸν διάκονόν τ' ἔζη*. Nimirum Trochilus illo ipso tempore Epopi serviebat. Verum hae rationes nihil valent in Thucydide, qui post praeterita tempora consiliique particulas conjunctivum ponere prorsus consuevit, de qua re dictum est a Poppone P. I V. I. p. 141 sq. In caeteris vero scriptoribus ego dubio loco exercitus olim mihi tiro proponere solebam Hermannii doctrinam certe egregiam, qui conjunctivum objective (de re ipsa veritateque), optativum subjective (de opinione) usurpari censet.

V. 25. Sequitur festivissimus Xanthiae bajuli jocus, quem rusticis Phrynichi bajulis velut exempli loco proposuit. Quum enim servus onera de humero suspensa portaret, ipse autem asino veheretur: Xanthias semet ipsum bajulare dicit, Bacchus onera illa ab uno ferri asino vociferatur. Non nostrum est, tantas componere lites: sed tamen magis lepidam urbanamque hanc esse concertationem dixerim, quam decantatam istam de umbra asini fabellam.

V. 26. *φέρων γε*] *φέρω γε*: Cantabr. II. Aliter Bacchus accipit *τίνα τρόπον*; quomodo fers h. e. nullo modo fers, aliter Xanthias quasi de modo ferendi interrogatus, *βαρέως πάνν* inquires, admodum affligor.

V. 27. Scripsimus *ὄνος* e Ravennate et Elbingensi; vulgo enim legebatur *ὄννος*, idque habet etiam Eustathius p. 488, 10. Enimvero *οὔνος* (ut *οὔλυμπιος*, *οὔδουσεὺς* cet.) pro *ὄνος* grammatici temere posuerunt, joco poetæ haud intellecto. Namque ex ipsa membrorum oppositione, *ὃ σὺ φέρεις*, *ὄνος φέρει* colligitur, lusum e dicti ambiguitate quaeri. Dicti urbanitatem, quae inest in scriptura *ὄνος*, ante nos animadvertit Bothius, sed vehementer in eo laborat, quod et articulo opus sit, ut de asino certo, et tamen cum ipso articulo jocus pereat. Recte vero deesse articulum duplex ostendit sententia, altera: nonne hoc onus, quod tu *fers* (*ferre te dicis*) asinus (*ein Esel*) fert? (alqui tu non es asinus; ergo quum asinus ferat, sequitur te quidem non ferre), altera: nonne onus hoc, quod tu fers, asinus (*ein Esel*) fert? (nam tu ipse es asinus; ut sive has sarcinas tu asinus, sive tuus asinus ferat, certo tamen ferat asinus). Saepe autem Graeci stolidum hominem vocarunt asinum, ac potissimum in comoedia. Scholiastes ad Plutum v. 179 *καὶ Πλάτων δὲ Δαίη φησὶν· οὐχ ὄρες, ὅτι | Φιλωνίδην πον τέτοικεν ἡ μήτηρ ὄνον, | τὸν* (sic Hemsterhusius, ante quem Bentlejus minus recte *ὄνος τὸν* — Aldina *ἀνόητον*) *Μελιτέα κοῦκ ἔκαθεν οὐδέν; καὶ Θεόπομπος Ἀφροδισίοις· ὄνος μὲν ὀγκᾶθ' ὁ Μελιτέος Φιλωνίδης.* [Hic desidero, *Καὶ αὐθις*] *ὄνον μίγξις μητρὸς ἐβλάστε τῇ πόλει.* Quod ad ultimum versum attinet, persimilis jocus est Scipionis de C. Metello apud Ciceronem De Oratore II, 66 Si quintum pareret mater ejus,

asinum fuisse parituram. Nam latini quoque scriptores hominem miri stuporis dicere asinum solent, ut ipse Cicero in Pisonem c. 30. Quid nunc te, asine, literas doceam? Non opus est verbis, sed fustibus. et Terent. Heauton Tim. V, 1, 4 in me quidvis harum rerum convenit, | quae sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus. Ceterum asino vehitur Xanthias servus, minime quo Silenus fuerit ipse, sed tantummodo ad similitudinem Sileni. Aptē Berglerus contulit Lucian. D. Concil. c. 4 οὐ δὲ (Σειληνός) φαλακρός γέγων, σιμὸς τὴν ἕйна, ἐπὶ ὄνον τὰ πολλὰ ὀχούμενος, Αὐδὸς οὗτος, ubi vide Gesnerum. Sed post v. 35 κατάβα πανούργως mirum est de asino isto silentium, quem illo statim loco clam oportet e scena abductum esse.

V. 28. Mutinensis δ' exhibet pro γ' ut puto, Ravennas autem non aule πῶς demum, sed jam post μὰ τὸν Δ' personam habet Dionysi, hoc modo δ%. οὐ | πῶς γὰρ — ; Scilicet Ravennas aliam lectionem corruptit, minime illam quidem veram, paullo tamen tolerabiliorem, quae proditur a scholiasta, — τινὲς δὲ εἰς τὸ φέρω δύο στυγμάς ποιοῦσιν, ἀφαιροῦντες τοῦ μὰ τὸν Δ' οὐ τὴν μίαν στυγμήν. Itaque nonnulli personas male sic distribuerunt, Ξαν. οὐ δῆδ', ὅ γ' ἔχω γὰρ καὶ φέρω. Διο. μὰ τὸν Δ' οὐ. πῶς γὰρ φέρεις — ;

V. 29. ὅς γ' αὐτός] ὅτ' αὐτός margo ed. Canin. in Bibl. Leid. Pro φέρει Flor. b φέρη.

V. 31. Pro δ' οὖν male Poggianus γοῦν. αὐτὸ δ' οὖν — οὐ φῆς ἀφελεῖν Florentinus b. Eodem pertinent φῆς ἀφελεῖν in Mutinensi, Cantabr. I (φῆς ὁ. vel potius φῆς σ' ὁ. primo Cantabr. II nunc φῆς σ' ὁ.) et Barocciano, ubi σε glossae loco est super ἀφελεῖν, denique conjectura in Exc. Scaligeri, Ἐν τῷ μέρει σου alii. Σὲ δ' οὖν scribi non potest, quoniam σὺ, neque vero σε cum gravi oppositione dicitur. Ob id ipsum vero σὺ jure repetitum est (σὺ δ' οὖν — ἐν τῷ μέρει σὺ —), de quo genere in Quaest. Luc. p. 14 sq. disserui. Facessant igitur malae correctiones. — Phrynichus Bekk. p. 10, 4. Ἀράμενον φέρειν: Ἀττικῶς. ἡ σύνταξις δὲ εἰπεῖν ἄφρατα. Codex ἀράμαιον. Recte scribit Bastius Ep. crit. p. 262 Ἀττικῇ ἡ σύνταξις δέον —. Attamen apud Boissonadium ad Philostr. p. 531 ipse codex habere dicitur, Ἀράμαιον φέρειν Ἀττικῇ ἡ σύνταξις δέον εἰπεῖν ἄφρατα. Phrynichus nostrum locum designare potest, potest etiam alios, ut infra v. 525 et Pac. 1305. Si tu tamen fers, inquit Bacchus, nec tibi quidquam asinus prodest, vicissim tu asinum ferto sublatum. Verum Xanthias non usque eo erat asinus, quin se animadverteret hoc dicto illudi.

V. 33. ἐγὼ οὐκ] ἐγὼγ' οὐκ Rav. Elb. Ven. Mut. Barocc. ἐγὼ γ' οὐκ Flor. b. ἐγὼγ' οὐ v. Cantabr. I. ἐγὼ οὐκ ut vulgo Suidas s. Οἰμοί, ubi hunc versum affert. Ἐγὼγ' οὐκ nihil aliud esse quam crasin ἐγὼν leviter depravatam bene judicat Dindorfius collata Ravennatis lectione ἐγὼγ' οὐκ

in Eqq. 1016 *ταυτὶ μὰ τὴν Σημήτηρ' ἐγὼ οὐκ οἶδ' ὅ τι λέγει*. Verbis autem, *τί γὰρ ἐγὼ οὐκ ἐναυμάχουν*; adhibeo Menandrea p. 274 M. *τί γὰρ ἐγὼ κατελειπόμην*; Me miserum, inquit, qui praelio ad Arginusas non interfuerim: tum enim (libertate adepta) plorare te multum juberem. De pugna illa navali infra dicetur ad v. 693.

V. 34. ἡ τᾶν] ἡ γ' ἂν Barocc. *εἰτ' ἂν* et gl. οὕτως vel potius *δυνως* Cantabr. I.

V. 35. Grammaticus in Aldi Hortis Adon. fol. 185 b de forma *κατάβα*: — *χρησις παρὰ Ἀριστοφάνει· κατάβα πανούργης· εἰσὶ δὲ καὶ ἀμφοτέρω εὐχρηστα, καὶ τὸ κατάβηθι καὶ τὸ κατάβα* —. Homo pendere videtur a scholiasta ad h. l. τὸ χ, ὅτι *κατάβα φησί· πρὸς τοὺς ἀξιοῦντας, ὅτι κατάβηθι λέγεται μόνως*. Nihil monitum est in scholiis nostris ad Vesp. 979. Tum egregia scholiastae observatio, τὸ δὲ *πανούργης* ἡμῖς μὲν *μικραιότερόν φαμεν, Ἀττικοὶ δὲ ἐπὶ σφοδραῖς ἀτιμίας*, nescio an deprompta sit e deperditis scholiis ad Eqq. 249. Nam et Equitum locus haud dubie etiam luculentior est, et illos Equitum versus subiecit Suidas s. *Πανούργος* eidem observationi, scribens ille — *ἐπὶ σφοδραῖς βλασφημίαις* h. e. *ἐπὶ σφοδραῖς βλασφημίαις*. — Ceterum Juntina I *πανούργης γὰρ, omisso καὶ*.

V. 36. Vulgo absurde legebatur *εἰμι*, quasi Bacchus ab Herculis janua non jam proxime abesset. Emendavi, ut oportebat, *εἰμὶ* ante hos quattuordecim annos comparato loco Eccles. 1093 *οἶμοι κακοδαίμων, ἐγγὺς ἦδη τῆς θύρας | ἐλκόμενος εἰμὶ* —; Et vero scribunt *εἰμὶ τῆσδ' οἱ Venetus, εἰμὶ τῆσδ' οὐ Poggianus et Florent. b, οὐ etiam Mutinensis, qui idem tamen εἰμι*. *Εἰμὶ* nuper recepit Bekkerus, expetiverant Spanhemius, qui inepte conjunxit *βαδίζων εἰμὶ*, et Wakefieldius Silv. Crit. IV p. 16. Dindorfius in prima editione *εἰμι* servavit, postea tamen *εἰμὶ* a me monitus ni fidem recepit.

V. 37. Perraro nec nisi certis in formalis Attici *ἡμὶ* pro *φημὶ* dixerunt per aphaeresin. Aristophanes bis tantum usurpavit, hic et in simili loco Nub. 1129 *παῖ, ἡμὶ παῖ, παῖ*. Nam quod Bergkii De Antiq. Com. p. 396 in hoc ejusdem poetae versu, *B. μὰ τὸν Δ' οὐ δῆτ'· Ἀ. οὐδὲ βατὶς; B. οὐδὲ φημ' ἐγὼ* conjecit οὐδ', *ἡμ' ἐγὼ*, leges grammaticae pro οὐδ' requirunt οὐδὲ αὐτῇ sive οὐδὲ *βατὶς*, verissimeque ego olim post Porsonum aliosque οὐ *φημ' ἐγὼ* restitui. At, inquit, etiam *ἡοὶ* pro *φηοὶ* dixerat Hermippus. Semel quidem et fortasse certo consilio. Locus est apud Photium p. 62, 1 — *καὶ ἦν δὲ ἐγὼ· ἀντὶ τοῦ ἔφην [δὲ] ἐγὼ· παρ' ὃ δὴ καὶ Ἑρμοῖπος ἐν Ἀθηνᾶς γοναῖς ἦσιν ἀντὶ τοῦ φησὶν· Ὁ Ζεὺς, δίδωμι Παλλὰς, ἡοὶ, τοῦνομα*. Ita Porsonus, nomine *Παλλὰς* feliciter restituto; codex *διδωνω πολλὰς φησι*. Suidae s. *Ἡ δ' δὲ* codices habent fere, *διδωνα πολλὰς*. Non puto interlocutorem quippe Jonicum dixisse, *Ὁ Ζεὺς, δίδωθι Π.* —, sed conjicio, *Ὁ Ζεὺς, δίδουν μοι Παλλὰς, ἡοὶ, τοῦνομα*. Poterat

enim recens nata Minerva ipsa loqui. Cf. Lucian. D. D. VII, 3 et VIII, Hom. Hymn. in Mercur. v. 17 sq., Plaut. Amphitr. V. 1, 62 — 71. Ple-
 rumque autem Graeci dicunt *ὄνομα τιθεσθαι τινι*, non *διδόναι*. Olim con-
 jeceram, *Ὁ Ζεὺς δὲ, δάσω Παλλὰς, ἥσι, τοῦνομα*, vel Homericā forma,
Ὁ Ζεὺς, διδάσω — . Quin si forte barbarus aliquis Triballus haec loqui-
 tur, retinere licet *διδώνω*, ut barbare dictum pro *δίδου*. Nihil vero ad
 scriptores atticos Sappho et Alcman, quos testatur Bergkius ex Anecd.
 Cramerii T. I p. 190, 20. *Ἡσὶ δάσωμεν· ἥσι πατήρ. φησὶν ἡ Σαπφώ·*
ἡτὶ δὲ λέγει Ἀλκμάν ἀντὶ τοῦ ἥσιν. Jam Buttannus in Gr. Gr. T. I. p.
 565 quom *ἡμί, ἦν δ' ἐγὼ, ἡ δ' ὅς* et Homericum illud *ἡ* (Σπράχθ, ut bene
 Vossius) attulisset, ad quae nunc accedit *ἥσι* forma Hermippi: falso tamen
 narravit, formulam *ἡ δ' ὅς* etiam pro genere femineo atque adeo de
 pluribus usurpatam esse. Fidem habuit vir egregius in re permira, quae
 nullo firmari exemplo potest, centenis autem redargui, grammaticis qui-
 busdam parum accuratis, imprimis scholiastae Platonis p. 390 B. *ἡ δ' ὅς*:
τάττεται δὲ ἐπὶ παντὸς προσώπου καὶ ἀριθμοῦ, ὡς τὸ ὦ τάν. Similiter
 schol. ad Lysistr. v. 514 et Append. Vatic. p. 282 apud Bastium ad Gre-
 gor. Cor. p. 145 Sch. Quanto melius Etymologus p. 416, 34 — *καὶ Ἀρί-*
σταρχος ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ (lege *ἔφη δὲ ὅς* e Photio l. l.) *ὡς Χάρης δὲ καὶ*
Κριτόλαος ἀντὶ τοῦ ἔφασαν, καὶ ἀντὶ τοῦ ὦ φίλε σημαίνει φασί (sic). *διελέ-*
γχεται δὲ ὑπὸ πλειόνων. Omnino etiam Etymologi locus depravatus est;
 post verba enim *καρ' ὃ δὴ Ἑρμῖππος* versus excidit Hermippi, e Photio
 ille supplendus: sententia tamen ipsa nihil quidquam habet dubitationis.
 Nunc mihi compara Photium p. 62, 10 *Ἡ δ' ὅς*: *ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ οὗτος·*
καὶ ἀντὶ τοῦ ἔφη. τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς· καὶ ἀντὶ τοῦ
ἔφασαν· καὶ ἀντὶ τοῦ ὦ φίλε· τοῦτο Χάρης μὲν φησὶ καὶ Κριτόλαος σημαί-
νειν· διελέγχεται δὲ ὑπὸ πλειόνων. Nempe opinio Charotus et Critolai inci-
 pit jam a verbo *τάττεται*, id quod non solum Etymologus demonstrat, ve-
 rum etiam paullo ante Photius ipse, *Ἡ δ' ὅς*: *οἱ μὲν περὶ Ἐρατοσθένην*
ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς· διὸ καὶ δασύνουσι τὴν ἐσχάτην· ἐντετάχθαι γὰρ ἄρθρον
τὸ ὅς· et mox *Ἀρίσταρχος δὲ τὸ μὲν ἡδ' ὅς ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς*. Quae quoni-
 am ita sint, Chares tantum et Critolaus terrae filii prodiderant, *ἡ δ' ὅς* etiam
 de femina adeoque de pluribus dici posse et significari eodem *ὦ φίλε*.
 Nos vero hominibus istis opponamus non solum Eratosthenem atque Ari-
 starchum, verum etiam constantem usum loquendi. Porro *ἡ δ' ἢ* pro *ἡδὴ*
 Bekkerus quater verissime restituit in Platonis Symposio p. 205. 206, ubi
 Socrates colloquitur cum Diotima. Nam et *ἡδὴ* tribus certe locis vehe-
 menter absurdum est, et his formula *ἦν δ' ἐγὼ* manifesto opponitur, *Μὰ*
Δὶ οὐκ ἔμοιγε, ἦν δ' ἐγὼ. *Ἀρ' οὐν, ἡ δ' ἢ* — et iterum, *Μαντίας, ἦν*
δ' ἐγὼ, δέεται, ὅ, τι ποτὲ λέγεις καὶ οὐ μανθάνω. *Ἄλλ' ἐγὼ, ἡ δ' ἢ* — .
 Minime vero debebat Buttannus Gr. T. II. p. 430 hoc consilium Bekkeri

improvidum dicere atque plenum audaciae, neque rationi tam certae nugas opponere grammaticorum, qui formulae ἦ δ' ὅς femininum genus imperitare ausi sunt. Aristophanes formula ἦ δ' ὅς ter usus est, Vesp. 796, ubi non intelligo scholiastam, Lysistr. 513 et Plut. 119, ubi in libris exstat εἰδώς, id quod jam alio loco emendavi; praetereaque semel habet ἦν δ' ἐγώ Eqq. 632. Contra Plato, ut in ejusmodi dialogo, ubi res non in scenis agitur, sed acta refertur, formulas istas nimis frequentare coactus est. Invenit tamen, qui crebro harum vocularum usu meri sibi Platonēs redditi esse viderentur. Quare Lexiphanes vomitu curandus erat evomitque homo c. 21 etiam illud ἦ δ' ὅς, quippe qui dixisset c. 2 ἦ δ' ὅς, ὁ Καλλικλῆς — ἦν δ' ἐγώ c. 3 ἦ δ' ὅς c. 4 ἦ δ' ὅς ὁ Φιλίνος c. 9 ἦ δ' ὅς — ἦ δ' ὅς ὁ Μεγαλώνυμος c. 10 bis ἦν δ' ἐγώ et bis ἦ δ' ὅς, c. 11 ἦ δ' ὅς ὁ Εὐδήμος c. 12 ἦν δ' ἐγώ c. 13 ἦ δ' ὅς ὁ Μεγαλώνυμος c. 14 ἦν δ' ἐγώ — ἦ δ' ὅς Καλλικλῆς — ἦ δ' ὅς ὁ Εὐδήμος c. 15 ἦν δ' ἐγώ — ἦ δ' ὅς cet. Raro ita loquitur ipse Lucianus, e quo olim hos mihi flosculos decerpsi, ἦ δ' ὅς Alexand. c. 43 Philopseud. c. 31 Scyth. c. 6 ἦ δ' ὅς ὁ Ἀνάχαρσις Scyth. c. 4 Conviv. c. 9 ἦ δ' ὅς ὁ Ζηνόθεμις ibid. c. 32 ἦ δ' ὅς ὁ Κλεόδημος ibid. c. 37 ἦ δ' ὅς ὁ Ζηνόθεμις. Inter atticas dictiones Gregorius Cor. p. 141 retulit ἦ δ' ὅς una cum πάματα, voce, ut alias demonstrobo, peregrina. Koenius autem ibid. p. 141 docet, ἦ δ' ὁ Ἀπολλώνιος, ἦ δ' ὁ Δημήτριος, ἦ δ' ὁ Διονύσιος et similia frequentasse Philostratum. Id vero abhorret ab usu Atticorum, qui aut ἦ δ' ὅς simpliciter ponunt aut ἦ δ' ὅς ὁ Ἀπολλώνιος, ut supra Lucianus, in Lysistrata Aristophanes ἦ δ' ὅς ἂν ἀνὴρ et saepissime Plato, veluti ἀλλὰ περιμενοῦμεν, ἦ δ' ὅς ὁ Γλαύκων. Recte igitur idem Philostratus apud Koenium, ἦ δ' ὅς ὁ Λάμψ. Quod autem Schaeferus l. l. e Luciano affert καὶ εἶπεν ὅς Ver. Hist. II c. 20, id cum formula ἦ δ' ὅς comparari utique posset, nisi optimi quique codices praeberent, καὶ ὅς εἶπεν, οὕτως ἐπελθεῖν αὐτῷ —, quemadmodum modo praecedit καὶ ὅς ἔφασκε πάντας αὐτοῦ εἶναι. In majus etiam vitium, quam Philostratus, incidit foedus iste scriptor Philopatridis, qui idem sibi licere quod Homero opinatus ἦν δ' ἐγώ ab initio orationis poneret. At bene observavit Aristarchus, Platonem semper aliis verbis postposuisse ἦν δ' ἐγώ et ἦ δ' ὅς, quum Homerus suum Ἥ a principio locasset. Evolve scholia Veneta ad Il. A, 219 et ad E, 533.

V. 38. Comparo Terent. Eunuch. II, 2, 54 qui mihi nunc uno digitulo forem aperis fortunatus, | Nae tu isthanc faxo calcibus saepe insultabis frustra. et post Brunckium Plaut. Truculent. II, 2, 1. Quis illic est, qui tam proterve nostras aedis arietat? Nimirum Bacchus, mollis deus et tamen gloriosus, vehementer fores pultaverat, quo et suam virtutem jactaret, et Herculi metum incuteret. Absurde igitur unus scholiastarum, γράφεται ἀντὶ τοῦ μαλακῶς. εἰρωνεύεται γὰρ Ἡρακλῆς ὁ γὰρ Διόνυσος μα-

λακός καὶ τρυφερός. Contra recte Photius p. 154, 23. *Κενταυρικῶς*: ἀγρο-
κῶς, et alius scholiasta, *κενταυρικῶς* δὲ ἀντὶ τοῦ ἀνόςμως καὶ ὑβριστικῶς.
ὅτι καὶ οἱ Κένταυροι ὑβρίζοιτο. καὶ τοῦτο οἶδεν Ἡρακλῆς ἐκ τῆς πρὸς
αὐτοὺς μάχης. Hic subtiliter ac vere admonuit, verbum *κενταυρικῶς*
Herculis personae inprimis convenire. Deinde post ὅστις minime inter-
rupta est oratio, ut videtur scholiastae, sed supplendum est *τὴν θύραν*
ἐπάταξεν vel *ἐνήλατο* vel denique *ἔστιν*, sicut in Aesch. Prom. v. 766 *τί*
δ' ὄντιν; οὐ γὰρ φητὸν αὐθάσθαι τάδε et Eurip. Herc. F. 1264. *Ζεὺς δ',*
ὅστις ὁ Ζεὺς, πολέμιόν μ' ἐγέλματο | *Ἥρα*.

V. 39. *ἐλ(ν)ήλαθ'* Florent. b (v a m. sec.) *ἐν(λ)αθ'* Cantabr. II (λ m.
pr. sup.).

V. 40, 41. Submissa voce haec loquuntur, ut bene scholiasta, qui
addit, Bacchum omnino (in comoedia scilicet) gloriosum glorioseque men-
tientem induci solere.

V. 41. *νῇ Δία, μὴ μαινοιό γε* | *Ne delira obsecro sine ullo sensu ver-*
terunt A. Divus, Frischlinus et Kusterus. Verissime Brunckius, *Ita, per*
Jovem, ne insanires. Hunc sequuntur Dobraeus, Vossius, Welckerus,
Bothius. Nam duas ob causas Hercules putare poterat Bacchum insanire,
tum quod impetu vere insano fores pultasset, tum etiam quod ridiculus
iste vestitus vix sani esse videretur. Eodem modo jam scholiasta quidam
accepit, *πιθανώτερον δὲ ἀντὶ τοῦ ὑπέλαβέ σε μαινέσθαι ὁ Ἡρακλῆς*. Aliter
intellexit Didymus apud schol. *Δίδυμος ἀντὶ τοῦ μὴ μανείης*. — *ἢ οὕτως*
μὴ οὕτω μανείης, ὥς ὑπολαβεῖν σε τὸν Ἡρακλέα φοβηθῆναι. Didymus igitur
sic explicavit: noli tam insanus esse, ut te ab Hercule timeri censeas.
Falsa Didymi explicatio necessario traxit interpolationem *μὰ Δία* (pro
νῇ Δία), ut legitur in Parisino E, Barocciano, Cantabr. I, qui habet gl.
οὐ, et Harlejano. Fraudem crediderim Didymo fuisse formulam ab h. l.
alienam *μὴ οὕτω μανείην* velut apud Lucianum D. D. V. 3, Piscatt. c. 37,
Phalar. I, 11, Toxar. c. 25, D. Meretr. II, 4. Nimirum etiam in secunda
tertiisque persona talis detestatio ponitur, ut Il. XVI, 30 *μὴ ἐμὲ γούν οὐτός*
γε λάβοι χόλος —, Odyss. XII, 106 *μὴ σὺ γε κείθι τόχοις* — indeque Lu-
cian. Fugitiv. c. 20, praeterea Pro Merc. Cond. c. 11 *μὴ γὰρ τοιοῦτός ποτε*
λιμὸς καταλάβοι τὸ Ἄργος, ὥς —. In Acharn. v. 215 *μὴ γὰρ ἐγγάνη ποτὲ*
jam dudum recipi debuerat Brunckii emendatio *ἐγγάποι*. Nam in Vespis
v. 612 *τούτοισιν ἐγὼ γάνυμαι, καὶ μὴ με δεήσει* | *εἰς σὲ βλέπει καὶ τὸν τα-*
μιαν — olim recte atque ordine correxi *οὐ μὴ με δεήσει*, id quod nu-
per placuit etiam Dobraeo.

V. 42. *Δήμητρα*] Vitio frequente *δήμητραν* Rav. Barocc. Cantabr. I.

V. 43. *δάκνων* Parisinus C.

V. 45. *ἀποσοβῆσαι*] *ἀποσοβεῖν* Suidas legit s. *κροατόν*, sed *ἀποσοβῆ-*
σαι idem s. *Οὐχ οἶδς τ'* —. Scholiastam Aldinum sic corrigi cum Ku-

stero fere, Ἐπὶ κροκατῶ: Διονυσιακὸν φόρημα ὁ κροκατός. ἐφόρει δὲ καὶ λεοντῆν, ἵνα ἡ φοβερός ὡς Ἡρακλῆς· Ἡρακλέους γὰρ φόρημα ἡ λεοντῆ. ἡ κροκατῶ, γυναικίῳ ἐκ πηγῆς ἐνθύματι. Confer hic scholiastam Ravennatem et Suidam utroque loco, praecipue s. Κροκατόν. — γέλω Cantabr. I, v. 46 κροκατῶ Barocc. v. 47 κόθορονος καὶ δόπαλ. Cantabr. II, sed τὸ ῥόπ. in schol.

V. 46. ἐπὶ κροκατῶ] Spanhemius affert Callixenum apud Athen. V, 198 c. ἐπὶ δὲ ταύτης ἐπὶν ἄγαλμα Διονύσου δεκάπηχυν, σπένδον ἐκ καρχησίου χρυσοῦ, χιτῶνα πορφυροῦν ἔχον διάπεζον, καὶ ἐκ' αὐτοῦ κροκατόν διαφανῆ —, Berglerus autem Pollucem IV, 117 ὁ δὲ κροκατός, ἰμάτιον. Διόνυσος δὲ αὐτῶ ἐχρήτο —.

V. 47. Hunc versum vitiose scriptum exstare in vita Isocratis apud Orellium in Opusc. moral. vol. II p. 4 dicit Dindorfius. — τίς ὁ Florent. b cum puncto sub ε, quo notatur ε delendum esse. Tum Suidas in Ῥόπαλα versum sic scribit, Τίς νοῦς; κόθορονος καὶ δόπαλον ξυνελθέτην. ubi τίς νοῦς etiam cod. Oxoniensis. Profecit autem ex hoc versu Simplicius ad Epictetum, ut animadvertit Porsonus, p. 139 ed. LB. a. 1640 (Tom. IV p. 225 ed. Schweigh.) Ἐὰν δὲ ἡττηθῇς αὐτῶν (τῶν καταγελῶντων), καὶ ἐκείνου τοῦ γέλωτος γέγονας ἄξιος, ἐπὶ κοθόρονῳ δόπαλον ἐπιχειρήσας λαβεῖν —. Multum vero poëta vidit, quum Baccho praeter cothurnos et crocotam clavam quoque ac pellem leoninam Herculis, qui et ipse ad inferos descenderat abductoque inde Cerbero salvus redierat, gestandas daret. Namque et infra plurimus risus justissimusque consequetur, quoniam inferi Herculem, non Bacchum ad se venisse arbitrantur, ipse autem hospes Bacchi mollitiam prodit, non Herculis virtutem: et per totam fabulam Herculei Bacchi amictus jucundissimo esse debebat spectaculo. Quocirca neque Hercules cachinnos potest tenere, et Xanthias verendum esse dicit, ne herus suus pro insano ac demente habeatur. Quantumvis enim dimidiatus Bacchus, qua erat vanitate, Herculem simularet, tamen vel e leonis exuviis atque clava crococeum pallium et cothurnus facile perlucebant; propterea quod ille revera non minus longe a fratre suo disjunctus erat, quam ignavia a fortitudine. Similiter tota natio Cynicorum Herculem absurde ridiculeque imitabatur, praeterea Callias, ipse etiam homo effeminatus, infra v. 431, et Commodus Imperator apud Herodianum I, 14 εἰς τοσοῦτόν τε μανίας καὶ παροινίας προύχωρσεν, ὡς πρῶτον μὲν τὴν πατρώαν προσσηγορίαν παραιτήσασθαι, ἀντὶ δὲ Κομμόδου καὶ Μάρκου υἱοῦ Ἡρακλέα τε καὶ Διὸς υἱὸν αὐτὸν κελύσας καλεῖσθαι, ἀποδυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων καὶ βασιλείων σχῆμα λεοντῆν ἐπιστρῶννντο, καὶ δόπαλον μετὰ χειρὸς φέρων ἀμφιέννντο τε ἀλουργεῖς καὶ χρυσοῦφεις ἐσθῆτας, ὡς εἶναι καταγέλαστον αὐτὸν ὅφ' ἐπὶ σχήματι καὶ θηλειῶν πολυτέλειαν καὶ ἡρώων ἰσχρὴν μιμούμενον. Aliud hujus insaniae exemplum praebet Nicostratus Argivus apud Diodo-

rum XVI, 44. Herculi vero ipsi, qui Omphalae serviens pro leonina pelle sumsit crocotam, tametsi jure irascimur planeque indignatus est praeter alios Lucianus De Histor. Scrib. c. 10: poterat ille tamen tanti herois personam amore victus aliquantisper deponere. Contra Bacchum sui prorsus oblitum ac nescio quid magni frustra conantem omnes potius derident, quam ei quisquam irascitur. Atque eodem fere modo hunc locum explicavit scholiasta, — ἐκπλήττεται δὲ ὁ Ἡρακλῆς, ὁρῶν τὴν ἄτοπον ταύτην σκευὴν καὶ ὅτι τὰ ἄμικτα ἔμεινεν. ὁ μὲν γὰρ κροκωτὸς καὶ ὁ κόθορνος γυναικεῖά ἐστιν, ἡ δὲ λεοντὴ καὶ τὸ ῥόπαλον ἀνδρῶα, tum etiam e deperditis scholiis Suidas s. Κροκωτὸν et Οὐχ οἷος τ', ubi ita scribit, τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀνομῶν et tertium s. Ῥόπαλα, ubi est ἐπὶ τῶν ἀσυμφώνων πραγμάτων. Saepe vero miratus sum Creuzerum in Dionysio I. p. 268 s. ita disputantem: »Comparavit ad risum Comicus, quae proprie prisca Bacchi, tanquam solis verni symbola erant. Habitus ille (clava) nihil aliud declarare videtur, nisi solem ex hiberno languore paullatim restitutum vegetioremque. Jamque responderi Herculi interroganti: τί κόθορνος — videtur posse: Nimirum isti Baccho, quem tu tantopere rides, a priscis hominibus eadem attribuebantur, quae tibi.« Ergone prisca Bacchi, tanquam solis verni, symbola erant leonina pellis, vestis crococea, cothurnus et clava? quae uni eidemque deo tribui nisi per jocum non possunt. Fac tamen, Dionysum cum Hercule tam monstruose unquam confusum esse: certe id post Aristophanis demum tempora factum esse hic ipse locus ostendit, quem haudquaquam intellexit Creuzerus. Nam alioqui quomodo tandem Herculeum istum Bacchum aut ipse Hercules tam vehementer rideret, aut Xanthias eum ne mentis quidem compotem esse diceret? At, inquit Creuzerus, Herculeo Baccho clava tantummodo dari solebat. Verum adhuc exspecto, dum Creuzerus priscos istos homines nominaverit, qui Herculis clavam Baccho attribuere solerent. Idem Creuzerus postea in Symbol. T. II p. 260 hosce tres Hercules, Idaeum Dactylum, *Dionysum* atque Dardanum in Samothracum initiis conjunctos esse narravit, neque tamen ullum testem ejusmodi Herculis producere potuit, qui idem esset Dionysus. Quin ne Vossius quidem (pater, ut puto, non filius) hunc locum recte perceperat, quum diceret, Herculem atque Dionysum in mysteriis mystice consociatos esse et hanc utriusque confusionem ab Aristophane rideri. Immo vero hanc confusionem illa saltem aetate ne in mysteriis quidem usitatam fuisse totus locus clamat, qui misere frigebit, nisi res nova, incredibilis, inaudita nunc primum sub adspexit venerit. At forsitan diu post Aristophanem Bacchus cum Hercule et cum Baccho Hercules commisceri coepit. Haud me fugit, quam longe Graecorum theocrasiae processerint; veruntamen vel recentiore aetate ullum Herculei Bacchi exemplum etiam nunc requiro.

V. 48. *κοὶ πῇ* Barocc. Tum pro *Κλεισθένει* Florent. b *Κλεισθένη*. Deinde *κοὶ γῆς ἀπεδήμεις*; e Ranis affert Thomas M. p. 280 B. (p. 123 R. ubi item unus codex *πῇ*). Non ambigue solum, verum etiam obscure dicta sunt illa, *ἐπεβάτεον Κλεισθένει*. Et tantum quidem omnes viderunt, simul alludi ad Clisthenis mollitiem, qui muliebria passus esset (quasi, inibam, conscendebam Clisthenem), quo etiam pertinet Herculis interrogatio v. 57 *ξυνεγένον τῷ Κλεισθένει*; Nos vero propriam quaeramus horum verborum significationem. Igitur egregie ostendit Schneiderus ad Xenoph. Hellen. V, 1, 11 verbo *ἐπιβάτης* militem classiarium designari solere, eumque a remige, nauta, fabro, coquo navis distingui. Quamobrem *ἐπεβάτεον* nihil potest aliud esse, quam *ἐπιβάτης ἦν* miles eram classarius: neque aliter intellexit Hercules, continuo ille interrogans, *κάνανυμῆσας*; etiamne pugnasti in praelio navali? (ad Arginusas scilicet) Quum vero milites illi trierarchorum potestati subjecti essent, nimirum hoc voluit Bacchus: *miles eram classarius sub Clisthene trierarcho*. Ante nos verum unus perspexit Dobraeus, qui »Male Brunckius, inquit, *Clisthenes quasi navis*. Imo trierarchus. Dativus ut in locis ad Plut. 913 et Addend.« Istā vero exempla ab hujus loci natura procul abhorrent. Immo *ἐπιβατεύειν τινί* declarat, sub aliquo militem classiarium esse, quemadmodum Graeci dicunt *γραμματεύειν τινί*, *προσβεύειν τινί*, *βουλεύειν τινί*, quibus in locis dativus fere significat, alicui subjectum esse militem, scribam, legatum, senatorem. Evolve Xenoph. Hellen. V, 4, 2, Arist. Eqq. 771, Xenoph. Anab. VII, 2, 23, Thucyd. I, 92, Lucian. Demon. 30, scriptorem incertum in Bekk. Anecd. p. 168, 16 »*προσβέυει τοῖς Ἀθηναίοις*« ἦγον ὑπὲρ Ἀθηναίων, Plutarch. in Mario c. 45, Polyaen. IV, 9, 3. Neque tamen haec constructio restituenda est in Acharn. v. 585. *έτεδόν, ὦ Μαριλάδη, | ἥδη πεπρόσβευνκας σὺ πολὺς ὦν ἔνῃ; | ἀνένευσε* ubi interpunctio tantum mutari debet, — *σὺ πολὺς ὦν; ἔνῃ, | ἀνένευσε*, siquidem *ἔνῃ* etiam graviter negandi vim habuisse videtur, ut vernaculum illud übermorgen. Denique eandem vim dativo tribuit Cratinus *Βονυόλοις* apud Athen. XIV, 638, f. *ἔμοι διδάσκειν*, mihi tragoediam docere, id est me archonte ac ludorum praeside. De hoc Cratini loco infra ad v. 94 dicitur. Casaubonus ad Athenaeum apte confert illud Taciti *militare alicui* de eo, qui alicujus ductu auspiciisque militat. Berglerus dicit, poetam de Clisthene loqui quasi de navi, quae ita dicta sit, ceterum spectatores, qui Clisthenem nosset, ambiguitate joci facile intellecta ejusmodi quiddam potius cogitasse, quale illud est in Lysistrata v. 1092 *οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ Κλεισθένη βινύσομεν*. Posuit hoc idem Brunckius atque Vossius. Ab his ita discedit Welckerus p. 114, ut *Κλεισθένης* revera atticae navis nomen fuisse censeat, etsi tale navium nomen ipse miratur. At quum *ἐπιβατεύειν navem conscendere* nusquam significet, explicationes istae sponte concidunt.

Quare ne Hermannum quidem sequor, qui Welckero assentiens navem aliquam Clisthenem nominatam esse statuit, quia solum verbum *ἐπεβάτερον* non eam vim habeat, ut Herculi interrogare licuerit, *κάνναυμάχου*; Alioqui verissimum est, navibus Graecorum suum cuique nomen (ut sit hodieque) dari solitum esse, quo spectant Lucianeae Navig. c. 5. Plura exempla collegit Scheffer De milit. navali III, 1 p. 173. Sed vide infra ad v. 1437. Quae quum ita sint, ego quoque erravi, quum in Actis Soc. Graec. Vol. I Fasc. I p. 149 ex hoc loco colligerem, Clisthenem nomen fuisse navis Atticae. Scholiastam, qui nostrum locum parum intellexit et ad extremum dixit sane falso, *ἐστρατήγησε δὲ νεωστὶ καὶ ἐνίκησεν οὗτος (ὁ Κλισοθένης)*, omittamus.

V. 50. Suidas s. *Ἐξηγρόμην* locum ita contraxit, *Καὶ κατεδύσαμὲν γὰρ ναῦς τῶν πολεμίων ἢ* idemque s. *Κἄτ' ἔγωγ'*, *ἐξηγρόμην* sic, *Ναυμαχίᾳς κατέδυσαν ναῦς ἢ*. E Pollucis decreto I, 55. hic scribendum sit *τρῆς καὶ δέκα* pro *τρισκαίδεκα*. Nihil tamen definire ausus est Lobeckius ad Phryn. p. 408 sqq.

V. 51. Verba *κἄτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην* e Ranis affert Thomas M. s. *Ἐγσί-ρομαι* p. 261 B. (p. 145 R.). Totum versum inepte Herculi tribuunt Ald. Junt I. II. III. Crat. Ven. I. II. Wech. Gol. Brub. Raph. Port. atque ed. Kusteri. Eodem modo scholiasta in lemma, *Σφῶ πῇ τὸν Ἀπόλλω: θανάμῳ καὶ ἀπιστῶν λέγει ὁ Ἡρακλῆς τὸ σφῶ. τινὲς δὲ εἰς τὸν Ἀπόλλω δύο στίχους καὶ εἰς τὸ ἐξηγρόμην*. Ipse igitur totum versum Herculi dabat, nonnulli autem σφῶ πῇ τὸν Ἀπόλλω Herculi, ac tum *κἄτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην* Xanthiae, non Dionysio. Totum versum Herculi etiam Suidas tribuisse videtur s. *Κἄτ'* —, quippe qui Dionysi verba finiat in *ἢ* (*τρισκαίδεκα* v. 50) continuoque pergat, *ἐπιφέρει ὁ Ἡρακλῆς κἄτ' ἔ. ἔξ*. Fuerunt etiam, qui verba *κἄτ' ἔ. ἔξ*. Dionysio assignarent, scholiasta et Suida s. *Κἄτ'* — testibus, *οἱ δὲ φασίν, ὡς ὁ Διόνυσος ταῦτα λέγει κἄτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην. ὡς τῶν ἐπίτεδες ψευδομένων ἐπιλεγόντων τοῦτο. καθ' ὃ δηλοῦται, ὅτι ἐννενήρ ἔκειτο τὸ λεγόμενον*. At minime Bacchus se mentitum hic potest fateri, ut qui in eodem mendacio deinceps perrexerit, *Καὶ δῆτ' ἐπὶ τῆς νεῶς ἀναγινώσκοντί μοι* —. Adeo apparet, Herculem dixisse σφῶ; deinde Dionysum mendacia sua jurejurando confirmasse, *πῇ τὸν Ἀπόλλω*, denique ultima, *κἄτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην*, quae minime cadunt in Dionysum, aut Herculem aut Xanthiam loqui debuisse. Et sic jam Critici quidam apud scholiasten, *οἱ δὲ τῷ Ἡρακλεῖ προανέμουναι τοῦτο, οἱ δὲ τῷ Ξανθίᾳ, καὶ τὸ πῇ τὸν Ἀπόλλω τῷ Διονύσῳ. μόνον γὰρ τὸ σφῶ λέγειν τὸν Ἡρακλῆν*. Igitur verba *Κἄτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην* Herculi assignant hi aedices, Venetus, Mutinensis, Baroccianus, Cantabr. I. II. Parisini CDE et Poggianus. Xanthiae tribuunt eadem Ravennas (qui habet *Θεράπων*.) Parisini A B et Vaticanus.

Bacchus autem *τὴ τὸν Ἀπόλλω* certe dicit in Barocc. Cantabr. I. II et Vaticano; de reliquis hic quidem siletur, ut nescias, an nonnulli Codd. cum scholiasta *τὴ τὸν Ἀπόλλω* Herculi continent. Herculis persona ante *κᾶτ'* — primum posita est in ed. Lugdunensi, deinde etiam in edd. Brunckii, Rothii, Dindorfii. Modo dixerat Hercules *σφῶ*; cum eximia vi, cum superbia meritis quaesita, cum justa etiam Bacchi contemtione. Quanto-pere vero languent post illud *σφῶ*; verba *κᾶτ'* ἔ. ἔ. Herculi eidem contributa. Quid quod isto modo secundam potius personam exspectes, *κᾶτα σὺ γ' ἐξήγγου*, siquidem vix licet ita interpretari: *adde modo etiam illud*, deinde expectectus sum. Quare nullus dubitavi haec tria verba cum Kustero et Boissonadio potius Xanthiae assignare. Nam quum vernile dictum longe melius Xanthiae, quam Herculi convenit, tum etiam prima persona sic rectissime locata est. Scilicet hoc vult Xanthias, qui et ipse dicebatur naves hostiles depressisse: omnino depressimus, sed in somnis; *deinde exaspergectus sum*. Somnia de nobis narrat, inquit: qui enim somnium suum enarraverant, addere ad extremum solebant, *κᾶτ' ἐξηγγόμην*. Aptissime comparat Berglerus Eurip. Cyclopem v. 8, ubi ita Silenus, — *Ἐγκέλαδον ἔκειν εἰς μίσην θενῶν δορί, | ἔκτεινα. φέει' ἴδω, τοῦτ' ἰδὼν ὄναρ λέγω; | οὐ μὰ Δι', ἐπεὶ καὶ σκῶλ' ἔδειξα Βαρυχῶ*. Nemo autem ita agat, ut Xanthiam neget loqui hic potuisse, propterea quod servus nihil aliud dicere solitus sit, nisi *περὶ ἐμοῦ δ' οὐδείς λόγος*; Ita enim loquitur infra demum a v. 87 usque ad v. 115 neque in illis quidem locis aliud quidquam profert. Verum ut postea colloquio Bacchi et Herculis necdum finito aliis verbis utitur v. 159 sq.: ita etiam ante, quam ei istuc *περὶ ἐμοῦ δ' οὐδείς λόγος*; in mentem veniret, profecto rectissime potest secum commurmuratus esse, *κᾶτ' ἔγωγ' ἐξηγγόμην*.

V. 53. *πρὸς ἐμαντὸν, ἐξαίφνης*] *ἐξαίφνης πρὸς ἐμαντὸν* Mutinensis, Borgianus, Florentinus b. Mox v. 54 *ἐπάταξεν* Rav. Flor. b. Scholiasta, *τὴν Ἀνδρομέδαν*: *διὰ τί δὲ μὴ ἄλλο τι τῶν πρὸ ὀλίγον διαχθέντων καὶ καλῶν, Ὑψιπύλην, Φοινίσσας, Ἀντιόπην; ἡ δὲ Ἀνδρομέδα ὀγδόφ' ἔπει προῆται* (duo codd. *προσῆται* i. e. ut bene editor, *προεισῆται*). *ἀλλ' οὐ συκοφαντητὰ ἦν τὰ τοιαῦτα*. Ego vero ad Thesmoph. p. 417 sqq. demonstravi, Andromedam inter optimas Euripidis tragoedias jure repositam esse, scholiastam autem male hunc locum claro ejus sensu neglecto in reprehensionem Andromedae vertisse, fortasse quod vidisset, aliquot ejus versus scenasve in Thesmophoriazosis rideri. Quin Andromedam illam ab Aristophane hic laudatam esse, quum Bacchus Andromeda potissimum lecta desiderio ictus Euripidis abitum ad inferos comparet. Nunc video, jam alios quosdam grammaticos verum perspexisse. Nam scholiasta Venetus Seidleri ad h. l. etiam ita scribit, *Τῶν καλλίστων Εὐριπίδου δράμα (scr. δραμάτων) ἡ Ἀνδρομέδα*. Ac si diligenter animum advertere voluerimus atque subtiliter

quaerere, cur non alia potius tragoedia Euripidis, quam *Andromeda* hic nominata sit: tres causae verissimae inveniuntur, ipse splendor hujus fabulae et mira praestantia, actor ejus primarum Molo, qui statim v. 55 novam dabit jocandi materiem, denique nominis ac tituli ambiguitas. Nam quum Aristophanes spectatores, qui de Euripide paullo ante defuncto omnium minime cogitabant, de causa desiderii veroque fabulae poëta varias capere conjecturas voluisset (multo post enim v. 67 tandem sequitur πόθος — *Εὐριπίδος*): nimium profecto inepte vel Hypsipylen, vel Phoenissas, vel Antiopen memorasset, adeoque populum ipse coegisset statim sine ullo errore Euripidem invenire. Nunc ille aptissime nominavit *Andromedam*, quo nomine etiam alii poëtae tragici fabulas ediderant, veluti Sophocles, idemque argumentum comici adeo poëtae tractaverant, ut ad Thesmoph. p. 415 sq. dictum est.

V. 55. Πρός τις] ποῖός τις Venetus, scilicet e v. 60. Ibidem μικρός] σμικρός tacite edidit Brunckius et sic codd. Venetus et Monacensis. μικρός scholiastes in γράφεται, tum Mutinensis; μακρός etiam Cantabr. II in textu et schol., ubi diserte damnatur μικρός; μακρός cum gl. μέγας Poggianus et Elbingensis; μηκρός (et μικρός pro v. l. in sch.) Cantabr. I; μη(α)-κρός Baroccianus; σμικρός (μακρός) Flor. b (v. σμικρός punctis notatum a m. sec.). Lectio μακρός non solum metro repugnat, verum etiam glossemati simillima est. Vulgatam μικρός, quam confirmat Ravennas, recte explicarunt schol. μικρός ἡλικός Μόλων: παίζει· ἔστι γὰρ μεγαλόσωμος ὁ Μόλων, praeterea Bergler, Kuster, Brunckius, rati illi, risum quaeri in sensu contrario. Attamen Trendelenburgius ap. Harles. ad Nub. p. 232 s. putat, quod unusquisque ingens desiderium expectet, frigidissime μικρός dici contraria sententia pro ingenti. Qui jocus si est frigidus: nullam tamen video removendi ejus rationem. Interim conferamus similem jocum, multo facetiorem tamen, Plauti in Curcul. I, 2, 14 Ph. Sittit haec anus. Pa. quantillum sittit? Ph. modica est; capit quadrantal. De ipso autem Molone ante omnia audiamus scholiastam, — Δίδυμος δὲ φησιν, ὅτι δύο Μόλωνες εἶναι, ὁ ὑποκριτής καὶ ὁ λωποδύτης· καὶ μᾶλλον τὸν λωποδύτην λέγει, ὅς ἐστι μικρός τὸ σῶμα. Τιμαχίδας δὲ τὸν ὑποκριτὴν εἶναι λέγεσθαι Μόλωνα. Ἄλλως γράφεται μακρός, ἵνα ὁ Κροτωνιάτης νοῆται — . Sequitur deinceps longus Pausaniae VI, 14, 2 sqq. locus de Milone Crotoniata. Et *Milων* quidem scribi nullo modo potest, tum quia *Milων* spondeus metro repugnat, tum quod libri summo consensu nomen *Μόλων* tuentur. Porro Didymus duo illorum temporum Molones noverat atticos, histriorem alterum, alterum grassatorem, hominem minuto corpore ac pusillo. Quod si est ita, ob hanc ipsam causam grassatorem ab hoc loco alienum judicamus, in quo loco non bipedalis homuncio, sed trium vir cubitorum ingentis desiderii signum, requiritur. Ita vero unicus Molo relinquitur, histrio; quem neque

Didymus nesciebat, et eundem Timachidas nostro loco dici asseveravit. Atque hunc ipsum Molonem actorem hic commemoratum esse tam clare ostendam, nullus ut dubitationi locus relinquatur: quoniam interpretes ad unum illi grammaticorum liti secure indormierunt. Demosthenis De Fals. Legat. p. 246, 3 B. haec verba sunt: ταῦτα μὲν γὰρ τὰ ἰαμβεῖα ἐκ Φοίνικός ἐστιν Εὐριπίδου· τοῦτο δὲ τὸ δράμα οὐδὲ πώποτε οὔτε Θεόδωρος οὔτε Ἀριστόδημος ὑπεκρίναντο, οἷς οὗτος τὰ τρίτα λέγων διετέλεσεν, ἀλλὰ Μόλων ἡγωνίζετο καὶ εἰ δὴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν ὑποκρί- τῶν. Ἀντιγόνην δὲ Σοφοκλέους πολλάκις μὲν Θεόδωρος πολλάκις δὲ Ἀρι- στούδημος ὑποκρίεται — . Adde quae paullo post p. 250, 5 leguntur. Ora- tor docet, Molonem antiquum Euripidis histrionem primarumque acto- rem fuisse et Euripidi ipsi aequalem. Egit enim Molon Euripideum Phoe- nicem, drama haudquaquam popolare neque post Euripidis mortem repe- titum. Rectissime Demosthenis locus jam a Reiskio explicatus est T. II p. 660 Sch. Quotusquisque igitur negabit, unum eundemque Molonem et a Demosthene memorari et ab Aristophane? Nam et tempora in id apte congruunt, et Timachidas Didymusque illum histrionem, a quo Phoenix actus est, certe intelligunt; et Aristophanes ipse cur, obsecro, Molonem, si huic nihil quidquam rationis cum Euripide fuit, cum tragoedia Euripi- dis non verbo magis, quam re et argumento conjungit? Praeterea autem e Ranis non id solum elucet, Molonem longa saneque procera corporis statura fuisse, verum etiam Euripidis Andromedam ab eo actam esse. Neque enim cum universa Euripidis poësi Molonem, sed nominatim cum Andromeda compoui videmus et vinculo colligari arctissimo. Atque om- nino poterat Molo, qui Phoenicem Euripidis, ut ait Demosthenes, per- egerat, idem in Andromeda quoque primas partes suscipere: solebant enim poëtae scenici eodem primarum actore iterum iterumque uti. Nunc de- mum apparet, quam concinne verba τὴν Ἀνδρομέδαν et ἡλικίος Μόλων consociata sint. Male autem brevissimum corpus Moloni nostro tribuit Suidas, Μόλων: ὄνομα κύριον. Ἀριστοφάνης· μικρὸς ἡλικίος Μόλων. ἐπὶ τῶν βραχυσωμαίων ἀνθρώπων. Πόσος πόθος; μικρὸς ἡλικίος Μόλων. Μόλωνες δύο, ὑποκρίται καὶ λαποδύται. Contra Eustathius p. 1834, 31. τὸν ὁμοιον δὲ τρόπον καὶ Μόλωνες οἱ πολυμεγέθεις ἀπὸ τοιούτου Μόλωνος. Per- mirum est praeterea, quod hic versus sigmatismo laborat, Ἡ πόθος; πό- σος τις; Δ. μικρὸς, ἡλικίος Μόλων. Atqui sigmatismum Eubulus in Andro- medae Euripideae Perseo vituperavit (de qua re dixi ad Thesmoph. p. 501). Postremo alios Molones verbo attingam. Secundi igitur Molonis (nam de grassatore praeter Didymum nemo testis est) veruntamen secundi mentio- nem fecit Demosthenes in Polyclem 4, 1 B. ἐπὶ Μόλωνος ἀρχοντος id est Ol. 104, 3. Vix dubitaverim, quin hic secundus Molo sit ille Platonis philosophi adversarius apud Diog. Laert. III, 34., ubi Menagius T. II.

p. 151 contra temporum rationes de primo Molone Ranarum cogitavit. Tertius Molo est apud Lysiam in Simonem 16, 3 B. *Μόλωνα* — *τὸν γναφεά*, aequalis ille et histrioni et grassatori, sed fortassis ab utroque diversus. Quartus Molo, vir longe doctissimus, multo post vixit, Molo Rhodius, is, cui Cicero operam dedit eumque saepius dilaudavit, veluti in Bruto c. 70. c. 89. c. 91.

V. 56. Scholiastes, *Γυναικὸς οὐ δῆτα: τινὲς ἀπὸ τοῦ γυναικὸς ἀμοιβαία ποιοῦσι. τινὲς δὲ ὅλον φασὶ τὸν Ἡρακλέα λέγειν, λογιζόμενον, τίνος ἠρώσθη Διόνυσος. τοῦ δὲ Διονύσου εἰπόντος τὸ ἀτταταί, ὁ Ἡρακλῆς ὑποπτεύει ἀνδρὸς ἐρασθῆναι Κλεισθένους τὸν Διόνυσον.* Nostri codices οὐ δῆτ' et mox σὺδαμῶς recte Baccho omnes assignant. Fuerunt tamen olim, qui haec omnia, *γυναικὸς; οὐ δῆτ'. ἀλλὰ παιδὸς; σὺδαμῶς. ἀλλ' ἀνδρὸς;* Herculi peridicula continuarent. At Hercules et plane debebat ignotam sibi causam desiderii divinare, et apte primo loco hanc posuit conjecturam *γυναικὸς*; ob Bacchi mulierositatem. Mulieremne ille, an puerum, an virum desideraret, Bacchus, non etiam Hercules scire poterat. Aptē Trendelenburgius l. l. comparat verba ad interrogandi modum similia Luciani D. D. IX, 1. *ΠΟΣ. μῶν τῇ Ἥρᾳ σύνεστιν; ἘΡΜ. οὐκ· ἀλλ' ἐτεροῖόν τι ἐστὶ. ΠΟΣ. συνίημι· ὁ Γανυμήδης ἔνδον. ἘΡΜ. οὐδὲ τοῦτο.*

V. 57. In Aldina caeterisque edd. usque ad Kusterum legitur, *Ἥρ' ἀλλ' ἀνδρὸς; Δι. ἀτταταί. Ἥρ. ξυνεγένον Κλεισθέναι;* pessimo senario, quem, id quod nollem, retinuit Dindorfius. At articulum *τῷ Κλεισθέναι*, ut jam alio loco dixi, non solum optimorum Codd. auctoritas et ictus perversus *ξυνεγένον* pro *ξύνγεγον* atque caesura versus commendant, sed etiam contexta oratio poscit; is enim eo, ubi primum hujus Clisthenis mentio fit, ad v. 48 refertur. Quum enim Bacchus viri cujusdam desiderio se percussus esse indicasset, Hercules illa verba Bacchi ejusdem, *ἐπεβάτενον Κλεισθέναι* sic interpretanda esse conjecit, *ξυνεγγινόμεν τῷ Κλεισθέναι*, rem cum Clisthene habebam. Et quoniam Nomina Propria articulum primo loco nullum habent, secundo autem tertioque ut nota jam et nominata articulo carere non possunt, tam hic mendosum est, *ξυνεγένον Κλεισθέναι*; quam supra *ἐπεβάτενον τῷ Κλεισθέναι* vitiosum esset futurum. Legitur autem *ξυνεγένον τῷ Κλεισθέναι*; in Parisinis A et C D, Elb., Barocciano, Cantabr. I et II, Victoriano, Florent. b, fortassis etiam in Ravennate, Veneto, Mutinensi. Scholiastes in explicatione modo abstinet articulo, — *ἀνδρὸς ἐρασθῆναι Κλεισθένους*, modo utitur, *μὴ τοῦ Κλεισθένους*; Equidem articulum *τῷ* a metricis falso sublatum esse tanto magis suspicor, quod video, plurimos Codd. contra metrum *ἀτταταί* — *τῷ Κλεισθέναι* exhibere. Deinde loco divulgati *ἀτταταί* permire Ravennas et Venetus *ἀππατάπ*, hoc est, ut opinor, *ἀπ(τ)απ(τ)αί* (*ἀππαπαι*, supra posito *ἀτταταί*): neque enim inauditum istud *ἀππατάπ* cum Acharu. 1160, ubi vulgo est *ἀτταλαττατά*, in Rav. au-

lem ἀτταλατταται conferre licet. Brunckius vero edidit, 'H. ἀλλ' ἀνδρός; Δ. ἀταται. 'H. ξυνγεγόνου τῷ Κλεισθένι; ἀταται quidem e conjectura sua. Quam elsi confirmat liber Mutinensis, tamen alterum locum, in quo ἀταται metra postulent, haud invenio Graeci enim dicere solent ἀτταται, λατταται, λατταταιάξ. Nam in Herodiano Π. Μονηρ. Δεξ. p. 27, 13 — τὰ δὲ τοιαῦτα περισπᾶται, ἀταται, αἰαῖ, παπαῖ quis non videt, formam vulgarem ἀτταται, quam ipsam asferre grammaticus voluit, restituendam esse? Neque magis usquam reperi ἀτταται, ut hic vel potius ἀτταται exhibet Cantabr. II ex em. m. pr. Scholiastes, Ἀτταται: γράφεται ἀπαπαῖ (Cod. Flor. γράφεται καὶ ἀπαπαῖ), διὰ τοῦτον οὐ καταθεμένον (recte Kusterus, συγκαταθεμένον) τοῦ Διονύσου. καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἐπήνευε· μὴ τοῦ Κλεισθένους; διὰ τὸ ἐπεβάττεον Κλεισθένι. Eodemque modo Suidas, Ἀπαπαῖ: συγκαταθετικὸν ἐπίρρημα. ἐρημότος γὰρ τοῦ Ἡρακλέους, Ἀνδρὸς ἡράσθης; καὶ τοῦτο ἐπεφθέγγετο. Quamobrem unus scholiastarum et Suidas ἀπαπαῖ, non ut vulgo ἀτταται, hic legerunt. Ergo nos edidimus, ἀπαπαῖ — τῷ Κλεισθένι. Scilicet ἀπαπαῖ, quod ex interjectione παπαῖ recta profluit, metra postulant in Vesp. 309 non minus, quam ἀπαπαῖ ibid. v. 235. Denique ἀτταται, quo utuntur miseri homines misereque lamentantes, alienum videtur a dulci maerore suavique desiderio dei tam delicati. Hermannus autem quum intellexisset, forma ἀτταται versum plane horridum effici, reponere voluit, 'H. ἀλλ' ἀνδρός; Δ. ἀταται. 'H. μὴ ξυνγεγόνου Κλεισθένι; At scholiasta quod dicit, μὴ τοῦ Κλεισθένους; voculam μὴ ipse addidit, sicut ipse τοῦ Κλεισθένους posuit ob genitivos caeteros γυναικος, παιδὸς, ἀνδρός. Illud vero minime praetereundum est, quod Bacchus dicitur Clisthenis potissimum desiderio contabescere. Quoniam enim non vivos praesentesque, sed absentes vel paullo ante mortuos recenti desiderio prosequimur, necesse est, Clisthenem tum aut abfuisse Athenis, aut non multo ante diem suum obisse. Nempe Clisthenem in proelio ad Arginusas cecidisse v. 422 demonstrat. Quanquam vel ex hoc loco probabiliter colligere licet. Clisthenem non peregrinatum esse, sed mortuum. Nam quum trierarchus ad Arginusas faerit (v. 48), hic autem paucissimis post illud proelium mensibus palam desideretur: nescio, ubi hominem alii quaesituri sint, mihi Clistheus videtur ad ipsas Arginusas cecidisse.

V. 61. ἀντιγῶν] ἀντιγμάτων Borgianus et Monacensis.

V. 63. ἔττους;] ἐγὼ Venetus in γράφεται. Haud dubie voluit ἐγώ; infelix conector. — Ibid. μυριάς γ'] dedi e Parisino C apud Bothium, qui et ipse probavit, e Cantabr. I, Borgiano, Flor. b, Ravennate apud Bekkerum (Invernizzii enim Ravennas μυριάς ἐν), daturus vel contra libros omnes. Vulgo μυριάς sine particula. Hercules, cujus edacitas saepissime ridetur (longe enim superabat vel Papirium Cursorem, homi-

nem cibi capacissimum Liv. 9, 16), Hercules igitur etiam pulte delectatus est, ut iterum dicit infra v. 596 ἤψε κατερικτῶν χύτρας | ἔνους δὲ ἢ τρεῖς, ubi recte schol. — ἐπήγαγε τὸ ἔνους. ἔχαιρε γὰρ τούτῳ πάνυ ὁ Ἡρακλῆς. Neque absurde ad nostrum locum scholiasta, — οἱ δὲ ἀνδρεῖοι καὶ πρὸς τὰς μάχας θαυμαστοὶ ἔνους ἐσθίουσιν ὡς συντελοῦν αὐτοῖς πλεῖστα, ὡς οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ λέγουσιν. Certe de pultiphagis Romanis, fortissimo populo, notum est illud Plinij H. N. 18, 8 pulte, non pane, longo tempore vixisse Romanos manifestum est. Adeo Herculem, qui Bacchum putaverat Clistheni scorto adhiinnivisse, mollissimus deus punitur, fratris edacitatem vicissim illudens et pari ἀπαπαὶ par reddit βαβαιάξ, secundum illud, ἔνεστι κἂν μύρμηκι, κἂν σέρφῳ χολή.

V. 64. ἢ τέρα Aldina, Juntinae I et II aliaque multae, ἢ τέρα Crat. Ven. II ἢ ἔτερα Gel. et ed. Kusteri. Nempe ἢ τέρα vel ἢ τέρα nihil est aliud, quam ἢ τέρα. (plene ἢ ἔτερα), ut certatim scripserunt Bentlejus, Seidlerus De Vers. Dochn. p. 388, Reisigius C. p. 108. Et Reisigius quidem acriter increpat Brunckium, qui pessime edidit ἢ ἔτερα φράσω, accusativum, ut ipse dicit, pluralis. Ἡ τέρα cum Aldo fere Porsonus, ἢ τέρα Dobreus. Adeo primarii viri undique convolant, ubi nulla opus est emendatione. Elmslejus ad Acharn. v. 828 minus recte scribit ἢ ἔτερα, apte tamen comparat Eqq. 35. ἀλλ' ἔτερα πη σκεπτέον. Cantabr. 1 ἢ τέρα, ἢ τέρα. Rav. (apud Invern. ἢ τέρα), Mutinensis ἢ τέρα, Venetus, Parisinus D et Monacensis ἢ ἔτερα, alii Parisini apud Brunckium et Baroccianus ἢ τέρα, Cantabr. II ἢ ἔτερας, ἢ ἔτερας Poggianus, postremo Flor. b ἢ τέρα et in margine ἔτερας ἄλλως. Ἐτέρα agnoscit etiam schol., etsi nunc in lemmate est ἔτερα ἢ ἄλλῃ τινὶ ὑποδείγματι φράσω. Ἔστι δὲ τὸ ἡμιστίχιον ἐξ Ὑψιπύλης Εὐρυπίδου. Non dicit, ut Reisigio l. l. visus est, loquutionem ἢ ἔτερα φράσω ex Hypsipyle Euripidis traductam esse, sed nimirum primam versus partem intelligi vult, ἃρ' ἐκδιδάσκω τὸ σαφές, ut recte censet Bothius. Ego scholiasten non tam errasse puto, quam casu atque fortuito Euripidem Aristophanemque in eadem verba incidisse. Tantum enim abest, ut parodia hic quidem ulla fingi animo queat, ut verba ἃρ' ἐκδιδάσκω τὸ σαφές; cuivis scriptori graeco conveniant. Tametsi enim τὸ σαφές saepenumero substantivi vim habet in Euripide (Helen. v. 577, ubi fallitur Matthiaeus, ibid. v. 1149, Orest. 397, Fr. Bellerophont. p. 115 M.), tamen etiam alii ita loquuntur, sicuti Dionys. H. Arch. V, 17 p. 884 — οὐκ ἔχω τὸ σαφές εἰπεῖν, Idem II, 15 p. 88 ὅτῳ δὲ ἄρα θεῶν ἢ δαιμόνων, οὐκ ἔχω τὸ σαφές εἰπεῖν, Lucian. Ver. Hist. I, 26 εἰ δὲ κἀκεῖνοί με ἐώρων, οὐκ (ita recte Lehmannus pro οὐκ ἔτι) ἔχω τὸ ἀσφαλές εἰπεῖν. Amicus meus totum hunc versum, ne admodum fatuus videatur, ex Euripide sumptum esse iudicat, cujus rideri loquacitatem. Nihil vero neque disertum nimis, neque fatuum. Bacchus enim, qui modo comparatione magnisque aeni-

gmatum ambagibus usus erat, profecto ita pergere debebat, Vin' etiam clarius dicam?

V. 66. Ne quis verba με θαρδάρπει πόθος ex Euripide huc redundasse suspicetur, quod ab amico factum memini, tragici poetæ semper forma δάρπων, nusquam productiore θαρδάρπω usi sunt, quæ utraque in Homero reperitur. Confer Homericæ ἀταρτηρός (ex ἀτηρός) atque μερμηρίζω (ε μερίζω). Dixerat autem Bacchus supra v. 53 ἐξαίφνης πόθος | τὴν καρδίαν ἐπάταξε, πῶς οἷσι σφόδρα; Deinceps sermo bene longus de hoc tanto tamque incerto desiderio habitus est. Nunc tandem exspectatio, quam ille diu de industria suspendit, expletur: tale igitur me dilaniat desiderium — (cujus? dicam vero) Euripidis. Simillimus locus est in Thesmoph. 385 — βαρέως φέρω τάλαινα, πολὺν ἤδη χρόνον | προπηλακισμέναις ὀρεῶς ὑμᾶς ὑπὸ — | Εὐριπίδου. τοῦ τῆς λαχνοπωλητρίας, ubi nos plura. Tu confer praeterea Vesp. 71 — 88. Ceterum ingens Euripidis desiderium, quo Bacchus contabescit, eum animorum habitum imitatur, quo tum recens mortuo Euripide permulti Athenis fuerunt. Cf. Plutarchum in Nicia c. XXIX.

V. 67. Libri omnes hunc versum Baccho continuant, ita ut Hercules versu demum 69 ὀπίτερον — loqui incipiat. (Cantabr. I τοῦ τεθνηῶτος, fortassis e v. 1026 Δαρειῖον τεθνηῶτος) Scholiasta, Καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηῆτος: τινὲς βούλονται ἐν πρόσωπον λέγειν ὅλον. τινὲς δὲ διορίζουσι τὸ [adde καὶ ταῦτα] τοῦ τεθνηῆτος, ὡς τοῦ Ἡρακλέους λέγοντος αὐτό. Itaque jam antiquitus nonnulli verba καὶ ταῦτα τοῦ τεθνηῆτος; rectissime Herculi, non Baccho adjudicabant. Viri docti tamen antiquo monitori non obtemperarunt, praeter Kusterum, qui Herculem mirari putat, quod mortui desiderio Bacchus teneri se dixerit, atque Beckium, cui ea sermonis Bacchi interpellatio admodum commoda videtur. Nam Dindorfius in prima secundaque editione Herculis personam posuit, in tertia vero et quarta codices sequutus est. Ac nova quidem persona a formula καὶ ταῦτα incipit etiam in Acharn. 989 καὶ ταῦτα μέντοι νῆ Δί', ὅπερ μ' ἐρεφέτην — . Loqui autem non Bacchum, sed Herculem debere evidentissimum est. Primum enim Bacchus necessario desinet post ipsum nomen Εὐριπίδου, exspectatione post longam moram tergiversationemque tandem aliquando expleta. Deinde Hercules nomine Euripidis audito non solum suum interponere iudicium debet mortuique desiderium mirari, cui satisfacere tamen non liceat: verum etiam malus utique conector tam insolitæ rei inscientiam excusare seque ipsum defendere coactus est. Denique particulae καὶ — γε in verbis κούδεις γε — respondentis sunt, ut v. 49, Avv. 325, Vesp. 1003, Plat. 103, ibid. v. 473, Vesp. 422, Lucian. D. Mar. 8, 1. Nunc etiam finem scholii excutiamus, οὕτω γὰρ καὶ αἱ διδασκαλῆαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ δεδιδαχέναι ὁμωνύμως ἐν ᾧσται Ἰπυγένην τὴν ἐν Ἀσίδῃ, Ἀλκμαίωνα, Βάκχα. Verbis δεδιδαχέναι ὁμωνύμως hoc unum

significari potest, minorem Euripidem sub eodem titulo, quo antea pater patruusve dedisset, has tragoedias a se correctas docuisse. Atqui id parum recte dicitur. Alcmaeones enim duo exstiterunt, ὁ διὰ Ψωφίδος atque ὁ διὰ Κορίνθου, quorum alter vel ante Equites (videt schol. ad Eqq. v. 1299) prodiit, alterum mutato etiam nomine multo post minor docuit Euripides. Jam quum in altero cod. Veneto scriptum sit *δεδιδασχέναι ὁμώνυμον*, omnino legendum videtur τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ὁμώνυμον *δεδιδασχέναι*, a quo proxime abfuit Boeckhius De Tragicis p. 226. Deinde pro ἐν ἄσσει *Ἰφιγένειαν* codices Veneti exhibent ἐν τῷ πρώτῳ ἐπεριφιγένειαν. Quare corrogo ἐν ἄσσει ἐν τῷ προτέρῳ ἔστι (Ol. 93, 2. quo secundum nonnullos mortuus est Euripides) *Ἰφιγένειαν*, totumque scholium ita lego, Οὕτω γὰρ καὶ αἱ διδασκαλῖαι φέρουσι, τελευτήσαντος Εὐριπίδου τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ὁμώνυμον *δεδιδασχέναι ἐν ἄσσει ἐν τῷ προτέρῳ ἔστι Ἰφιγένειαν τὴν ἐν Ἀβλίδι, Ἀλκμαίωνα, Βάκχας*. Annus enim in hac didascalia omnium minime omitti poterat. Nam id ipsum demonstrare vult scholiasta, Euripidem in Ranis hoc est Ol. 93, 3. Callio post Antigensem archonte jure meritoque mortuum dici. Argumentum tamen scholiastae ita tantum probari potest, si mors Euripidis majoris in didascaliis diserte indicata erat. Nam alioqui filius docere tragoedias Athenis poterat absente in Macedonia Euripide, necdum tamen mortuo.

V. 68. τὸ μὴ οὐ | κέλθειν Rav., οὐκ omittit Cantabr. II, τὸ μὴ τ' οὐ Borgianus. Mox verba *ἐλθεῖν ἐπ' ἐκείνον* male verterunt A. Divus atque Kusterus, ut ne conveniam hinc eum, male etiam Brunckius, insequente Vossio, quin eam ad illum. Melius certe Welckerus, nicht nach ihm ginge. Haec est enim sententia, qui eam ad illum *ex Orco abducendum*. Eadem brevitate mox dixit v. 111 ἦν' ἡλθες ἐπὶ τὸν Κέρβερον et Xenophon Anab. VI, 2, 2 ἐνθα λέγεται ὁ Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν Κέρβερον κύνα καταβῆναι, et Ar. Eccles. v. 819 κἄπειτ' ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιστα, et Herodotus VII, 193 — ἐπ' ὕδαρ πεμφθέντα, εὐτ' ἐπὶ τὸ κῶας ἔπλεον, ubi Valckenarius hunc praepositionis ἐπὶ cum accusativo usum egregie illustravit. Alia exempla addidit Matthiaeus Gr. Gr. p. 1169 ed. II.

V. 70. Voces καὶ νῆ Δία — γὰρ conjunguntur etiam in Plut. 1010 καὶ νῆ Δί' εἰ λυπουμένην γ' ἀλσθοιτό με, ubi falso Ravennas γ' omittit, Plut. 144 καὶ νῆ Δί' εἰ τί γ' ἔστι λαμπρὸν καὶ καλὸν —, Eqq. 716 καὶ νῆ Δί' ὑπὸ γε δεξιόνητος τῆς ἐμῆς —, Vesp. 97 καὶ νῆ Δί' ἦν ἰδῆ γέ που γεγραμμένον —, Avv. 1632 καὶ νῆ Δί' ἑταρόν γ' ἔστιν, οὐ' μνησθῆν ἐγώ, Aristoph. ap. Schol. Plut. v. 174 καὶ νῆ Δί' εἰ τὸν Πάμφιλον γε φαίης —, et in Amphiareo p. 73 D. καὶ νῆ Δί' ἐκ τοῦ δωματίου γε νῶν φέρε —. Minus huc pertinet Plut. 187 καὶ ναὶ μὰ Δία τούτων γε πολλῶ πλείονα. Optime vero hic reddunt interpretes, *si quid est inferius Inferis*. Caeterum per hyperbolen incredibile quoddam Euripidis desiderium indicat, neque Tartarum mente

complectitur, etsi is sub Orco Hadeque fuit. Aeschylus Prometh. v. 152 *εἰ γὰρ μ' ὑπὸ γῆν νέφθεν τ' Ἄλδου* | *τοῦ νεκροδέγματος εἰς ἀνέραντον* | *Τάρταρον ἦεν* —. Quare ludit poeta manifesto in Nub. 193 *οὔτε δ' ἐραβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον*, neque enim sub Tartaro fuit quidquam.

V. 71. *δέομαι ποιητοῦ δεξιού*] Recte schol. Ven. *αὐτοῦ γὰρ τοῦ Διονύσου ἐστὶν ὁ ἀγών*.

V. 72. Versus Euripidis ex Oeneo. Scholiasta, — *Εὐριπίδου ἐξ Οἰνέως*. *Σὸ δ' ᾧδ' ἐρημος ξυμμάχων ἀπόλλουσαι*; | *Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσὶν, οἱ δ' ὄντες κακοί*. Recte Matthiaeus p. 239 priorem versum tribuit Diomedem cum Valckenario et Musgravio, Oeneo secundum praecedente Grotio. Praeterea ex hoc loco profecit etiam Rhinton, perpetuus ille Euripidis imitator, apud Ciceronem Ad Atticum Epp. I, 20 Illud tamen velim existimes, me hanc viam optatum post Catuli mortem nec praesidio ullo nec comitatu tenere. Nam, ut ait Rhinton, ut opinor, *Οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσι, τοῖς δ' οὐδὲν μέλει*. Nam ex illis verbis post Catuli mortem necessario efficitur, scripsisse Rhintonem, *Οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσὶν κτλ.*, ut jam olim dixi de Trimetro Comico p. 5.

V. 73. Venetus, *τοῦτ' ἐστὶ καὶ*, lemma scholii, *τοῦτο γὰρ μόνον ἐστὶ ἀγαθόν*. Saepe homo *τάγαθόν* vel *τὸ κακόν* dicitur genere neutro, ut a Plutarcho Vit. Themistocl. c. 2 *οὐδὲν ἔση, καί, σὸ μικρόν, ἀλλὰ μέγα πάντως ἀγαθόν ἢ κακόν*, Vit. Alcibiad. c. 16 *μέγα γὰρ αὖξή κακὸν ἄνασι τοῦτοις*, Vit. Coriol. c. 23 *μέγα γὰρ ἡμῖν ἀγαθόν ἦεν διδοῦς σεαυτὸν*, et Arist. Thesmoph. v. 787 — 799. Alia exempla protuli in Quaest. Arist. T. I. p. 250. Denique hoc loco utitur Phrynichus Bekkeri p. 5, 30. *Ἀγαθόν ἐστὶ τοῦτ' ἀποκρίσεται, εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα: πᾶν Ἀττικῶς. Ἀριστοφάνης: τὸ γὰρ τοι καὶ μόνον* | *ἐστὶ λοιπὸν ἀγαθόν, εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα*.

V. 75. Si tantummodo dixisset, *εἰ καὶ τοῦτ' ἄρα* (*ἀγαθόν ἐστὶν*), tamen Jophontem haud bonum fuisse poetam suspicaretur. Nunc ille hanc suspicionem uberius declarat verbis *οὐ γὰρ σάφ' οἶδ' οὐδ' αὐτὸ τοῦθ' ὅπως* (scilicet *εἴτε καλῶς εἴτε κακῶς*) *ἔχει*, ut minime dubium sit, quin plurimum Jophontis tragoedias vivo patre scriptas pro Sophocleis potius habuerint. Cf. v. 78. 79.

V. 76. Libri omnes *εἰτ' οὐχὶ Σοφοκλέα*, praeterquam quod Elbingensis *Σοφοκλέους*. Primum igitur Brunckius *Σοφοκλέα* tribus syllabis per synecphonesin efferri vult, ut Ran. 862, Thesmoph. 26, Soph. Trach. 232, Eurip. Phoeniss. 913, Incert. Rhes. 977, Soph. Ajac. 104, et similiter aliis in locis. Nempe contractio ista in atticam dialectum transiit e sermone Homeri, velut Il. γ' 237 et ibid. v. 27. Cf. ibid. v. 450 Il. δ. 365 aliosque locos. Nemo enim, quemadmodum spero, novam formam *Σοφοκλή* inducere audebit, collatis Soph. Trach. 476 *ταύτης ὁ δεινὸς ἱμερὸς ποθ' Ἥρα-κλῆ* (nisi hic quidem praestat *Ἥρακλέα*) et Incert. Rhes. 708 *Ὀδυσσῆ*. Cf.

Buttmanuum Gr. Gr. T. I p. 196 et Lobeckium ad Ajac. p. 112 ed II. Itaque perverso iudicio Reisigius in Conject. p. 62 nostrum versum proceleusmatico, id est vitio certo affectum esse maluit, quam Hermannō etiam auctore *Σοφοκλέα* in tres syllabas coalescere, sicut *Ἡρακλέα*, *Ὀδυσσεά*, *Μενουκία*. Acute tamen observat idem Reisigius, in trimetro nominis *Σοφοκλέης* ante caesuram positi antepaenultimam ictu percuti solere, ut Ran. 79. Ran. 786. Pac. 681. Phrynichus Musis in argumentis Oedipi Colonei, Ran. 86, Avv. 1295. Thesmoph. 169. Nub. 849. Contra post caesuram prima syllaba ictum habet, ut Pac. 523. Pac. 679. Avv. 100. Cratinus ap. Athen. XIV p. 638 f. Quanquam isti doctrinae nonnulli loci manifesto repugnant, ut Thesmoph. 168 *ταῦτ' ἀρ' ὁ Φιλοκλῆς αἰσχρὸς ὦν αἰσχρῶς ποιεῖ*, Cratin. ap. Plutarch. Pericl. c. 13 *ὁ Περικλῆς τῷδ' εἰὼν ἐπὶ τοῦ κρανίου*, ubi articulus *ὁ* in libris deest. Ipse adeo Reisigius quodammodo contra se affert e trochaicis versibus Thesmoph. 440 *Ξενοκλέης*, Avv. 281 *Φιλοκλέους*, et Teleclid. Plutarch. Nicia c. 4 *Χαρικλῆς* (hic quidem libri *Χαρικλῆς*, pro quo inepte Schaeferus *Χαιρεκλῆς*). Omninoque variat ictus multis in vocibus, ut Aesch. Choeph. 1 et contra ibid. v. 124. Neque satis intelligo, quomodo caesura ad mutationem ictus ullam vim habere possit. Ne tamen Reisigii observatio temere contemnatur, locorum impedit, qui eam firmant, multitudo, ut Acharn. 504, Nub. 47, Cratin. ap. schol. Soph. Antig. v. 404, Nub. 71. Quin plures etiam hujusmodi versus possum adjicere. Hoc denique ipso versu certissime scripserat poëta, *εἰτ' οὐ Σοφοκλέα, πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου*. Nam suus quemque sensus poëtarum lectione subactus docebit, nomen *Σοφοκλέα*, quod Euripidi opponendum est, majore cum vi gravitateque dici vocula *οὐ* pro *οὐχι* (quae frequens permutatio est) reposita, quam secundum codices, *εἰτ' οὐχι Σοφοκλέα*, ubi Sophocles mire delitescit, atque etiam numeros ipsos multo jam melius commodiusque profluere. Et conjecerunt *εἰτ' οὐ Σοφοκλέα* Bentlejus, Reisigius p. 63, dubitanter ille quidem, ut in tantis proceleusmatici amoribus, et Bothius. Nam Dindorfius *indoctam* quorundam correctionem *οὐ Σοφοκλέα* putavit notandam esse in prima secundaque editione; in tertia autem et quarta censor ipse *οὐ* recepit. Inconsiderate vero idem Bentlejus atque Elmslejus ad Medeam v. 805 p. 206 *ὄντ' de*leri jusserunt, *εἰτ' οὐχι Σοφοκλέα πρότερον Εὐριπίδου*, hoc est, nonne Sophoclem prius, quam Euripidem reducere vis? At Bacchus unum omnino poëtam tragicum, non duos ex inferis revocare constituit. Praeterea *πρότερον* ictus pravus est atque perversus. Nam, uti jam alio loco diximus, ab initio versus, accedente ad percussionem metricam totius accentu sententiae, recte habet *ποτέρα*, ut *ποτέρα πεπρασθαι χορήδδ' ἢ πεινῆν κακῶς* et *ποτέρον ἀνκίδες ἥδιόν ἐστιν ἢ κίχλαι* et *ποτέρα νομίξεις καινὸν αἰετὸν Δία* et *καὶ γὰρ πρότερον ἐπανθρακίδαν ἐμπλήμενος* in Acharnensibus

Nubibus Vespisque; quod contra in mediis versibus unice probantur πρότερος, πότερος, ut ἔχ' ἀτρέμα' φέρε' ἴδω πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα et γῆν ἀναμετρεῖσθαι, πότερα τὴν κληρουχικήν. Profuerit hoc ad emendandum versum Lysistr. 982, ubi lego, σὺ δ' εἰ τί; πότερ' ἀνθρωπος ἢ Κονίσσαλος; Ravennas τις πότερον, unde Bekkerus τίς; πότερ' eruit non sine metri vitio ac labe. Postremo v. πρότερον ad dignitatem, minime vero ad aetatem pertinet: quum Sophocles melior poëta sit Euripide. Nam et Baccho poëta opus erat perito v. 71, et in toto loco de bonis malisque tragoediae auctoribus agitur, non de antiquis vel recentibus. Male igitur scholiastes ad v. 75 πρότερον δὲ τῇ ἡλικίᾳ, ἢ τιμώτερον, deceptus eo, quod Sophocles aetate paullum Euripidi antecessit.

V. 77. Vulgo μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ ἐκείθεν —. At μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ γ' ἐκείθεν Parisini B E, Cantabr. I et II, Baroccianus (qui Hq. praefigit versui 75, non 76), duo Harlejani teste Elmslejo ad Acharn. v. 127 p. 61 ed. Lips., μέλλεις ἀνάγειν εὐπεργ (sic) Elbingensis, denique εἴπερ' ἐκείθεν etiam Borgianus et Florentinus b. Hanc igitur scripturam ἀνάγειν, εἴπερ γ' probarunt Brunckius atque Elmslejus ad Medeam v. 805, et sic constanter edidit Dindorfius. Ravennas et Venetus μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ ἐκείθεν. Primum ἀναγαγεῖν metricam esse correctionem apparet. Ne quis enim ἀνάγειν ab atticista aliquo temere positum esse censeat, qui ridiculo errore μέλλω ἀγαγεῖν barbarum esse opinantur, ut Phrynichus Epitom. p. 336, quem refellit Lobeckius ibid. p. 745 sqq.: non solum optimorum librorum fides, sed etiam illi ipsi loci prohibent, in quibus μέλλω cum aoristis compositum nulla librariorum audacia labefactavit. Ego olim putavi, in verbis εἴπερ ἐκείθεν δεῖ δ' ἄγειν deesse accusativum objecti τινά. Hunc vero accusativum e tam remoto loco v. 71 δέομαι ποιητοῦ δεξιῷ tanto minus audebam tacito assumere, quod hic τινά vel ob poëtarum oppositionem necessario addendum esset. Hoc enim intelligi putabam: si aliquem ex Orco reducere vis, tum non Sophoclem potius, quam Euripidem? His de causis rescripseram, μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ τιν' ἐκείθεν δεῖ δ' ἄγειν; Et sane nunc video, cod. Parisinum C, optimae notae librum, τινά quamvis alieno loco adjicere; exhibet autem apud Bothium p. 142 ἀνάγειν, — ἄγειν τινά. At vero et τινά glossema est, neque numeri isti probabiles sunt. Quare nunc edidi εἴπερ γ', dubitanter tamen. Quum enim probe Hercules sciret, certum esse Baccho deliberatumque, ad inferos et vel ad infimos descendere, particulis εἴπερ γε uti vix potuit, sed potius ei dicendum erat, εἴπερ ἐκείθεν δεῖ δ' ἄγειν, ut infra v. 497 ἐπειδὴ ληματιῶς κἀνδρείος εἰ — εἴπερ ἀφοβόσπλαγχνος εἰ. Minus enim dubitationis habet εἴπερ, quam εἴπερ γε, propterea quod γε ad conditionem valet restringendam. Vide exempli causa Acharn. 288, Nub. 340, ibid. v. 920, ibid. v. 686 μὴ δῆθ' ἰκετεύω 'νταῦθά γ', ἀλλ' εἴπερ γε χορή, | χαμαὶ μ' ἔασον αὐτὰ ταῦτ' ἐκφορτίσαι. Vesp. 1153,

Eqq. 366 νή τὸν Ποσειδῶ κάμει γ' ἄρ', ἥνπερ γε τοῦτον εἰληξ. Aeschyl. Suppl. 339, Eurip. Med. 819 λέξης δὲ μὴδὲν τῶν ἐμοὶ δεδογμένων, | εἴπερ φρονεῖς γ' εὐ δεσπότης, γυνή τ' ἔφρων, ubi plures locos collegerunt Porsonus atque Elmslejus. Cum pari dubitatione εἰ μὴ περ γε dicitur addita negatione in Nub. 1165 πῶς γάρ; εἰ μὴ περ γ' ἄμα | αὐτὴ γένοιτ' ἂν γραῦς τε καὶ νέα γυνή. Xenoph. Oeconom. VII, 17 et alibi.

V. 78. πρὶν γ' ἂν] πρὶν ἂν Rav.

V. 80. γ' abest a Barocciano et Veneto.

V. 81. καὶν ξυναποδρᾶναι emendavi cum Dobráeo, Dindorfio, Bekkero. Scribebatur enim καὶ ξυναποδρᾶναι. A Mutinensi abest καί. Brunckius edidit καί — ἐπιχειρήσειεν ἂν e Parisino A atque ἐπιχειρήσειεν ἂν etiam Mutinensis. Parisinus C ἐπιχειρήσειέ με.

V. 82. Minus recte Schol. εὐκολος: ἀπλοῖκός καὶ ἐλευθέριος. τοιοῦτος δὲ ὁ Σοφοκλῆς. Melius Thomas Mag. p. 107 R. (p. 387 B.) Εὐκολος ὁ ἀπελῆς καὶ ἔτοιμος εἰς ὅπερ ἂν τις αὐτῷ χρῆσασθαι βούλοιοτο. Ἀριστοφάνης ἐν βατράχοις· εὐκολος μὲν ἐνθάδε, εὐκολος δ' ἐκεῖ. Est enim εὐκολος homo facilis et sua sorte contentus, qui si possit, neque ipse habeat negotii quidquam, neque exhibeat alteri (ἀπράγμων, non πολυπράγμων). Commode Spanhemius meminit loci notissimi Ionis apud Athen. XIII, 604 δ τὰ μέντοι πολιτικά οὔτε σοφὸς οὔτε φεικτῆριος ἦν (ὁ Σοφοκλῆς), ἀλλ' ὥς ἂν τις εἰς τῶν χρηστῶν (proborum minimeque callidorum, ut recte Spanhemius) ἄσθηναι. Ceterum non alluditur ad similem locum, quem comparavit Berglerus, Soph. Ajac. v. 1372 οὗτος δὲ κάκει κἀνθάδ' ἂν ἔμοιγ' ὁμῶς | ἔχθιστος ἔσται.

V. 73 — 82. Hoc in colloquio singularum rerum ordo atque vicissitudo, quum paene ultro oblata esse videatur, non artificio ullo quaesita, eximiam tamen Aristophanis prudentiam ostendit. Primum enim Bacchus Iophontem caeteris, qui tum vivebant, tragicis haud dubie anteponit, ita tamen ut nescio quid obscuri criminis atque suspicionis odiosae non jaciatur leviter, sed accurate praemuniat. Ita vero commota hominum expectatione planeque suspensa Sophoclis mentio repente injicitur; quaerentique, cur non Sophoclem, meliorem Euripide poetam, ex inferis reducturus sit, Bacchus respondet, fieri id nullo modo posse Iophontis causa, quem dici tragoedias a Sophocle patre scriptas temere pro suis venditasse, adeoque poesis Iophontis nisi absente Sophocle explorari non posse. Sic crimine ipso tandem nominato expectationi illi satisfactum est. Optime etiam Aeschyle omisso, qui infra cum Euripide contendet, Sophoclem miratur penitus neglectum, qui omnino in certamen non descendet. In comoedia enim nulla fieri poterat comparatio Aeschyli et Sophoclis; quorum in pari propemodum splendore utrum utri praelaturus esset, populus ipse nesciret; sed aut Sophocles et Euripides comparandi erant (etsi ne horum quidem

poëtarum tanta discrepantia est, quantam vulgus facile sentiat), aut melius etiam Aeschylus cum Euripide debebat contendere, qui non solum facultate, verum ipsa etiam natura mire differebant. Apparet igitur, Sophoclem in hoc certamine omittendum fuisse; quod ne quis cum ignominia Sophoclis factum esse interpretetur, infra v. 786-sqq. iterum cavet poëta atque Sophoclem magna laude et debita prosequitur. Porro ex Aristophane discimus, non rumore ambiguo, sed constantissima fama tragoedias quasdam, quas suo nomine Iophon docuisset, Sophocli tributas esse. Idem multis verbis tradiderunt scholiastae, ut ad v. 74 ἡγωνίσατο γὰρ καὶ ἐνίκησε λαμπρῶς ἔτι ζῶντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. διὸ ἀμφιβάλλει, μήποτε τοῦ Σοφοκλέους εἴη εἰρηκῶς τραγωδίαν. ad v. 75 εἴτε αὐτοῦ δηλονότι τὰ ποιήματα, εἴτε τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Σοφοκλέους· τοιαύτη γὰρ περὶ αὐτοῦ τοῦ πολλοῦς δόξα κατεῖχε. ad v. 78 καμφοδεῖται γὰρ Ἰοφῶν ὁ υἱὸς Σοφοκλέους, ὥς τὰ τοῦ πατρὸς λέγων ποιήματα. οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῇ ταῖς τοῦ πατρὸς τραγωδίας ἐπιγράφεσθαι καμφοδεῖται, ἀλλ' ἐπὶ τῇ καὶ ψυχρὸς καὶ μακρὸς εἶναι. Haec scilicet in unum conjuncta rem illam egregie illustrant. Nam si Iophon tragicus patre etiamtum superstite magna cum gloria vicerat, et idem tamen aliis in dramatis frigidus atque verbosus esse poëta videbatur: quid mirum, spectatores sic in animum induxisse, ut tam dissimiles fabulas a diversis auctoribus profectas esse judicarent? praesertim si forte Iophon languidus et loquax eo tempore fuerat, quo cum vero Sophocle de palma certaret, id quod factum esse scholiastae asseverant ad v. 73 οὐ μόνον δὲ Χοιρίλῳ καὶ τοῖς περὶ Αἰσχύλον καὶ Εὐριπίδην, ἀλλὰ καὶ Ἰοφῶντι συνηγωνίσατο τῷ υἱῷ. Cum Aristophane et scholiastis consentit etiam Suidas in Ἰοφῶν — Δράματα δὲ Ἰοφῶν ἐδίδαξεν ὃν ἔστιν — Πανθεὺς, καὶ ἄλλα τινὰ τοῦ πατρὸς Σοφοκλέους. Quod enim in MSS. Paris. C. C. C. legitur, καὶ ἄλλα τινὰ κατὰ τοῦ πατρὸς Σοφ. jure repudiat Kusterus. Contra male Porsonus ad Ran. v. 78 lectione κατὰ innixus conjecit, — καὶ ἄλλα τινὰ μετὰ τοῦ πατρὸς Σοφοκλέους. Nempe Iophonti non hoc vitio datum est, quod a patre in scribendo adjutus esset, sed quod Sophoclis tragoediis pro suis uti non dubitaret. Porro hi Aristophanis versus apud Dionem LII. p. 553, Mor. Ὁ δ' αὖ Σοφοκλέους τοῦ μέλει κεραισμένον, | ὥσπερ καθίσκου περιέλειχε τὸ στόμα, quos Dindorfius p. 117 bene Gerytadi assignat, egregie conveniunt in Iophontem paternas tragoedias sibi temere adscribentem: quamquam fortasse in alium quoque poëtam tragicum dici poterant, qui Sophoclem absurde imitatus esset. Jam vero dicitur Iophon Sophoclem valde senem publice παρανομίας crimine accusasse, quam narrationem res ipsa postulat, ut hic paucis attingam. Ac primum S. Petitus in Legg. Att. p. 168 tametsi rem ipsam expedire non potuit, hoc tamen Vitae Sophocleae scriptorem sequutus recte statuit, non heliastas sed curiales hac in causa judices sedisse. Scilicet curialium mentio minime

ad singularem dementiae actionem, sed ad aliam Sophoclis causam spectat, qui quum nepotem Sophoclem ex Aristone spurio conceptam invito Iophonte filio legitimo inter curiales referre, mortuo jam, ut videtur, Aristone liberorumque in jura asserere cuperet: apud curiales altercationem cum Iophonte filio exercuit. Quam rem optime perspexit Meierus De gentilitate Attica p. 19, probante etiam Hermannō in proemio Lectt. Marburg. Hibern. 1836 — 1837 p. VII. Fugit tamen eosdem, illum ipsum Vitae locum mendis affectum esse; non fugit unum G. Hermannum in Praefatione ad Oedipum Coloneum, id quod conjecturae ἐν δικαστηρίῳ pro ἐν δράματι p. XI ed. prim. atque καὶ ποτε * * * ἐν Δράμασιν εἰσήγαγε (scil. Ἀριστοφάνης) τὸν Ἰοφῶντα p. XI ed. sec. testantur. Vulgo enim iu Vita Sophoclis p. XI ed. Brunck. haec leguntur, Φαίνεται δὲ καὶ παρὰ πολλοῖς ἡ πρὸς τὸν υἱὸν Ἰοφῶντα γενομένη αὐτῷ δίκη ποτέ. ἔχων γὰρ ἐκ μὲν Νικοστράτης Ἰοφῶντα, ἐκ δὲ Θεωρίδος Σικυνωσίας Ἀρίσταντα, τὸν ἐκ τοῦτου γεγόμενον παῖδα, Σοφοκλέα τοῦνομα, πλέον ἔστεργε, καὶ ποτε ἐν δράματι εἰσήγαγε τὸν Ἰοφῶντα αὐτῷ φθονοῦντα, καὶ πρὸς τοὺς φράτορας ἐγκαλοῦντα τῷ πατρὶ, ὡς ὑπὸ γήρας παραφρονοῦντι· οἱ δὲ τῷ Ἰοφῶντι ἐπετίμησαν. Σάτυρος δὲ φησιν αὐτὸν εἰπεῖν· εἰ μὲν εἰμι Σοφοκλῆς, οὐ παραφρονῶ· εἰ δὲ παραφρονῶ, οὐκ εἰμὶ Σοφοκλῆς· καὶ τότε τὸν Οἰδίποδα παραγνῶναι. Extremam partem Εἰσήγαγε δὲ ποτε Σοφοκλῆς ἐν δράματι τὸν Ἰοφῶντα — τὸν Οἰδίποδα ἀναγνῶναι paene verbotenus exscripsit Musurus ad hunc ipsum locum (ad v. 73). Quodsi totam rem ipse scriptor actam vult apud curiales, quomodo eandem convenit fictam dicere in aliquo dramate? Immo et sententia loci et verba deinceps addita πρὸς τοὺς φράτορας clare ostendunt, grammaticum non ἐν δράματι εἰσήγαγε scripsisse, sed potius formula solemnī ἐς τοὺς φράτορας εἰσῆγε. Totus denique locus, utpote etiam lacunosus, ita fere restitui debet — πλέον ἔστεργε, καὶ ποτε ἐς τοὺς φράτορας εἰσῆγε. [Λέγουσιν οὖν μὴ ἔασαι αὐτὸν εἰσαγαγεῖν] τὸν Ἰοφῶντα κ. τ. λ. Nempe spurio filio natum vel spurium ipsum inter curiales referre pater eo consilio solebat, ut in legitimorum liberorum jura assertas hereditatem paternam cernere posset. Vide luculentissimum testimonium Avv. v. 1642 — 1668, ubi v. 1667 diserte scriptum est, ἤδη σ' ὁ πατήρ ἐσῆγαγ' ἐς τοὺς φράτορας; Videamus nunc eos scriptores, qui a superiore narratione partim discedunt, Lucianum in Macrobiis c. 24 οὗτος (ὁ Σοφοκλῆς) ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίποδιν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος, ὅπως τὸν νοῦν ὑγιάλνῃ· ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθανυμάσαι, καταψηφισαῖθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν. Quo nihil minus credibile est, quam Iophontem publice dementiae condemnatum tragoedias docuisse; editas autem ab Iophonte fabulas esse paullo post illud iudicium et sub ipsam Sophoclis mortem evidentissime declarat hic locus Ranarum. Cum Luciano fere con-

sentit Apulejus in Apologia p. 299. quo auctore omnes iudices non ita multum abfuerunt, quin filium potius accusatorem dementiae condemnarent. Adde Plutarchum in Moral. p. 785, A. Σοφοκλῆς δὲ λέγεται μὲν ὑπὸ τῶν νῆων (sic) παρανομίας δίκην φεύγων ἀναγνωῖναι τὴν ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνοῦ πάροδον, ἣ ἐστὶν ἀρχή· Εὐέλπον — . Hi quod paullo negligentius scripserunt, παρανομίας κρινόμενος sive παρανομίας δίκην φεύγων, id non potest eo valere, ut novam dementiae actionem comminiscamur. Satis enim a Vitae scriptore cognovimus, in ipso curialium consessu dementiae Sophocli objectam esse. Itaque solus restat Cicero in Catone Maiore c. 7. »Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit: quod propter studium *quum rem negligere familiarem videretur* (sic), a filiis (sic) in iudicium vocatus est, ut, quemadmodum nostro more male rem gerentibus patribus bonis interdici solet, sic illum quasi desipientem a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat et proxime scripserat, Oedipum Coloneum recitasse iudicibus quaesisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato sententiis iudicum est liberatus.» Hic quod in illo iudicio id actum esse dicit, ut Sophocles quasi desipiens a re familiari removeretur, ipse ex eo collegit, quod senex rem negligere familiarem visus esset. At hoc quidem est inepte mentiri, quando Sophocles in ipsa senectute, si quis alius, paterfamilias fuit ad rem attentus, ne sordidum dicam, planeque alter Simonides, testante Aristophane in Pace v. 679 — 683. Quanquam igitur illa causa in re familiari omnino versata est, minime tamen ab Iophonte hoc actum est, ut avo Sophocli, sicuti est apud Ciceronem, sed ut nepoti Sophocli avi bonis, non suis interdiceretur. Etenim a Vitae scriptore didicimus, Iophontem accusatorem laborasse, ut paternam hereditatem ipse cerneret, nihil (si posset) minori Sophocli, nisi τὰ νοθεῖα concessurus. Nempe qui Ciceronem, Lucianum, Apulejum, Plutarchum cum Vitae Scriptore contulerit, in haud ita levi discrepantia omnes tamen de una eademque causa disserere eo facilius credet, quo magis conveniunt accusatio Iophontis dementiae crimen, recitatio Oedipi Colonei, ipsa iudicum sententia. Itaque quum Vitae Scriptoris caetera h. l. veracissimi summa esse debeat auctoritas, ne reliqui quidem negant, id quod diserte affirmat Vitae Scriptor, non dissentiente Satyro, causam illam, in qua dementiae quoque crimen jactatum est, a curialibus tantummodo cognitam esse. Quamobrem nemo testis est, Iophontem iterum coram heliastis, praetore iudicii archonte justam dementiae actionem patri intendisse, miramurque et Meiero et Hermanno ll. ll. visam esse hanc causam, quum primum apud curiales disceptata esset, postea ad heliastas quoque pervenisse. Quid, quod ne licebat quidem Iophonti patrem singulari dementiae crimine iterum accusare, propterea quod jam curiales Sophoclem decreverant sanae mentis esse, quo

recte decreto certe archon, ut verissime Boeckhii, in cognoscenda causa litem rejecisset. Et quis Iophontem credat tam pervicacem tamque ineptum fuisse, ut in re manifesta tamen bis causa cadere vellet? quum praesertim filius patrem accusaturus esset dementiae, atrocissimo facinore, quod ne fidem quidem inveniat, nisi plane expressa sint signa omnia veritatis. Postremo dementiae actioni repugnat Valerius Maximus VIII, 7, 12 »Prope enim centesimum annum attigit (Sophocles), sub ipsum transitum ad mortem Oedipode Coloneo scripto. — Idque ignotum esse posteris filius Sophoclis *Iophon* noluit, sepulchro patris, quae retuli, insculpendo.« Quamquam enim in codd. omnibus exstat *Sophon*, non dubito tamen, quin *Iophon* jure restitutus sit. Qui enim in morte filius tam pius fuerit, eum incredibile est paullo ante patris mortem tanta fuisse impietate. (Adde Vitae Scriptorem p. XVIII ed. Lips. "Ἔσχε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἀλκωνος ἱερωσύνην, ὃς ἦρως ἦν, [τραφείς] μετὰ Ἀσκληπιοῦ παρὰ Χείλωνι· ἰδρύθη δὲ ἐπὶ Ἰοφῶντος τοῦ υἱοῦ μετὰ τὴν τελευτήν. Aberat τραφείς et antea legebatur Ἀλκωνος. Eodem modo locum scripsit Meineckius Fragm. Com. II. p. 683 adnot.). Contra idem in curialium consessu et consobrinum magis petierat, quam patrem, et ipse credidisse videtur, patrem, qui tum paene nonagenarius erat, prae senio delirare; denique animi dolore accensus avaritiaque ocoecatus semel aliquando vocem emisit impiam, Aristophani similior, qui Eqq. 529 sqq. senilem Cratini imbecillitatem notavit, quam Xanthippo Pericli filio, quem Plutarchus in Pericle c. 36 testatur convicium facere parenti consuevisse. Ceterum quod Sophocles, ut integra se mente uti doceret, more in judiciis atticis haud sane novo parodum Oedipi Colonei recens scriptam curialibus praelegisse dicitur, id jure sequutus est C. F. Hermannus l. l. p. VII. Negaverunt id ipsum nescio quo modo Boeckhii in prooemio Ind. Lectt. Berol. hiem. 1825 — 1826 p. 6 et in Niebuhrii Museo Rhenano Vol. I p. 55 sqq. atque G. Dindorfius ad Aristoph. Fragm. p. 56. Miraberis fortasse, quod disputationem de illa lite hic potissimum inseruerim. Putabam aliquando, Iophontem non solum de bonis, verum etiam pro fama laborasse, conjungebamque hanc accusationem etiam cum publica infamia Iophontis tragoedias patri jam seni furantis. Neque enim clarius demonstrare Iophon potuit, suas ipsius fabulas, non patris a se doceri, quam si patrem suum prae senio delirare atque desipere ostendisset. At Vitae Scriptores itemque Cicero non alio hanc litem referunt, nisi ad rem familiarem. Vel sic tamen probabile est, Iophontem, quum apud curiales causa cecidisset, ex hac lite non bonorum tantum jacturam reportasse, sed etiam famae. Pater enim Sophocles, quem delirare filius dixerat, prae dolore non dissimulasse videtur, a semet ipso Iophontem in tragoediis scribendis adjutum esse. Quod nisi moriens Oedipum Coloneum Sophocli nepoti tradidisset, non hic potius, quam ipse Iophon hanc

tragoediam videtur docturus fuisse. Praeterea etiam minor Sophocles famam illam de furtis Iophonis ab ipso avo acceptam corroborasse videtur, quippe qui et ob communem tragicæ poëseos professionem et magis etiam propter litis, quam supra dixi, acerbiter Iophonti inimicus esset. Neque tamen tot scriptores, si fallente alius causae magna similitudine dementiae actionem inepte excogitarunt, idcirco etiam in eo mentiri videntur, quod Oedipum Coloneum a Sophocle haud multo ante mortem scriptum esse confirmant. Haec est enim una atque consentiens vox primum Ciceronis, deinde Plutarchi, tum Luciani, porro Apuleji, praeterea Valerii Maximi, denique etiam Satyri. Omnium vero luculentissime grammaticus argumenti scriptor in codice Laurentiano A, *Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ υἱδοῦς ἐδίδαξεν, υἱὸς δὲ Ἀρίστωνος. ἐπὶ ἀρχόντος Μίκωνος* (Ol. 94, 3), *ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου* (Ol. 93, 3), *ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφοκλέα τελευτῆσαι*. Et quoniam major Sophocles in ultima senectute fabulas suas tantummodo praelegit (ut Antigonam secundum Vitae Scriptorem p. XX ed. Lips.), non ipse publice docuit: Oedipum Coloneum Sophocles nepos primum in theatri lucem protulisse censendus est. Neque enim huic grammatico ullo modo repugnat Diodorus Sic. XIV, 53 *ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Σοφοκλῆς ὁ Σοφοκλέους τραγῳδίας διδάσκων ἤρξατο* (Ol. 95, 4 Lysiade archonte), *καὶ νίκας ἔσχε θουκάδεια*. Scribere debuit Diodorus, *ὁ Σοφοκλέους υἱδοῦς* vel *υἱωνὸς* vel *ἀπόγονος*, quandoquidem Iophon multis ante annis tragoedias docere coeperat. Videlicet et Diodorus recte testatur, Sophoclem minorem suam ipsius tragoediam primum Ol. 95, 4 edidisse, nec minus recte scribit grammaticus, avi Oedipum Coloneum a minore Sophocle Ol. 94, 3 commissum esse. His igitur testimoniis contra nitentibus qua tandem audacia dixerunt Lachmannus, Reisigius, G. Hermannus, Boeckhius, Suevernius, alii, Oedipum Coloneum multo ante a Sophocle compositum esse? Profecto nihil aliud primarii viri, nisi leves rationes et memoratu indignas sequuti sunt. Nam illud tritum atque decantatum, *Καίτοι σε Θῆβαί γ' οὐκ ἐπαίδευσαν κακόν· οὐ γὰρ φιλοῦσιν ἄνδρας ἐκδίκους τρέφειν*. omnem vim penitus amisit, ex quo C. F. Hermannus l. p. IV (ubi antiquitatis fidem adversus levitatem conjectorum recte defendit) sic iudicavit, omnes locos, quibus aliqua Thebarum laus contineatur, a Sophocle nepote additos esse; quo enim tempore fabula edita est, summa fuit Athenienses inter atque Thebanos amicitia. Nam quod nonnulli extremae senectutis indicia in illo dramate valde desiderarunt, id multis de causis in nullam partem valere potest: primum quod fabulam a nepote varie mutatam esse apparet, quantae autem hujus partes fuerint, quantaeve avi ipsius, hodie nescimus; deinde quod antiqui testes Sophoclis in tanta senectute mentis vigorem disertè admirantur; tum quod Sophocles per omnem vitam tanta animi aequitate,

tamque miti, placido et constante ingenio fuit, ut ne ipsi quidem Oedipo conjectori divinare liceat, quidnam a juvene, quidve a sene scriptum esse videatur. Omnino etsi facile intellectu est, Aeschyli Eumenidas, Euripidis Herculem Furem a senibus vix ac ne vix quidem scribi potuisse: paucissimas tamen exstare tragoedias puto, quibus aetas poëtae vel obscure indicetur, vel aperte prodita sit. Alia est comicorum poëtarum ratio; quoniam ut severitas aetatis progressu etiam augetur, ita jocorum hilaritas sensim imminui solet. Quapropter neque in Cratini Pytine, si hodie tota superesset, pristinam vim atque illa jocorum fulmina quisquam agnosceret, et in Aristophanis Pluto secundo, qui aetatem tulit, divinum Aristophanis ingenium magnopere requirimus. Scilicet de hoc Pluto prorsus idem valet, quod Isocrates de se dixit *Περὶ Ἀντιδόσεως* 9, 1 B. ταῦτα δὲ διανοηθεὶς ἔγραφον τὸν λόγον τοῦτον, οὐκ ἀκμάζων, ἀλλ' ἔτη γεγωνῶς δύο καὶ ὀγδοήκοντα. διόπερ χρηὴ συγγνώμην ἔχειν, ἣν μαλακώτερος ὢν φαίνεται τῶν παρ' ἐμοῦ πρότερον ἐκδεδομένων.

V. 83 et v. 85 affert Suidas omisso v. 84 s. Ἀγάθων scribens ille Ἀγάθων ποῦ ἐστίν; omissis etiam de more personarum vicibus.

V. 83. ἀπολιπὼν μ' οἴχεται Ravennas, Venetus, Baroccianus, Borgia-nus, Monac., Florentinus b. Vulgatam μ' ἀποιχεται servat Suidas. Ne ad sententiam quidem aptum est verbum οἴχεται, quippe quod etiam significare possit mortuum esse Agathonem. At primum de itinere ejus disseritur usque ad verba ποῖ γῆς ὁ τλήμων; ac tum demum praeter expectationem illud additur eum esse mortuum. Praeterea quam facile alterum ἀπο — excidere potuerit, apparet. Relicto me, inquit, peregre profectus est. Sanissimum est igitur ἀποιχεται, quocum conferre oportet praeter multos Odysseae locos, α', 253, ξ', 8, φ' 70, Soph. Trachin. 42.

V. 84. καὶ, δεξιὸς Exemplar Lugdunense ed. Caninianae, i. e. alii legunt δεξιὸς ποιητῆς, scilicet e v. 71 δέομαι ποιητοῦ δεξιού. Schol. Ven. ad h. l. γράφεται, δεξιός. Verbo ἀγαθὸς ποιητῆς, recte observante Spanhemio, hoc nomen Ἀγάθων alluditur, ut si quis Schoenii de Bacchabus librum hoc modo dilaudet, εἰν [ᾧ] οὐκ ἐστὶν ἄλλος. Ibidem. ποθεινὸς τοῖς φίλοις] Scholiasta, Ποθεινὸς τοῖς φίλοις: τοῖς σοφοῖς, nimirum pro varia lectione. Schol. Venetus, φίλοις δὲ ἀντὶ τοῖς σοφοῖς. Alexandrinus, qui ποθεινὸς τοῖς σοφοῖς conjiciebat, importune meminerat consuetudinis inter Agathonem et Socratem. Vulgatam habuit Suidas s. Ἀγάθων, ubi scribit homo ridiculus scholiasta corrupto, Οὗτος ὁ Ἀγάθων ἀγαθὸς ἦν τὸν τρόπον, ποθεινὸς τοῖς φίλοις, καὶ τὴν τράπεζαν λαμπρός. Describitur vero Agatho non solum ut bonus poëta, verum etiam ut perbonus conviva, qui ad epulas magis beatorum, quam ad insulas abierit. Atque hunc convivam optimum, non poëtam amici desiderant. Male Dobreus φίλοις e glossemate natum arbitratur. quod quale sit, nemo intelligat;

male etiam probat lectionem σοφοῖς comparatque Nub. 518 ταῦτ' οὖν ὑμῖν μέμφομαι | τοῖς σοφοῖς — v. 527 ἦν που 'πιτύχη θεαταῖς οὕτω σοφοῖς. At sic totus versus frigeat, neque plus inerit verbis καὶ ποθεινὸς τοῖς σοφοῖς, quam illis ἀγαθὸς ποιητής. Quin tanto melius Agatho dicitur ποθεινὸς τοῖς φίλοις, quod erat formosus multosque amatores habebat nefando more Graecorum. Berglerus confert Eurip. Phoen. 320 ἡ ποθεινὸς φίλοις — .

V. 85. Cum verbis ποῖ γῆς ὁ τλήμων; confer Eurip. Electr. 233. Constat autem, Agathonem in Macedoniam ad Archelaum regem sive solum sive una cum Euripide profectum esse, quod iter oportet post priores Thesmophorizusas id est post Ol. 92, 2 ab eo susceptum esse. Jam vero e verbis ἐς μακάρων εὐωχίαν clare perspicitur, Agathonem tempore Rana- rum hoc est Ol. 93, 3 jam diem supremum obisse. Etenim Aristophanes primum de itinere Agathonis loquitur, ad quod unice spectant illa omnia, Ἀγάθων δὲ ποῦ 'στίν; (quae non sunt mortuum desolantis, sed requirentis absentem; de mortuo enim dicendum erat, Ἀγάθων δὲ ἔστιν; quemadmodum in Pace v. 684 et Soph. Philoct. 422.) — ἀποιχεται — ποῖ γῆς — . Tum demum subito Comicus, qui expectationem hominum fallere solet et longe aliter, atque coeperat, desinere, nullo expectante mortem Agathonis nuntiat, neque vulgari modo nuntiat sed faceto quodam exquisitoque. Quum enim heluones gulae dediti conviviis mire delectentur, ἐς μακάρων εὐωχίαν scribere poeta maluit, quam ἐς μακάρων νήσους. Qui autem μακάρων pessime ad Archelaum regem retulerunt, inducti verbis ποῦ 'στίν; — ἀποιχεται — ποῖ γῆς, quibus profecto hoc iter indicatum est: ei minime cogitarunt, neque reges a Graecis μάκκαρος unquam vocatos esse, neque, etiamsi aliis locis ita dicerentur, hic tamen ullo modo dubitari posse, quin insulae beatorum (μακάρων νῆσοι de quibus locus classicus est Plutarchi in Sertorio c. 8) jocoso nomine appellatae sint; neque vero, si Agatho etiamtum viveret, proximum versum non multum de vi gravitateque sua amissurum esse, Ἡρ. ὁ δὲ Ξενοκλῆς; Διον. ἐξόλοιτο νῆ Δία. Scholiastae, Ἐς μακάρων εὐωχίαν: ἡ ὡς περὶ τετελευτηκότος λέγει, ὥσαντι εἶπε τὰς μακάρων νήσους. ἡ ὅτι Ἀρχελάφ τῷ βασιλεῖ μέχρι τῆς τελευτῆς μετὰ ἄλλων πολλῶν συνῆν ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ μακάρων εὐωχίαν ἔφη τὴν ἐν τοῖς βασιλείοις διατριβήν. τοῦτο δὲ παρ' ὑπόνοιαν. Discimus igitur ex hoc loco, Agathonem apud Archelaum in Macedonia mortuum esse, siquidem verba μέχρι τελευτῆς necessario ad Agathonem, minime vero ad Archelaum referri debent. Alteram vero scholiastae explicationem, qua ἐς μακάρων εὐωχίαν ad aulam regiam lautasque Archelai epulas refertur, miror olim Ritschlio V. C. probatam esse De Agathone p. 19 sqq. Ac primum dicit Ritschlius, poetam ipso μακάρων vocis initio Macedoniae cogitationem excitare voluisse. Fortasse; nihil enim impedio: at tum haec esse sententia debeat, οὐκ ἐς Μακεδόνων, ἀλλ' ἐς μακάρων εὐωχίαν, quoniam μάκκαρ ne-

que Macedonem, neque regem Macedonum designare potest. Addit Ritschlius, in his omnibus tragoediae auctoribus, de quibus nunc sigillatim dicatur, ne unum quidem poni, qui jam mortuus sit; immo vivere omnes, qui cum Agathonis memoria conjungantur, Iophontem, Xenoclem, Pythangelum. Scilicet hoc argumentum nostrae causae multum prodesse intelligo. Demonstrandum erat hoc loco, ut est v. 72 οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσὶν οἱ δ' ὄντες κακοί. Nunc si Agatho adhuc vivit, postrema tantum versus pars, οἱ δ' ὄντες κακοί probabitur et permale probabitur, siquidem Agatho erat bonus poeta v. 84; sin ille jam mortuus est, totus versus exemplorum luce illustratur, οἱ μὲν γὰρ οὐκέτ' εἰσὶν (Agatho atque etiam Sophocles v. 76), οἱ δ' ὄντες κακοί (Iophon patris laude male subnixus, Xenocles, Pythangelus et μυιοκρύλλια πλείν ἢ μόρια). Unum etiam argumentum restat, quo Ritschlius ostendere studet, Agathonem anno Ranarum Ol. 93, 3 adhuc in vivis fuisse. Nititur autem vir doctissimus hoc Platonis loco in Symposio p. 172, C, οὐκ οἶσθ' ὅτι πολλῶν ἐτῶν Ἀγάθων ἐνθάδε οὐκ ἐπιδεδήμηκεν; atque sic argumentatur: »Dicuntur haec de Agathone tanquam vivo necdum mortuo: qui si mortuus erat tempore Ranarum, narratio illa inciderit oportet in ante Ol. 93, 3 id est summum in Ol. 93, 2. Atqui triennium modo, non multos annos Agatho tunc Athenis aberat, quippe qui non ante Ol. 92, 3 ad Archelaum profectus esset.« Duplex in his error est; unus, quod annorum numeri falso putantur. Nam si Agatho Ol. 92, 2 statim post Lenaea, quibus Thesmophorizusae editae videntur, in Macedoniam abiit ibique initio anni Ol. 93, 3 mortuus est, non triennium, sed paene quinquennium (anni, credo, sat multi) explebuntur. Erravit vero Ritschlius etiam in ipsa Platonis interpretatione. Dicit enim Plato, Agathonem multis annis domi Athenis non esse versatum; sed utrum adhuc superstes sit, quo tempore haec narrari finguntur, an mortuus sit, in medio plane relinquit, neque id jam quaeritur. Sic apparet, multorum, quos dicit, annorum terminum non ad mortem Agathonis, sed ad illud usque tempus, quo haec enarrari facit, extendendum esse. Atqui illa narratio incidit circiter in Ol. 94, 4, quando et Socrates adhuc vivebat, qui Ol. 95, 1 supplicio affectus est (sequitur enim ἄφ' οὗ δ' ἐγὼ Σωκράτει συνδιατρέβω — οὐδέπω τρία ἔτη ἔστιν), et plurimi tamen anni praeterierant post Ol. 90, 4, quo tempore vicerat Agatho et convivium ipsum habitum est (mox enim ita pergit, παίδων ὄντων ἡμῶν ἐτι, ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνίκησεν Ἀγάθων —). Quamobrem decem ante annis, quam Plato haec narrari fingit, Agatho in Macedoniam profectus erat, ita ut πολλῶν ἐτῶν rectissime dici pateat. Adeo testimonium Aristophanis, qui Lenaeis anni Ol. 93, 3 de Agathone loquitur ut recens mortuo (nunciat enim hanc mortem Bacchus, quam Hercules certe nondum compererat) hoc, inquam testimonium labefactari nullis artibus potest. Falsum est

autem, quod ait Ritschlius p. 22, vita cessasse Agathonem non multo ante Archelai mortem, Olympiade 94 fere exeunte, annos natum circiter septem et quadraginta. Caetera ad h. l. scholia haec sunt, Ἀγάθων δέ: οὗτος τραγῳδίας ποιητής Ἀθηναῖος, υἱὸς Τισαμενοῦ. καμφοδεῖται δὲ εἰς θηλύτητα. ἦν δὲ καὶ καμφοδοκίους τοῦ Σωκρατικοῦ διδασκαλείου. Ποθεῖνός τοις φίλοις: — ἀγαθὸς ἦν τὸν τρόπον καὶ τὴν τράπεζαν λαμπρὸς. καὶ φασίν, ὅτι τὸ Πλάτωνος Συμπόσιον ἐν ἐσιτιάσει αὐτοῦ γέγραπται, πολλῶν ἅμα φιλοσόφων παρ' αὐτῷ καταχθίντων. Quae ad verbum paene descripsit Suidas s. Ἀγάθων. Tu vide quae in contrariam sententiam disputavit Wolfius in Prolegom. ad Convivium p. XLIX. et multo ante Wolfium Beattieus Opusc. p. 63 ed. Lips. Nam convivio illi, quod a Platone descriptum est, praeter unum Socratem nullus philosophus interfuit. At scholiasta, quo magis lectionem istam ποθεῖνός τοις σοφοῖς exornaret, multos adfuisse philosophos mentitus est. Tum falso dixit, Agathonem Socrate magistro usum esse. Immo Gorgiam ille audiverat, Socrate autem utebatur amico. Postremo ridicule somniat, comoedias ab Agathone scriptas esse (καμφοδοκίους pro τραγωδοκίους). Quod somnium vel postremis verbis Convivii Platonici refutari potest, in quo quidem tam est Agatho tragicus ποιητής, quam comicus Aristophanes. Spanhemius hic commode attulit Philostrat. Vit. Soph. p. 497 καὶ Ἀγάθων ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής· ὃν ἡ καμφοδία σοφὸν καὶ καλλιπεῖ οἶδε, πολλὰ τοῦ τῶν λαμπρῶν γοργιάζει, ac bene vidit, verbum καλλιπεῖ ad Thesmothor. v. 49 μέλλει γὰρ ὁ καλλιπεῖς Ἀγάθων — referendum esse. De Agathone aliquid addamus corollarii loco. Nam ad Lucian. Rhet. Praec. c. 11. — πᾶναβρόν τινα Σαρδανάπαλον, ἢ Κινύρον, ἢ αὐτὸν Ἀγάθωνα, τὸν τῆς τραγῳδίας ἐπέραστον ἐκείνον ποιητήν, scholiasta vulgatus i. e. Vossianus non scribit nisi haec, Ἀγάθων τραγῳδίας ποιητής, εἰς μαλακίαν σκωπτόμενος. Ceterum teste Cramero Anecdol. vol. IV. p. 269 in cod. Barocciano 56 fol. 152 ad illum Luciani locum scholium plene ita legitur, Ἀγάθων τραγῳδίας ποιητής εἰς μαλακίαν σκωπτόμενος Ἀριστοφάνει τῷ Γηροτάδῃ. ἦν δὲ Τισαμενοῦ τοῦ Ἀθηναίου υἱός, παιδικὸς γεγονώς Πανσεάνου τοῦ τραγικοῦ, μεθ' οὗ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν βασιλέα ὤχετο, ὡς Μαρσύας ὁ νεώτερος. ἐμμεῖτο δὲ τὴν κομψότητα τῆς λέξεως Γοργίου τοῦ φηγοῦ, ὡς Πλάτων ὁ φιλόσοφος ἐν Συμπόσιῳ. Idem scholium non sine multis tamen lacunis, exstat in scholiasta Platonis Clarkiano p. 373 Bekk. sive apud Gaisfordum in Lection. Platon. p. 173

.....
τραγωιδ

ἐπὶ μαλακίαι

ταδῇ ἦν δ' οὗτος

παῖς Ἀθηναῖος . . .

παιδικὰ Πανσεάνου τοῦ τραγικοῦ, καὶ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν βασιλέα ὤχετο, ὡς

Μαρσύας νεώτερος. ἐμιμείτο δὲ τὴν κομψότητα τῆς λέξεως Γοργίου τοῦ ῥήτορος. Praeclare Gaisfordus *Γηρυτάδῃ* restituit, probante etiam Dindorfio ad Ar. Fragm. p. 116. Nam et plura Gerytadae fragmenta manifesto ad Agathonem revocanda sunt, et *Γηρυτάδῃ* clare dicit alter scholiasta. Reliquae autem lacunae ita explendae, ποιητῆς τραγωδίας, σκαπτόμενος ἐπὶ μαλακίᾳ Ἀριστοφάνει *Γηρυτάδῃ*. ἣν δ' οὗτος Τισαμενοῦ παῖς, Ἀθηναῖος, γεγονώς παιδικὰ κτλ. Idem scholium e Vindobonensi libro nunc edidit Jacobitus ad Lucian. IV p. 222. Hinc igitur non solum discimus, Agathonem in Gerytade Aristophanis naviter irrisum esse, verum etiam patrem ejus cognovimus Tisamenum, quem eundem ad h. l. nominat schol. Venetus. Proxima autem verba, παιδικὰ γεγονώς *Πανσανίου τοῦ τραγικοῦ* apud utrumque scholiastam mendo affecta sunt. Equidem conjeci, παιδικὰ γεγονώς *Πανσανίου καὶ ἑταῖρος Εὐριπίδου τοῦ τραγικοῦ*. Haud rejicio tamen neque Crameri emendationem, *Πανσανίου καὶ Εὐριπίδου τοῦ τραγικοῦ*, neque Sauppj mei, doctissimi viri, *Πανσανίου τοῦ ἐκ Κεραμέων καὶ Εὐριπίδου τοῦ τραγικοῦ*. Nam et Suidas s. v. *Εὐριπίδης*, quocum confer Athenaeum XIII, p. 604, e, Euripidem etiam masculae Veneri deditum fuisse scribit, et Agathonem ipsum nequiter ab Euripide amatum esse diserte prodiderunt Plutarchus in *Erotico* p. 770, C. (T. IV p. 87 Wyttenb.), et Aelianus Varr. Hist. II, 21 fin. atque ibid. XIII, 4. Denique ὡς *Μαρσύας* ὁ νεώτερος vere redintegravit Cramerus, quum in codice invenisset ὡς *μαρσίῳ* τὲ νεώτῳ. Etenim et Scholiasta Platonis habet ὡς *Μαρσύας νεώτερος*, et ab aliis quoque *Μαρσύας* ὁ νεώτερος saepius nominatur, sicuti ab Athenaeo II, 69 d.

V. 86. *Ξενοκλῆς* Ravennas, Venetus, Parisinus E, Monac., Baroccianus, Cantabr. I. Vulgo *Ξενοκλῆς*. Primum Brunckius *Ξενοκλῆς* reposuit.

V. 87. Audito nomine Pythageli, cujus memoria hoc uno loco servata est, festive indignatur Xanthias, Pythangelos nominari, suam vero ipsius nullam fieri mentionem. Aculeos hujus dicti bene animadvertit scholiasta. Quare Pythagelo tragoediarum poëta nihil oportet contemnius fuisse.

V. 88. Utrum *περὶ ἐμοῦ δ' οὐδεις λόγος* hic et infra aliquoties cum interrogatione, ut est in Aldina, Juntinis, edd. Lugdunensi, Kusteriana, Vossiana aliisque, an sine ea profertur, uti fecerunt Brunckius, Welckerus, Bothius, Dindorfius? Restitui interrogationem, vel quod in comoedia multi multa interrogare solent, vel quia sermo ita sit alacrior, vel quod Xanthias indignari magis videtur, quam dolere. Nostro quidem loco servum indignabundum interrogare manifestum est. Ergone, inquit, Pythangelus nominabitur, mei nulla mentio fiet, cujus tamen humeri tantopere affliguntur? Sed qui interrogationem deleverunt, eos miror non usos esse Luciani imitatione *Fugitiv.* c. 28 ὃ τῆς τόλμης, ὁ Κάνθαρος φιλοσοφεῖν

φρσιν, ἡμῶν δὲ οὐδεις λόγος. et Charont. c. 24 — Χάρωνος δὲ οὐδεις λόγος. Idem tamen Lucianus Catapl. c. 14 εἰπέ μοι, ὦ Κλωθοῖ, ἐμοῦ δὲ οὐδεις ὑμῖν λόγος;

V. 89 — 91. Edd. veteres οὐκοῦν habent sine interrogatione. Correet Brunnkius habetque οὐκοῦν Cantabr. l a prima manu. Ridicule haec pervertit Suidas s. πλεῖν, qui Ecclesiastis memoratis pergit, καὶ αὐθις· πλεῖν ἢ σταδίῳ καλίστερά· Εὐριπίδης· ἀντὶ τοῦ, πλεόν φλυαρότερα, ὡς ἐπὶ δρόμου. Ἀριστοφάνης· Ἐτ' ἔστ' ἐνθάδε μειρακύλλια τραγωδίας ποιοῦντα πλεῖν ἢ μύρια. Codex Oxoniensis ἔστω ἐνθάδε (sic). Suidas igitur legisse videtur, Οὐκοῦν ἔτερ' ἔστ' ἐτ' ἐνθάδε μειρακύλλια, pessime. Hic ἔστιν Baroccianus. Plane omittit ἐνταῦθα scholiastes ad Nub. v. 1374 — ὥσπερ καὶ ἐν Βατράχοις ποιεῖ λέγων· οὐκοῦν ἔτερ' ἔστ' μειρακύλλια τραγωδίας ποιοῦντα. Mox πλεῖν ἢ μυρία Ravennas. Deinde πλεῖν ἢ σταδίου exhibent Borgianus et Florentinus b. Ravennas in textu σταδίῳ retinet, in scholiis autem σταδίου et ipse legit, πλεόν ἢ σταδίου Εὐριπίδου φλυαρότερα. Etymol. M. p. 262, 14 πλεῖν σταδίῳ καλίστερά· ἀντὶ τοῦ πλεόν σταδίου φλυαρότερα. Supra etiam v. 18 πλεῖν ἢ νιαντῶ πρεσβύτερος habebant Rav. πλὴν ἢ νιαντοῦ et Venetus πλὴν ἢνι αὐτοῦ. Vulgatam πλεῖν ἢ σταδίῳ servant Suidas s. πλεῖν, Eustathius, Aristides. Atque Eustathius quidem ita loquitur, p. 1226, 15. — καὶ ὁ συγκρίνας ἁσμάτων σεμνῶν ποιητὴν τινα πρὸς ἕτερον τοιοῦτον, τοπικώτερον, καὶ εἰπὼν κρείττω ἐκείνον εἶναι ἡμέρας δρόμου. Ἀλεξίς δὲ λέγεται εἶναι ὁ τοῦτο γράψας. δοκεῖ δὲ τῶν τοιούτων ἀρχὴν ἐνδοῦναι ὁ καμικὸς Ἀριστοφάνης ἐν οἷς ἔφη μειράκιά τινα εἶναι Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ καλίστερά. Ex his Brunnkius talem confecit senarium Alexidis, Κρείττων ἐκείνός ἐστιν ἡμέρας δρόμου, infeliciter sane, ut patebit ex Athenaeo, unde Eustathius pendet, XIV, 638, c τοῦ Ἀργᾶ μνημονεύει Ἀλεξίς ἐν Ἀποβάτῃ οὕτως· Χορόνικος ὁ ποιητὴς ὁδὶ. | B. τίνων ποιητὴς ἁσμάτων; Ἀ. σεμνῶν πάνν. | B. τί πρὸς τὸν Ἀργᾶν οὗτος; Ἀ. ἡμέρας δρόμου | κρείττων. Apt. Berglerus confert Nub. 430 τῶν Ἑλλήνων εἶναι μὲ λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον. Illic vero idem Berglerus affert Synesium Epist. 135 (136) ὥστε μοι δοκᾷ πλεῖν ἢ καλαιστῇ καὶ δακτύλῳ γεγονέναι σοφώτερος. Nempe comicus poeta, quem Synesius more suo imitari videtur, ita fere dixerat, πλεῖν ἢ καλαιστῇ γέγονα νῦν σοφώτερος. Eodemque pertineret illud Cratini apud Photium p. 371, 24 Κρατίνος Νόμοις· μεῖζον τὸ δῖος καλαστῆς, nisi potius scribendum esset cum Ruhnkenio, μεῖζον τὸ πῖος καλαστῆς. Simili autem modo jocatur Lucianus Icaromen. c. 1 κατακοιμηθεὶς παρασάγγας ὄλους. Facile sit, plura exempla coacervare similitudinis contra rerum naturam per jocum translatae. Postremo Aristidis locus hic est T. III p. 221 ed. Cant., ὁρῶ δὲ τοὶ καὶ περὶ τὴν τραγωδίαν Αἰσχύλον μὲν αἰτίαν οὐ σχόντα, ὡς εἰσαγάγοι λαλιάν· οὐδὲ τὸν ἥδιστον εἰπεῖν Σοφοκλέα οὐδαμοῦ ταῦτ' ἀπούσαντα, ὡς ἐπῆρεν Ἀθηναίους λαλεῖν, ὅτι οἶμαι τῆς σεμνότητος, ὡς οἶόν τε

μάλιστα ἀντείχοντο, καὶ κρείττονα ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς τὰ ἤδη παρείχοντο· Εὐριπίδην δὲ λαλεῖν αὐτοὺς ἐθίσαι κατακταθέντα, ἀφελεῖν τι δόξαντα τοῦ βάρους (haec sumsit e Ran. v. 939) καὶ τῶν καιρῶν. καὶ μετ' ἐκείνον αὖ πλεῖν (non πλὴν) ἢ σταδίῳ λαλίστερα Ἀριστοφάνης μειράκια γενέσθαι φησίν· ἅτ' οἶμαι τοσοῦτον Εὐριπίδου λειπόμενα κατὰ τὴν ποίησιν. τοῦ γὰρ κόσμου κατὰ μικρὸν ὑποφθέοντος εἰς τοῦτο ἔδει τὸ ἀμάχημα κατενεχθῆναι καὶ δοκεῖν λαλεῖν μᾶλλον ἢ ποιεῖν. De loquacitate Euripidis saepe erit dicendi locus.

V. 92. 93. Saepius his verbis utuntur seriores. Et Kusterus quidem affert Tatianum Adv. Graecos init. p. 637 ed. Venet. τούτου χάριν ἀπεταξάμεθα τῇ παρ' ὑμῖν σοφίᾳ, καὶ ἐλ' πάνυ σεμνός τις ᾗ ἐν αὐτῇ. κατὰ γὰρ τὸν Κωμικὸν, Ταῦτ' ἔστιν ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα, | χελιδόνων μουσειά, λωβηταὶ τέχνης. Scripsit Tatianus, iudice etiani Kustero, 'Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἔστι καὶ —. Addit Kusterus Maximum Tyrium T. II p. 104 Reisk. (p. 88 ed. Steph.) ἀπόρηι πρὸς ἔκαινον λόγου, γλῶττα εὐστοχος ἢ ὀνομάτων δρόμος ἢ ῥήματα ἀττικά ἢ περιόδοι εὐκαμπεῖς ἢ ἀρμονία ὕψος· τὰ δ' ἔστι πάντα κατὰ τὸν ἐν Διονύσου ποιητὴν, ἐπιφυλλίδες καὶ στωμύλματα, χελιδόνων μουσειά, λώβη τε τέχνης. Inepta est H. Stephani conjectura ἐν Διονυσίοις pro ἐν Διονύσου. Nam quum apud Aristophanem loquatur Dionysus, κατὰ τὸν ἐν Διονύσου (scilicet προσώπων) ποιητὴν significare debet secundum poetam sub Dionysi persona loquentem. Recte tamen critici rescribere videntur ἐν Διονύσῳ scil. προσώπων, non δράματι. Compara Dionysium Hal. Antiqq. R. I, 48 ἔχει δὲ αὐτῷ (τῷ Σοφοκλεῖ) τὰ λαμβεῖα ἐν ἄλλῳ προσώπῳ λεγόμενα ὁδε. Nam poeta quasi introiit in Dionysi personam, sicuti histriones in personam, quam forte agunt intrare dicuntur, εἰσέναι τρυάνους, εἰσέναι τὸν Ἀγαμέμνονα, ὑποδύναι τὸν Νέστορα (vide interpretes ad Demosthenem T. II p. 662 Schaef. et infra ad v. 304). Scio, verba ἐν Διονύσῳ alibi in Bacchi festo, in Dionysiis significare idque apud Maximum Tyrium ipsum, de qua re Lambertus Bosius Ellips. p. 152 Schaef. Ceterum in Maximo λωβηταὶ pro λώβη τε primum Heinsius conjecit, idque Reiskius et alii receperunt, nixi omnes loco Aristophanis. Illic autem Reiskius haec addit: »Praeter auctores a Kustero laudatos videas licet Apostolium Centur. VIII, 77.^a Profecit autem e nostro loco etiam Dionysius Halic., indicante post Lexicographos quosdam Porsono, T. V p. 393, 10 Reisk. Περί δὲ ἐπιλόγων, ἡγοῦνται τοὺς ἐπιλόγους, ὥσπερ ἐν δαικνῷ, τραγήματα εἶναι τῶν λόγων, καὶ ὥσπερ ἐπιφυλλίδας καὶ στωμύλματα· παρ' ὃ καὶ ἐπιφωνήματα καλοῦσι τὰ ἐν ἐπιλόγοις λεγόμενα· οὐκ εἰδότες, ὅτι, ὥσπερ τὸ προοίμιον διοικήσεις τοῦ παντὸς ἀγῶνος, οὕτω καὶ ὁ ἐπιλόγος βεβαίως κ. τ. ἐ.

V. 92. Obscurissimum verbum est ἐπιφυλλίς, in quo frustra haeserunt omnium temporum interpretes. Ego nunc post diuturnam cogitationem

ita statuo, ἐπιφυλλίς de ejusmodi viti dictum esse, quae in magna pampinorum luxurie fructum tamen aut perexiguum aut omnino nullum proferret. Primum enim sterilitas ποθίς istis palam obicitur v. 94. 95, et γόνιμος ποιητής foecundus ποθία v. 96. 98 iis clare oppositus est. Tum loquacissimi ποθία, quorum nulla erat ingenii ubertas neque tantae loquacitatis ullus exstabat fructus, inprimis apte ridentur tanquam pampini nullo uvarum proventu foede luxuriantes, üppigeß Weinlaub ohne Trauben. Jam vero vites inveniri, quae fronde redundant, careant fructu (quam articulationem Plinius vocat) notissimum est vel ex Aristotele De Anim. Gener. I, 18. Plus semel hujus vitii mentionem fecit Theophrastus, ut C. Plant. V. 10 et in H. Plant. IV, 16. atque etiam Palladius in Novembr. c. 9. Quem morbum Cassianus Bassus Geopon. Lib. V. c. 40 verbo ὑλομανεῖν designat. Plura hujusmodi collegit H. Stephanus in Thesauro L. G. p. 9204 ed. Lond. Porro quis non intelligit, hujusmodi vites ob ipsam pampinorum frondiamque redundantiam jure meritoque ἐπιφυλλίδας vocari potuisse? Quemadmodum enim ἐπιμηλὶς significat εἶδος μεσπίλου, ἐφ' οὗ μῆλα ἀγρία ἔστιν, et ἐπικάρπιος frugifer de iis dicitur, ἐφ' ὧν καρπὸς ἔστιν: sic etiam ἐπιφυλλίδας (ἄμπελοι) eademque ἐπίτραγοι eae vites intelligi debent, ἐφ' ὧν φύλλα μόνα ἔστιν atque ἐφ' ὧν ὁ τράγος, ἦτοι τὸ τραγᾶν ἔστιν. Probavi autem hanc interpretationem Bachmanno meo, qui mihi verbum ἐπιμηλὶς in memoriam revocavit addiditque, in hoc quidem vocabulo ἐπι — potius comparandum esse videri cum adjectivis ἐπίλευκος, ἐπιμέλας, ut latine dicitur subniger, subfuscus. Nunc antiquum etiam hujusce explicationis auctorem dabo, Etymologum p. 367, 17 Ἐπιφυλλίδες: τὰ πρὸς τοὺς βότρυας, οἱ καλούμενοι ἐπίτραγοι. Nempе verbum ἐπίτραγος (scil. ἄμπελος) prima significatione ad illud vitium, quod dicebatur τραγὸς atque τραγᾶν, referendum esse nomen ipsum satis declarat. Etsi Pollucis aetate vox ἐπίτραγοι fortassis ad uredinem vitium sive carbunculos transferri coepta est. Dicit enim ille VII, 152 οἱ δὲ καλούμενοι νῦν τῶν ἄμπελων ἐπίτραγοι, θυμάλωπες. et iterum X. 101 — οὐ γὰρ ἂν εἴη πρὸς τοῦ βιβλίου τοῦδε παραδηλοῦν, ὅτι καὶ οἱ καλούμενοι τῶν ἄμπελων ἐπίτραγοι (sc. θυμάλωπες). Vereor tamen, ut his locis multum tribuendum sit, quandoquidem Pollux vim potestatemque verbi θυμάλωπ (non scilicet torris vel titionis, sed vitium uredinis) ignorasse dicitur a Luciano in Lexiphane c. 24 οὗλον πρῶην τὸν θυμάλωπα (codices οὐ μάλωπα), οὐδὲ εἰδὼς, ὅ, τι σημαίνει, ἀπέρριψας, οὐδὲν λοιπόν τι ὑποκείμενον. Nam Lexiphaneum Lucianum ipsum fuisse Pollucem prorsus existimo. Operae pretium erat, Aristophaeas ἐπιφυλλίδας recte atque ratione exponere easque a communi errore hominum doctorum vindicare. Adhuc enim quidquid est eruditorum, eas esse uvas racemationis (Traufsettauben) male interpretati sunt. In eodem, quo interpretes, errato Lexicographi versan-

tur inde ab H. Stephano usque in Thes. L. Gr. p. 10245 Lond., Schneiderus in Lexico, quem hic quoque exscripsit Passovius. Huic explicationi primum obstat, quod racemi racemantium nullo modo attice ἐπιφυλλίδες dici poterant, in quo nomine misere jam haeserunt scholiastae; sed, ut infra ostendetur, alexandrini aevi ista significatio est, propria verborum vi tum audacissime turbata, saepe adeo funditus deleta. Nam si quis forte dixerit, ἐπιφυλλίδας eos racemos significare, qui post justam vindemiam collecti sint (Rachfrucht, Spätfrucht), quaero equidem, utrum uvas, anne pampinos decerpere vindemiatores soleant. Tum vero quidnam, obsecro, hoc est: loquacissimi poëtae sunt uvae racemationis? quo certe nihil fingi potest absurdius. Si enim hoc intelligi volueris, tragoediam ad finem jam et interitum spectare, ut vindemiae finiuntur racematione: primum isti longe pessimi ac nulli potius poëtae non sane id effecerant, ut tragoedia etiamtum exstaret et modo ab occasu haud ita procul abesse videretur, sed potius tragoediae, quantum in ipsis erat, interitum ac pestem plane attulerant, ut justo honorificentior eorum videri debeat cum racemis comparatio, quorum aliquis tamen fructus utilitasque constat: minime vero uvae erant isti homunciones, sed erant inutiles frondes, pampini, folia et si quid vilius istis: deinde quomodo tandem sciri poterat, postea non exsisturos esse praeclaros tragicos, qui profecto exstiterunt? Immo Aristophanes illos ipsos poëtas graviter castigat, non de tragicis, qui posthac nulli futuri sint, cogitare potest. Compara nunc meam explicationem atque hanc optimam, uti spero, sententiam: loquacissimi poëtae, sicut vites admodum vitiosae (ἐπιφυλλίδες) fronde redundant, fructu autem plane carent, sic illi loquacitate abundant, carent autem ingenio et fructu garruli cantus sui; postremo minime sunt γόνιμοι, foecundi, sed steriles quidam atque semiviri. Unde igitur interpretes scriptoresque Lexicorum suam explicationem hauserunt? Certe non e scholiasta ad hunc locum, qui de racemationis quidem uva vocem mittit nullam: Ἐπιφυλλίδες: τὰ ἐπικείμενα τοῖς μεγάλαις βότρυνσι βοτρυδία. Καλλίστρατος δὲ τὰ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ μικρὰ (scil. βοτρυδία). κέκληται δὲ οὕτως διὰ τὸ τοῖς φύλλοις καλύπτεσθαι. ἢ τὰ πρὸς αὐτοῖς τοῖς φύλλοις. Ἄλλως. ἐπιφυλλίδες εἰσὶ τὰ ἐν τοῖς βότρυνσιν ἐν ἀρχῇ περιττάματα. (haec quidem, ἐπιφυλλίδες — περιττάματα vereor, ut ab ullo intelligi queant) οἱ δὲ φασὶ τὰ ἐν κορυφαῖς τῶν κλημάτων. ταῦτα γὰρ οὐχ ὑποκάτω τῶν φύλλων, ὥς οἱ βότρυες, ἀλλ' ἐπάνω φύονται. δείκνυσιν δὲ ἐντεῦθεν, ὥς οὐδὲν περὶ λόγους εἰσὶ. Itaque alius grammaticus racemos magnis uvis superjacentes, Callistratus racemos per se parvos, alius rursum racemos in palmitum fastigio conspicuos dici putavit; male illi quidem omnes, attamen nullam video uvam racemationis. Doctior caeteris error est eorum, qui ἐπιφυλλίδας in ὑπερφυλλίδας nescio quas mutarunt falsosque racemos in cacumine palmitum quaesiverunt,

quod ei foliis non tegantur, uti uvae, sed nascentur superne. Hi igitur in cacumine racemos, nullos autem pampinos reperisse sibi videbantur, contra vero in ipso cacumine pampinos bene multos, racemum nullum invenit Columella III, 18. Partem vero huiusce scholii descripsit Suidas, qui praeterea haec praemisit, Ἐπιφυλλίδα: ῥαγολογίαν. ἤτοι μικρὸν βοτρυδιον. τὰ ἐπὶ τοῖς φύλλοις. Ἀριστοφάνης Βατράχοις· ἐπιφυλλίδες τ. ἐ. κ. σταμύλατα. ἀντὶ τοῦ λάλοι καὶ πιθανολόγοι. ἐπὶ τῶν δοκούντων εἶναι σοφῶν ἢ ποιητῶν. Hic quod explicationis loco etiam ῥαγολογίαν ponit, omnino ille quidem racemationem complecti mente videtur. At Suidae explicationem ῥαγολογίαν ad Obadjam retulit jam Toupius Cur. Noviss. p. 201 ed. Lips. Atque ego praeclare intelligo, viris doctis hanc nostri versus male explicandi causam fuisse, quod vidissent, verbum ἐπιφυλλίς in alexandrina dialecto ad racemationem omnino traductum esse. Num ergo si septuaginta interpretes loqui hunc in modum ausi sunt, sequitur, idem linguae vitium impertiendum esse Aristophani? Citius haec quidem res vim habebit contrariam. Nisi enim plurimae voces aliud in attica dialecto, aliud quiddam in ea, quae communis dicitur, significarent, operam et oleum perdidissent Atticistae ad unum, quorum omnis prope labor in discrimine harum significationum indagando consumtus est. Quamobrem ad communis dialecti abusum revocemus Hesychii glossam, Ἐπιφυλλίς: βοτρυδιον μικρὸν, ἐπὶ τέλει βλαστάνον, quam glossam Favorinus more suo suscepit una cum explicationibus scholiastae et Etymologorum. Adde, quem Bachmannus mihi demonstrat, Moschopulum Περί σχεδῶν p. 192. φύλλον — ἀφ' οὗ ἐπιφυλλίδες, τὰ ἐν ταῖς κορυφαῖς τῶν κλημάτων μικρὰ καὶ ἄωρα τῶν σταφυλῶν. Tametsi Moschopulus cum scholiasta quodammodo consentit. LXX vero interpretes etsi, qua erant plerique hebraicae linguae imperitia, pluribus locis verbum ἐπιφυλλίς temere intulerunt, clarum tamen et perspicuum est, apud hos quidem ἐπιφυλλίς uvam racemationis atque ἐπιφυλλίζειν racemari significasse. Tu evolve hos potissimum locos, Judd. 8, 2, Obadja v. 5. Nempe ab his LXX ἐπιφυλλίς opponitur τοῖς τῶν βοτρυδίων πρωτογόνοις, vide Mich. 7, 1, Thren. 2, 20, Zeph. 3, 7. Accommodate ad has versiones alexandrinās Cyrillus in Lexico, Ἐπιφυλλίδα: ῥαγολογίαν (h. e. ῥαγολογίαν). Crediderim ego, quemvis, qui modo aliquem atticæ dictionis gustum et quasi saporem habuerit, his perfectis longe ab ista tanta LXX interpretum barbaria abhorre. Praeterea racemationis uvam intelligi voluerunt etiam Dioscorides IV, 144, ubi agit de smilacis asperae fructu, atque Theophyl. Simoc. VII, p. 191. His scriptis video scholiastam Venetum ἐπιφυλλίδας h. l. omnino de uvis racemationis accepisse. Scholia ipsa sic corrigo: ad v. 91 πλεῖν ἢ σταδίφ: πλεῖον ἢ σταδίφ Εὐρυπίδων φλυαρότερα. τοῦτο δὲ ὡς ἐπὶ δρόμον, ἀντὶ τοῦ λάλοι καὶ πιθανολόγοι (ita fere Suidas s. Πλεῖν, omissis tamen verbis ἀντὶ

— πιθανολόγοι, quae idem s. Σταμύλος non male refert ad v. 92 σταμύλματα). Inceps ad v. 92 Κυρίως δὲ ἐπιφυλλίδες, καθὼς καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ λέγομεν τὰ βοτρυδία. οὕτω λέγεται τὰ μετὰ τὸ πατεῖσθαι τῶν σεμφύλων (ita Dindorfius pro τῶν σταφύλων) ἐξερχόμενα· ταῦτα δὲ οὐ χοήσιμα. Ceterum in Aristophane cod. Barocc. ἐπιφυλλίδες. — Ibidem. Personam Δι. omittit Cantabr. I ac tum scribit σταμύλματα (sic) sed cum glossa πολυλογία. Elbing. στολύματα. Hunc versum Suidas iterum affert s. Σταμύλος.

V. 93. χελιδόνων μουσεῖα] Quia siye Procne siye Philomela apud barbaros Thracas in hirundinem mutata esse dicebatur, ideo homines origine et lingua barbari cum hirundine comparari solent. Infra v. 680 ἐφ' οὗ δὴ | χεῖλεσιν ἀμφιβάλοις | δεινὸν ἐπιβρέμεται | Θρηκία χελιδὼν | ἐπὶ βάρβαρον ἐξομένη πέταλον, Aesch. Agam. 1017 ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ μὴ, χελιδόνος δίκην | ἀγνώτα φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη —, ubi vide in glossario Blomfieldum. Et hanc comparationis vim esse volunt scholiastae, ἀντὶ τοῦ βάρβαρα καὶ ἀσύνετα, Eustathius, Berglerus, Brunckius. At tantum abest, ut istos malae notae poëtas natione externos, sermone absurdos, immanitate barbaros fuisse credam, ut mihi et civitate attica gloriari esse, et pereleganter (ut in tanto, qui tummaxime erat graecae linguae flore) loquuti esse videantur. Quocirca χελιδόνων μουσεῖα sic potius interpretor, ἄμουςοι (λάλοι, σταμύλοι) χελιδόνων δίκην. Nam et iidem homines paullo ante dicuntur Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα atque σταμύματα, et hirundo Graecis expressa quasi imago garrulitatis esse videbatur. Evolve Pseudo Theophrasti Character. VI (VII), 4 — λέγων ὅτι χαλεπὸν τῷ λόγῳ ἐστὶ σιωπᾶν, καὶ ὡς ἐν ὕψῳ ἐστὶν ἡ γλώττα, καὶ ὡς οὐκ ἂν σιωπήσειεν, οὐδ' εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν [ἂν] εἶναι λαλίστερος. Nicostratum Stobaei T. 36 p. 217 (T. II p. 47 Gaist.). Εἰ τὸ συνεχῶς καὶ πολλὰ καὶ ταχέως λαλεῖν | ἦν τοῦ φρονεῖν παράσημον, αἱ χελιδόνες | ἐλέγοντ' ἂν ἡμῶν σωφρονέστεραι πολὺ. Virgilium Georg. IV, 306 garrula—hirundo. Itaque statuere vix queo, ubi nam aures habuerit Homerus, quum ita caneret in Odys. Φ, 411 ἡ δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε, χελιδόνι εἰκέλῃ αὐδήν. Nostri loci interpretem egit Eustathius quoque p. 1914, 34 — οὐ γλυκὺν ἄδουσα (ἡ χελιδὼν), λαλαγοῦσα δὲ ἀκαλλῆς, ὡς οἷα Θραῖσσα κατὰ τὸν μῦθον. διὸ καὶ ὁ κωμικὸς, οὗς ἐκείνος ψέγει ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζοντες (callide adhibet Nub. 972) χελιδόνων μουσεῖα καλεῖ, ὃ ἔστιν ὑποβαρβάρους χελιδόνων δίκην, οὐ μὴν ἐμμούσους ὥσει καὶ σειρήνων ἢ ἀηδόνων μουσεῖα. Pulchre et ad h. l. accommodate Homerus Il. Γ, 151 — ἀλλ' ἀγορεῖται | ἐσθλοὶ, τεττίγεσιν ἐοικότες, οἳ τε καθ' ὅλην | δαρδάρῳ ἐφεζόμενοι ὅπα λειφόεσαν ἰεῖσιν. Praeterea notetur parodia Euripidis, qui verbis χελιδόνων μουσεῖον vim longe diversam subjecerat. Scholiasta Aldinus, χελιδόνων μουσεῖα: παρὰ τὰ ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδου, Πολὺς δ' ἐνεῖρπε κισσὸς εὐφυνῆς κλάδος, | χελιδόνων μουσεῖα. Scholiasta Ravennas, περὶ τῇ (παρὰ τὰ) ἐν Ἀλκμήνῃ Εὐριπίδου· πολὺς δ' ἂν εἴρπε κισσὸς ἐκ φυνῆς κλά-

δος, | *χειιδόνων μουσεῖον*. Euripidis fragmentum ita scribendum, quemadmodum est apud Suidam, *Χειιδόνων μουσεῖα*: — *καὶ Εὐριπίδης· Πολὺς δ' ἀνείρπε κισθός, εὐφυνὴς κλάδος, | χειιδόνων μουσεῖον*. Namque et verbum *ἀνείρπε*, non *ἐνείρπε* sententia postulat, et pluralis *μουσεῖα* in Euripidem manifesto transiit ex Aristophane. Mirari licet *ἐνείρπε* — *μουσεῖα* retinuisse Matthiaeum ad Euripidis Fragment. p. 29, et *μουσεῖα* Brunkium quoque ad hunc locum scripsisse, qui tamen *ἀνείρπε* substituit. Denique Hermannus in literis ad me datis sine causa legendum esse coniecit, *εὐφυνὴς κλάδοις*. — Ibidem. *λωβηται τέχνης*] Librorum omnium scriptura *λωβηται τέχνης* nihil sane quisquam Criticorum vexatus est. Non ausim contendere Maximum Tyrium hoc in loco *λώβη*, neque vero *λωβηται* legisse. Sed vel absque Maximo Tyrio probabile videtur, poëtam non *λωβηται τέχνης*, sed potius *λώβη τῆς τέχνης* scriptum reliquisse. Nolo equidem verbi *λωβητής* fidem in dubitationem adducere; *λωβητῆρ* enim a Graecis usurpari solet, veluti ab Homero Il. B, 275. A, 385. Ω, 239 et Sophocle Antig. 1074, interdum etiam, licet raro, *λωβήτωρ*. Praestabit vero ista re omitta totum hunc locum considerare. Bacchus igitur poëtas nequam hoc modo designat, ut ignominiae causa non verba concreta, sed notiones abstractas, non personarum signa, sed rerum ponat constanter, neque dixerit *ἐπιφυλλίσιν ὅμοιοι* — *στωμύλοι* — *ἄμουσοι*, sed ita potius *ἐπιφυλλίδες* — *στωμύματα* — *μουσεῖα*. Quidnam autem subito ei in mentem venit, mutato hoc consilio longe aliter, atque instituerat pergere *λωβηται τέχνης*? Adeone magnum erat, ut sibi constituisse videretur, voculam *λώβη* invenire? Huc accedit, quod poëtarum infimi masculo genere ne semel quidem significati sunt (*ἔτερ' ἔστ' — μειρακύλλια — ποιοῦντα — μύρια — λαλίστερα. ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἔστι — στωμύματα — μουσεῖα — ᾧ φροῦδα — ἦν — λώβη — προσσυνήσαντα*), ne id quidem casu neque fortuito, sed ut, qui opus viri patrare vix possent, qui fetum vere poëticum nullum unquam procreassent, qui in tragoediae complexu incredibiliter languerent, eos ne genere quidem virili dignos esse appareret. Praeterea Aristophanes, nisi masculinum genus evitare voluisset atque si *λωβηται* dixisset, perrexisset idem *ὃ φροῦδοι* — et missa jam circumlocutione ad ipsius personae genus statim more graeco revertisset. Et quoniam ad Porsoni regulas oratio delapsa est, aliam regulam Porsoni de quinto pede senarii tragici emendationi meae *λώβη τῆς τέχνης* nemo opponet, qui sciat, nihil huiusmodi trimetris in comoedia quidem esse frequentius. Denique verbum *λώβη* saepius de persona dicitur, ut de Paride ab Homero Il. γ', 42 et de Hercule in Sophocl. Trach. 999. Adde Homer. Il. ζ, 325 *Διώνυσον — χάρμα βροτοῖσιν* (cf. Il. K, 193) Il, 498, E', 787, Od. A, 73, ibid. v. 287, Il. K, 544 *Ὀδυσσεῦ, μέγα κῦδος Ἀχαιῶν* (cf. ibid. v. 555 aliosque locos), Il. K, 453. Nempe ad idem dicendi genus alia ea-

que innumerabilia referuntur, sicuti Soph. Electr. 289, Aesch. Eumenid. 73, Eurip. Med. 1323, Heracl. v. 52 ibid. v. 941, Iphig. Taur. 525, Aesch. Septem v. 164, Soph. Electr. 301 et Philoct. 622, Philoct. 927, Oedip. T. 1248, Ajac. 381, ibid. 389, Aristoph. Avv. 430, Nub. 446. Alia multa collegit Brunckius ad Antigon. 756 et ad Oedip. T. 85. Ita vero etiam Romani hominem ac personam appellant nominis Romani probrum atque dedecus, labem rei publicae, opprobrium majorum, perniciem macelli, pestem patriae, voraginem patrimonii, gurgitem libidinum, ut Horat. Od. I, 1, 2 et Cicero Philipp. XI, 5. — Immo conjectura mea *λάβη τῆς τέχνης* speciosa magis est, quam necessaria. Quare librorum scripturam *λάβη-ται τέχνης* restitui.

V. 94. 95. Scholiasta, Ἀφροῦδα: ἀφανῆ ὑπὸ τῆς χαρᾶς. — Ἦν μόνον: ἦγον εἰπερ ἅπαξ τοὺς περιεστῶτας ἐπαινέτας σχοῖεν τῶν δραμάτων. — Προσουρήσαντα: εὐθυδρομήσαντα, εὐδοκμήσαντα, ἐν τραγωδίας δράματι ἐπαινέθεντα. Etiam in Cantabr. I verbi προσουρήσαντα haec glossa legitur, εὐθυδρομήσαντα καὶ ἐπαινέθεντα. Medium scholium ἦγον κ. τ. λ. qui vituperarunt, Casaubonus, Dukerus, Spanhemius, non tamen perspexerant, id nequaquam ad verba ἦν μόνον χορὸν λάβη, quo in omnibus editionibus refertur, sed haud dubie ad versum 95 pertinere. Scholiasta enim quum iudice etiam Dobraeo προσουρίσαντα sive legisset, sive legere sibi visus esset atque verba οὐρίξιν et οὐρεῖν foede confudisset, permire interpretatus est in hunc modum, *qui cito lactitia efferuntur*, — *ubi semel vento secundo* (prospero successu et quasi flatu) *in tragoedia usi fuerint*. Quas nugas magis etiam depravarunt Berglerus et cum Frischlino Kusterus. Porro φροῦδον eum intelligi, qui incredibili quodam gaudio gestiat, scholiastae crediderunt Kusterus (cui tantus abusus elegantissimus videtur), Casaubonus, Dukerus, alii. Dukerus tamen de sententiae obscuritate queritur, neque magis, quam alius quisquam, perspicere potest, quid sit χορὸς προσουρήσας τῇ τραγωδίᾳ, *potestas*, ut ait ipse, *docendi dramatis, quae quasi ventus secundus adspirat ipsorum tragoediae!* Brunckius primum attulit scholium satis laudabile e cod. Parisino C, οὐρίξιν τὸ ἀπὸ τοῦ οὐρου ἀνέμων, οὐρῶ τὸ ἀπὸ τοῦ οὐρου τοῦ ἐκκρινόμενου ὑγροῦ. προσουρήσαντα οὖν τὸ βραχὺν τινα χρόνον διατρέψαντα, καὶ τῶν αὐτῶν λήρων ἐκτρέψαντα τῇ τραγωδίᾳ. Deinde Brunckius increpita vecordia interpretum rectissime negavit, vel hisce verbis φροῦδός εἰμι usquam significari, *gaudio emorior*, vel illa χορὸν — προσουρήσαντα conjungi posse, quum oratio ita cohaereat & φροῦδα — προσουρήσαντα (id quod Scholiastae adeo viderant), vel προσουρέω *secundo vento*, *secunda fortuna* utor Graecis usitatum fuisse. Quo loco miratur, vel H. Stephanum, summum virum (in Thesouro p. 6999 ed. Lond.) a vulgari scholiasta in tantam fraudem inductum esse, ut hic προσουρέω explicaret, *secundo vento* utor, *feliciter* ago, neque videret, ab οὐρος non

οὐρέω, non προσουρέω, non ullum aliud hujuscemodi compositum existisse. Quamobrem recte judicat Brunckius, adolescentulos illos tragoediae componendae impares continuo affecto corpore exarescere et quasi evanescere dici, si in tragoediam semel tantum minxerint: neque enim tantum eos valere, ut cum illa rem habere possint, eo successu, quo soleant οἱ γόνιμοι; de tragoedia autem Bacchum, tanquam de aliqua meretrice loqui, quae amatoribus poetis sui copiam faciat, quo eodem modo de comoedia loquatur in Eqq. 517 (Cum matrona comparatur tragoedia ab Horatio A. P. v. 232). Haec Brunckius. Beckius autem »De verbo προσουρεῖν (admingere alicui), inquit, perperam accepto monuit Wytttenbachius Bibl. Crit. Vol. II. P. IV. p. 50 et Vol. III P. IV. p. 55 sq.« Enimvero dixit Aristophanes et saepe οὐρεῖν et οὐρητιᾶν, et ἐνουρεῖν (Lysistr. 402), et κατουρεῖν (Eccles. 832), ipsumque adeo προσουρεῖν in Demosthene exstat Adv. Cononem 4, 6 B. — ἔτυπον καὶ τὰς ἀμίδας κατεσευδάννον καὶ προσεούρου καὶ ἀσελγείας καὶ ὕβρεως οὐδ' ὅτι οὖν ἀπέλειπον. Hic glossemata sufficienti ordine etiam perverso Eustathius p. 1828, 31 ἀποθράσματα δὲ πῶς αὐτὰ Δημοσθενικοῦ τοῦ ἐνεούρου τε ἡμῖν καὶ τὰς ἀμίδας κατεφῆγγνον, atque margo Bavarici et codicis F apud Bekkerum, προσεούρου (προσεούρου F sic) τε ἡμῖν καὶ τὰς ἀμίδας κατεφῆγγνον. (κατεφῆγγνον sic Bavar.). Ἐνεούρου vero, quod Eustathius posuit, in Demosthene non magis ferri potest, quam in Luciani Conviv. c. 35 ὁ θανάσιος δὲ Ἀλκιδάμας καὶ ἐνούρει ἐν τῷ μέσῳ, οὐκ αἰδούμενος τὰς γυναῖκας. Buttmanni in Gr. Gr. T. I. p. 331 adnot. emendationem καὶ ξούρει recepit Lehmannus; ego vero potius κἂν ξούρει scribendum esse censeo. Compara Soph. Antig. 260 λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐφῆδον κακοί, | φύλαξ ἐλέγχων φύλακα, κἂν ἐγίγνετο | πληγὴ τελευτᾷ — . Verum Brunckius, etsi similitudinem ipsam optime percepit, non aperuit tamen, quaenam sententia toti loco demta comparatione inesse videatur. Hoc igitur Bacchus dixisse putandus est: *qui homines cito poetarum esse desinunt, si eis unice fabulae docendae potestas fuerit, posteaquam semel malam, immo vero pessimam tragoediam ediderint.* Nam priore versu alterius post primam fabulae dandae potestas malis istis poetis negatur, neque id solum ob privatas eorum ingenii angustias, verum etiam publica magistratum auctoritate; posteriore ipsius primi et unici dramatis vitia omnia invidioso verbo προσουρήσαντα notantur. Restat, ut de verbis ἦν μόνον χορὸν λάβῃ disseratur. Nam qui de formula χορὸν δίδοναι disputavit, Casaubonus ad Athenaeum XIV. 638 f, in hoc potissimum lapsus est, quod eam ad choragum relatum voluit, qui poetarum curam instruendi chori committeret. Deinceps multos passim tanti viri nomen exemplumque traxit, sicuti ad nostros versus Spanhemium, Dukerum, Kusterum, Brunckium. At vero teneamus, id quod jure sequuti sunt II. Stephanus in Thesouro p. 10664, Boeckhius Oecon. Athenn. I,

p. 488, Bergkii De Antiq. Comoed. p. 31, qui poëtae scenico chorum daret, eum minime choragum fuisse, sed archontem. Quae res primum necessario efficitur ex Aristotele Poëtic. V, 3. *καὶ γὰρ χορὸν κομῶδῶν ὁφείποτε ὁ ἄρχων ἔδωκεν, ἀλλ' ἐθέλονται ἦσαν* et Platone De Legg. VII, p. 817 D *ἐπιδείξαντες τοῖς ἄρχουσι πρῶτον τὰς ὑμετέρας παρὰ τὰς ἡμετέρας φῶδας, ἃν μὲν τὰ αὐτὰ γε ἦ καὶ βελτίω τὰ παρ' ὑμῶν φαίνεται λεγόμενα, δάσσομεν ὑμῖν χορόν· εἰ δὲ μὴ, ὦ φίλοι, οὐκ ἂν ποτε δυναίμεθα.* Tum pro loquutione χορὸν διδόναι apud Platonem reperi χορηγὸν διδόναι De Legg. II, p. 665 A *θεοὺς δὲ ἔφαμεν ἐλεοῦντας ἡμᾶς συγχορευτάς τε καὶ χορηγούς ἡμῖν δεδωκέναι τόν τε Ἀπόλλωνα καὶ Μοῦσας* —. Praeclare etiam Aelius Dionysius Eustathii p. 800, 30 *ἐκαλοῦντο δὲ καὶ ἐθέλονται διδάσκαλοι δραμάτων δηλοδῆ, ὅτε τις μὴ λαβὼν χορὸν μηδὲ χορηγητὴν ἔχων, ἑαυτῷ τὰ πάντα παρῆχε.* Ita luce clarius est, et archontem, qui omnino (ut Pollux VIII, 89 testatur) Dionysiorum curam gerebat, poëtis suum cuique chorum dedisse, neque quidquam differre inter verba χορὸν διδόναι et χορηγὸν διδόναι, scilicet quod poëtae praeter ipsum chorum semper etiam choragus certus dari assignarique deberet. Nollem vero etiam haec a Casaubono l. l. scripta *»δοῦναι χορὸν αlicui poëtae est ejus opera uti in choro instruendo et docendā fabulā: quas partes qui suscipit, dicitur λαμβάνειν χορὸν.«* Immo vero δοῦναι χορὸν archontis est, qui poëtae rite petenti chorum concedat. Etenim poëta archontem adit poscitque chorum (*χορὸν αἰτεῖ* Eqq. v. 511 et alibi) hoc est, petit ab eo, ut sibi fabulam publice liceat docere. Quibus precibus si archon satisfecerit, dicitur *χορὸν διδόναι*, id vero est primum concedere, ut illi poëtae fabulam suam in vulgus edere jure optimo liceat eique certo ludorum die scenam dare, deinde publica auctoritate chorum ipsum, choregum, scenae apparatus petenti tradere, omninoque poëtam voti compotem facere. Ipse adeo Casaubonus attulit Athenaeum I, 19, e *Ἀθηναῖοι δὲ Ποσειδῶ τῷ νευροσπᾶστη τὴν σκητὴν ἔδωκαν, ἐφ' ἧς ἐνεθουσίῳ οἱ περὶ Εὐριπίδην.* Atqui si liber populus et magna auctoritate praeditus alicui scenam dedisse fertur, intelligere ex eo vir summus debebat, in simillima phrasi διδόναι χορὸν *τινι* item διδόναι tum concedendi vim habere, tum ad magistratum revocari debere, cujus erat et jubere et vetare, neque vero ad choragum, cui neutrum licebat. Sed quemadmodum archon chorum dat, sic poëta vicissim hunc chorum accipit (*χορὸν λαμβάνει*), aliis verbis *sic ei fabulae publice non sine choro docendae ab archonte potestas.* Adeo formularum χορὸν διδόναι atque χορὸν λαμβάνειν non minor est concinnitudo, quam notae illius formulae, *Dedimus. At ego recipio* apud T. Livium I, 38; tradita enim accipimus. Cur autem chorum dare dictus sit, qui universam dramatis docendi potestatem daret, nemo quisquam ambiget. Choro enim, a quo et tragoedia et comoedia originem duxerunt, diu maximus

honor habitus est, ut ei, pristino splendore valde jam imminuto, nominis tamen ipsius gloria constaret. Caeterum non praetereo Vitae Aeschyli scriptorem T. IV p. 455 Schuetz. A Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἡγάπησαν Ἀλσχύλον, ὥς ψηφίσασθαι μετὰ θάνατον αὐτοῦ, τὸν βουλούμενον διδάσκειν τὰ Ἀλσχύλου, χορὸν λαμβάνειν. Schuetzianus edidit, χορὸν λαμβάνειν, quem scripturae errorem Hermannus haud dubie invitus repetiit in Opuscul. T. II, p. 158. Recte enim Casaubonus l. l. et hic Spanhemius χορὸν λαμβάνειν scripserunt. Stanlejus T. V. p. XXIX Sch. »χορὸν λαμβάνειν] Alii MSS. χορὸν λαμβάνειν. quae lectio praeferenda.« Athenienses igitur sciverunt, ut qui Aeschyli docere fabulas voluisset, chorum (ab archonte) acciperet. Quid tandem hoc esse aliud potest, quam ut ei Aeschyleae fabulae in theatro instaurandae legitima fieret ab archonte potestas? Nostro denique loco verba ἦν μόνον χορὸν λάβῃ egregie illustrantur proximo versu, ἀπαξ προσουρήσαντα τῇ Τραγωδίᾳ. Itaque sic habendum est, si unicam eis dare fabulam licuerit. Recte illic Casaubonus, »si semel operam suam ad scaenam locaverint, et fiat illis potestas unam aliquam tragoediam producendi in theatrum ac committendi«; recte etiam hic Dukerus, »λαμβάνειν χορὸν est, accipere potestatem docendae fabulae; — Est enim sententia: si semel tantum potestas ipsis exhibendae fabulae concedatur.« Jam vero poëtae isti ipsa inscitia nequitieque sua commiserunt, ut eis tragoediam ullam docendi jus iterum dari non posset; quoniam ante nondum satis cogniti neque vulgo explosi in scenam quasi per posticum sese insinuarant. Semel enim a poëtis, qui nullo numero essent, falli ac decipi archonem plane potuit; iterum vero errare certe nullo modo potuit. Comparandi sunt aliquot loci Pacis, primum v. 770 καὶ γὰρ ἔφασχ' ὁ πατήρ, ὃ παρ' ἐλπίδας | εἶχε τὸ δρᾶμα, γαλήνῃ τῆς | ἐσπέρας ἀπάγξαι. Quidnam hoc sibi vult? Carcinus praeter spem habebat tragoediam, quae a mustela vesperi suffocata est? Tu vero locum ita exponas censeo. Carcino, malo sanequam poëtae praeter spem nihil tale merito contigerat, ut chorum ab archonte acciperet; veruntamen ipsa hujusce tragoediae actio quaecunque demum de causa (id enim nescimus) impedita est. Quodsi forte mihi opposueris, aliud esse δρᾶμα εἶναι, aliud χορὸν εἶναι, tu vero aliam viam ingredi et ita potius explica: dicebat Carcinus, drama praeter expectationem ab alio promissum sibi rursus perisse; ita ut alius poëta pollicitus sit tragoediam se scripturum, quam suo ipsius nomine ederet Carcinus, mox tamen ille sententia retractata promisso haud steterit. Et scholiastae inter medias ineptias tamen sic quoque loquuntur, διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὥς νόθον περὶ τὰ κλέμματα. Adeo poëta tragoediam, fortasse scriptam, non editam tamen, a mustela devorari facit; similemque jocum de Ajace, sua ipsius tragoedia, quae non magis edita est, immo ne absoluta quidem, movit Augustus apud Suetonium in Aug. c. 85. »Nam

tragoediam magno impetu exorsus non succedente stilo abolevit: quaerentibusque amicis, quidnam Ajax ageret, respondit, *Ajacem suum in spongiam incubuisse* (ipse videlicet Ajax in gladium incubuerat). Porro haec in Pace sequuntur, — *ὅταν ἡρινὰ μὲν φωνῇ χειλῶν | ἐξομένη κελιδῇ, χορὸν δὲ μὴ ᾗ Μόρσιμος, | μηδὲ Μελάνθιος* —. Ajo igitur, haec ad illud ipsum ver, quo Pax data est, (Ol. 89, 3 archonte Alcaeο) necessario referri debere atque illo tempore et Morsimo et Melanthio, pessimis tragoediae auctoribus chorum ab eo Alcaeο, qui tum archon fuit, negatum esse. Sed addamus etiam proxima, *μηδὲ Μελάνθιος οὐ δὴ | πιπρωτίτην ὕπα γηρύσαντος ἤκουσ' | ἥνικα τῶν τραγῳδῶν | τὸν χορὸν εἶχον ἄδελ— | φός τε καὶ αὐτός* —. Hinc vero patet, eidem Melanthio, cui vernis illius anni Dionysiis nulla fuerat suum drama edendi copia, antea tragoedorum chorum habere, id est docere tragoediam licuisse. Hic igitur simili fortuna usus est, atque Ranarum poëtae adolescentuli, quibus unam duntaxat tragoediam, non plures in scenae lucem producere contigit. Nimirum archon ut quam optimis poëtis choros daret, movebatur et sanctissimo muneris officio, et spectatorum sibilis populique iudicio universi, et choregorum aemulatione, qui quum ludis magnum sumtum impenderent, optare solebant, ut et ipsi superarent alios choregos poëtamque suum victorem consalutarent. Ita factum est, ut mali poëtae dramata sua aut omnino non, aut semel tantummodo publice docerent. Recte scholiasta Platonis p. 399 Bekk., e quo Suidas s. *Χορὸν δίδωμι* corrigendus est, *Παρά γὰρ τοῖς Ἀθηναίοις χοροῦ ἐτύγχανον καμφοδίας καὶ τραγῳδίας ποιηταὶ οὐ πάντες, ἀλλ' οἱ εὐδοκμοῦντες καὶ δοκιμασθέντες ἄξιοι*. Sin tamen aliquando archon cupiditate partiumque studio praeoccupatus minus vere integreque iudicabat, propemodum necesse erat iram et studium, quae semper offecerunt officientque bono publico, eo valere, ut optimo quoque poëta temere repudiato extremi homo ingenii chorum acciperet. Scimus enim, et Sophoclem et Cratinum, quum nomina apud archontem professi essent, repulsam tulisse. Cratinus Athenaei XIV, 638, *ὁ σκώπτει δὲ αὐτὸν (τὸν Γνήσιππον) εἰς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις*.

"Ὅς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλέει χορὸν,
τῷ Κλεομάχῳ δ', ὃν οὐκ ἂν ἤξιον ἔγω
ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδάνια.

Librorum scripturam τῷ Κλεομάχῳ δ' correxit Bergkii, de qua re supra ad v. 4 dictum est. Nos vero hanc emendationem nunc ei reddamus, cui debetur, Dobraeo ad Porsoni Aristophanica p. (125), qui hoc unum non perspexerat, filium illum Cleomachi fuisse Gnesippum. „— non opus erit, inquit, cum Casaubono legere *Κλεομάχος*, si in *Cratini Bubulcis probaris τῷ Κλεομάχῳ*, ut mox in *Horis*; ut scilicet Cleomenes fuerit Cleomachi filius.“ Male Casaubonus eum, qui poscenti Sophocli chorum

non dedisset, fuisse ait choragum; quem errorem Bergkiius correxit recteque censuit, non choragum, sed archontem sive praetorem significari. Sed verba ἐμοὶ διδάσκειν minime intellexit Bergkiius p. 34, quum idem esse diceret, quod ἐμοὶ χοροδιδάσκαλον εἶναι (quae inaudita significatio est) atque in Cratino chorum loqui temere fingeret. Aliquanto melius I. I. Casaubonus »ἐμοὶ διδάσκειν non est me docere; sed docere me choragon«. Immo vero me archonte. Hoc enim dicit Cratinus: *qui non dedit potcenti Sophocli chorum, Gnesippo autem Cleomachi filio dedit, quem ego, si archon essem, nollem mihi docere* (h. e. docere me archonte ac ludorum praeside) *ne Adoniis quidem* (nedum Liberalibus). De hoc dativi usu supra ad v. 48 disputavi. Plane eadem constructio est in Avv. 1406 βούλει διδάσκειν καὶ παρ' ἡμῖν οὖν μένων | Λεωτροφίδῃ χορὸν — ubi falluntur Brunckius et alii. Caeterum Adonia, spurcum quoddam festum, pulchre conveniebant in Gnesippum, cujus et mores erant sordidi et ποῆσις tota prope amatoria. Superest Hesychii glossa paene dixerim desperata Πυρ-περέγγει: Κρατίνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβεν, περὶ τοῦ ἄρχοντος ἔστιν οὗ ἡτήρει. Nihil mutat codex, praeterquam quod exhibet π τοῦ ἄρχοντος compendio ejusmodi, quo παρὰ designari solet. Per mihi mirum videtur, Casaubonum, qui falso putabat, ποῆτας a chorago chorum accepisse, hic tamen recte atque ordine emendare, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε παρὰ τοῦ ἄρχοντος. Nihili vero sunt reliquae magni viri conjecturae, Πῦρ πῦρ, ἔγγει — ἄρχοντος, παρ' οὗ ἡτήκει. atque Bergkii p. 30 Πῦρ πυρὶ ἔγγει et ad extremum eodem modo. Taceo, quod otiosum est hoc totum, non solum audacter conjectum παρ' οὗ ἡτήκει: illud vero, ignem infundi, non magis profecto quisquam dixit, quam aquas incendi. Nihilo meliores Wesselingii et Petiti conjecturas praeterire licebit. Haud sane vereor, ne medicinam fecisse mortuo dicar, si contendero, ita prorsus legendum esse, ut infra posui, Πῦρ πρὸς ἔγγει: Κρατίνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε παρὰ τοῦ ἄρχοντος. ἔστιν οὖν τήρει * * (hic excidit τὸν τεθυρωμένον vel simile quiddam; et constat, haud paucas Hesychii glossas in fine mutilatas esse.). Nam Cratini verba sic explicavit Hesychius, *cave hominem vehementem atque iracundum*. Finge enim, nihil in extremo excidisse atque τήρει respondere latino illi *cave* (Vorgefähr!), certe parum diligens haec fuerit proverbii Cratinei interpretatio. Scilicet Cratinus, cujus ira et animi ferocia in vulgus nota est, quum ab archonte chorum non accepisset, ingente ira exarsit gravissimamque contumeliam in Babulcis suis ultus est. Restitui igitur Cratino Πῦρ πρὸς ἔγγει, quam emendationem non solum literarum ordo apud Hesychium commendat, verum etiam res ipsa poscit. Etenim »ignis ad gladium accessit« nihil aliud significat, quam aut, si Diogenis explicatio valet ac si Hesychius ita fere scripsit ἔστιν οὖν τήρει

τὸν μέγα δυνάμενον | »cave potentem (et Cratino utique cavendum erat a potentia archontis) aut »hominem ferocem vehementemque irritasti.« Ducit autem Cratinus rationem notissimi proverbii, quod egregie illustravit Athenaeus X, 452, d καὶ τὰ Πυθαγόρου δὲ αἰνίγματα τοιαυτὰ ἔστιν — »Πῦρ μαχαίρα μὴ σκαλεύειν^a ἀντὶ τοῦ τεθυρωμένου ἄνδρα μὴ ἐριδαίνειν. πῦρ γὰρ ὁ θυμὸς, ἡ δὲ ἔρις μάχαιρα. Eandem sententiam huic proverbio subjecerunt Plutarchus atque Porphyrius. Paullum diversa explicatio est Diogenis Laertii VIII, 1, 17. 18 ἦν δὲ αὐτῷ τὰ σύμβολα τάδε· πῦρ μαχαίρα μὴ σκαλεύειν — ἥθελε δὲ αὐτῷ τὸ μὲν Πῦρ μαχαίρα μὴ σκαλεύειν δυναστῶν ὀργὴν καὶ οὐδούντα θυμὸν μὴ κινεῖν, ubi vide Menagium T. II, p. 359, qui tamen omisit Horatium Sat. II, 3, 276, ubi hoc proverbium ad ignem aestumque amoris accommodavit: Adde cruorem | stultitiae atque ignem gladio scrutare. itemque Lucianum Verr. Hist. II, 28 παρήγεσε δὲ καὶ, εἰποτε ἀφικοίμην ἐς τήνδε τὴν γῆν, μήτε πῦρ μαχαίρα σκαλεύειν — . Consimilem sententiam habet illud Archilochi, τέττις τοῦ πετρῶς συνελήφας, quod accurate explicavit Lucianus Pseudologist. c. 1. Sed Casaubonus, quum vidisset, et versus ab Athenaeo servatos, quibus de Sophoclis injuria queritur, et Hesychii locum, in quo eadem contumelia Cratino ipsi illata dicitur, in Bubulcis exstitisse: utramque memoriam ad unum eundemque archontem pertinere judicavit. Recte. Neque enim. hoc ostendere voluit sui consolandi causa Cratinus, alios etiam archontes cupidius, quam verius pretium virtuti statuere, sed potius se ab isto archonte contumelia affectum esse hoc certissimo (ut putabat) argumento declaravit, quod idem archon, qui sibi chorum negasset, Sophocli adeo (at quanto poëtae) Gnesippum, probrum ac dedecus tragoediae praetulisset Chorus autem magna exercitatione instituendus, ideoque multo ante dandus erat, quam ludi ipsi celebrarentur: ut nemo mirari possit, quod Cratinus scribendi Bubulcos opera occupatus jam sciverit, Sophoclem quoque parem tulisse repulsam. Quare Hesychii verba, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε παρὰ τοῦ ἄρχοντος hic quidem idem, quod aliis in locis, significare non possunt, poëtae dramatis dandi facultatem ab archonte ereptam esse (Cratinus enim Bubulcos suos, quamvis sine choro, nihilo secius tamen publice docuerat), sed potius illa ad literam sic intelligenda sunt: quoniam chorum ipsum ab archonte non acceperat. Etenim archon iste, ut chorum Cratino nullum concesserat, ita tamen claritate hujus poëtae deterritus non audebat prohibere, quin Bubulci in scena agerentur. Verum Bergkii, tametsi eundem archontem utrobique dici intellexit, falso tamen p. 30 excogitavit, Cratinum non quidem eo ipso anno, quo Bubulcos doceret, sed non ita multo ante chorum ab archonte frustra petivisse, ac tum proximis Dionysiis omne irae virus in priorem archontem evo-muisse. Videlicet ego contumeliam archontis adversus Cratinum ad Bu-

bulcos ipsos pertinere ajo, Bergkii autem eam ad tempora praeterita prioremque comoediam nescio quam revocat. Cujus rei judicium unice pendet a justa explicatione verborum, *Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε παρὰ τοῦ ἄρχοντος*. Nemo enim mihi objiciet decantatum illud, *τὸν ἄρχοντα μὴ καμφοδεῖν*, quod ita potius intelligendum est, — | *μὴ ὀνομαστὶ καμφοδεῖν*. Et Casaubonus quidem de illis Hesychii verbis penitus silet; Bergkio autem iudice Cratinus injuriam suam per ipsum dithyrambum ultus est. In hac Bergkii opinione mirum nobis vel illud ipsum accidit, quod Cratinus exagitandi archontis causa dithyrambum scripsisse fingitur. Milleni enim cives vel ab Aristophane vel in aliorum poetarum fragmentis acerbissime castigantur; nec tamen, quo id commodius fieri posset, ullus unquam veteris comoediae scriptor componendos putavit dithyrambos. Deinde Bergkium nostrum duplex Bubulcorum chorus, tanquam aliquod onus inutile urget ac premit, alter comicus personarum XXIV (hic enim non aufertur Bubulcis, sed relictus est), alter vero chorus dithyrambicus: ecquis autem credet, in una eademque comoedia duo choros generis tam diversi canere et saltare potuisse? vel mehercule si unicum modo chorum, non duo habebimus, certe is monstruosus quidam videbitur eritque e choro comoediae atque dithyrambi contra naturam conflatus. Immo vero, mihi crede, longe alia Hesychii mens est, qui Cratinum in Bubulcis a dithyrambo exorsum esse dicit, non saue ut invehi in archontem posset, sed quo chori damnum quodammodo sarciret, si in ejus locum dithyrambicam poësin subrogasset. Quodsi Cratinus in Bubulcis dithyrambo utebatur, planissime sequitur, chorum, qui alias proprius erat comoediae, huic quidem fabulae omnino defuisse atque ob eam ipsam causam Hesychii verba, *ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε παρὰ τοῦ ἄρχοντος*, ad Bubulcos, neque vero ad comoediam aliquam priorem referri debere. Sic enim rationem Hesychius concludit: Cratinus orsus est a dithyrambo. Cur tandem a dithyrambo? A choro non potuit, quem omnino ab archonte tum ne acceperat quidem. Sed minime Cratinus veterem dithyrambum i. e. cyclium chorum L personarum in ipsa comoedia induxit. Immo alterum genus dithyrambi dicitur, quod non a choro, sed a singulis actoribus sine ulla antistropho ad tibiam canebatur eratque simillimum monodiae tragicorum, de quo vide Aristotelem Problem. XIX, 15 et quae ipse dixi De Monodiis p. 9 sqq. Postremo quam ob causam Hesychius verba *ἀπὸ διθυράμβου — ἀρξάμενος* tam diligenter addidit? Primum quia Cratinus alioqui videretur choro sibi negato Bubulcos docere omnino non potuisse; deinde vero etiam quia hoc Cratineum, *Πῦρ πρὸς ἔγγει* haud dubie in ipso dithyrambo scenaeque prima legebatur. Quid quod suspicamur, tribus his verbis *Πῦρ πρὸς ἔγγει* totius comoediae initium contineri. Utrum aliae

quoque fabulae, quae choro carerent, dithyrambum habuerint, an solus Cratinus chori splendorem novo ornamento compensarit, nescio; hoc scio, alias etiam comoedias veteres sine ullo choro in scena tamen datas esse. In hunc censum veniunt Cratini ipsius *Ὀδυσσεὺς* testante Platonio *Περὶ κωμῶδ.* p. IX, Bekk. *τοιούτους οὖν ἔστιν ὁ τῆς μέσης κωμῶδίας τύπος, οἷός ἐστιν ὁ Διολοσίμων Ἀριστοφάνους καὶ οἱ Ὀδυσσεὺς Κρατίνου καὶ πλείστα τῶν παλαιῶν δραμάτων, οὔτε χορικά οὔτε παραβάσεις ἔχοντα.* Meinekius quidem conjecit (Qu. Sc. I, p. 35 adnot.), Cratini *Ὀδυσσεὺς* nullius chori fabulam nulliusque parabaseos eo tempore scriptam esse, quo comoediae libertas populiscitis circumscripta erat, quae opinio mihi olim haud prorsus displicuit (Quaestt. Aristoph. p. 306). At consuetudo nominatim cives perstringendi non erat peculiaris chori et parabaseos, sed aequabiliter per totam comoediam diffusa. Et quum illustri Bubulcorum exemplo cognoverimus, poëtam, cui chorus ab archonte negatus esset, nihilo minus tamen comoediam istam dare in scena potuisse: nunc potius ita statuo, eas comoedias veteres et choro et parabasi plerumque caruisse, quas archon publice doceri sivisset, nullo tamen choro dato nulloque chorego. Quo facto poëtae *ἐθέλονται*, voluntarii erant, hoc est suas potissimum opes edenda fabula dilapidabant, ideoque tum fere cogebantur omnes choros, etiam parabases (quae cum toto argumento minus arcte connexae esse solent) delere, quum sumtibus, quos chori sanequam luculentos postulabant, perpauci sufficerent. Sed ut ad Bubulcos revertar, archon iste, quem Cratinus male oderat, intelligitur fortasse his versibus apud Suidam s. *Ἀποκτινύναι* et Bekkeri Anecd. p. 429, 25 (sive Bachmanni Anecd. I. p. 126, 19) *Κρατίνος Βονκόλοις· καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν σκιαμαχῶν . . . | . . . ἀποκτινύνει ταῖς ἀπειλαῖς.* Ita Bekkerus atque Bachmannus; nam a Suida lacunae signa absunt. De hujus fragmenti restitutione non assentior Hermannō Praefat. ad Antigonam p. XXIV ed. III. Recte enim Meinekius nihil excidisse putat, ut in systemate dimetrorum, *Καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν σκία— | μαχῶν ἀπο— | κτινύνει ταῖς ἀπειλαῖς.* Jam sit finis hujus loci.

V. 96. *εὐφοῖς*] *εὐφης* Baroccianus. *γόνιμον ποιητὴν οὐχ εὐφοῖς ἔτι* Flor. b. Suidas in *Παρακεκινδυνευμένον* assertit v. 96 tum etiam *ὅστις φθέγγεται* v. 98 usque ad *τῆς φρενὸς* v. 102. Loca ibi citata omittit cod. Oxoniensis.

V. 97. Absurde schol. Rav. *Λάκοι: ἀντὶ τοῦ λάλοι καὶ πιθανολόγοι.* Pertinet vero id scholium ad *στωμύλματα* v. 92, ut e Suida patet s. *Στωμύλος* et s. *Ἐπιφυλλίδα.* Non minus absurde ipse Ravennas pro *λάκοι* a prima manu habet *λάβοι.* Hue spectat Phrynichus Bekkeri p. 32, 6 *Γενναῖον φῆμα: ὅλον ἀδρὸν καὶ ὑψηλόν* — .

V. 98. Concinne vox *γόνιμον* eodem ictu repetitur,

πῶς γόνιμον; . . ὥδι γόνιμον, ὅστις φθέγγεται.

Confer supra v. 31. 32

σὺ δ' οὖν ἐπειδὴ | τὸν ὄνον οὐ φῆς σ' ὠφελεῖν,
ἐν τῷ μέρει σὺ | τὸν ὄνον ἀράμενος φέρε.

Tum γόνιμος ποιητής est fecundus poeta, non natus, ut olim voluit Rutgersius, qui idem cum toto hoc loco apte comparat Juvenalem Sat. VII, 17 sqq. et ibid. v. 51 sqq. — Ibidem. φθέγγεται] Cum negatione Graeci Futurum verbi conjungere solent, ut οὐδεὶς ἔστιν ὁ λέγων (ita enim potius dicunt, quam ὁ λέγων). Negantis, non affirmantis est etiam locus Eqq. 1373 ἃ στωμυλεῖται τοιαυτὴ καθήμενα, ubi qui στωμυλεῖται pro Praesenti habuerunt, ne hoc quidem reputaverant, Aristophanem constanter usurpare στωμύλλω et στωμύλλομαι, at στωμυλῶ vel στωμυλοῦμαι nusquam. Illum vero loquendi usum olim tetigi in Quaestt. Luc. Praefat. p. XXIV. Nunc haec addamus Soph. Antig. 261, Soph. Electr. 1197, Lucian. Philopseud. c. 31, ibid. c. 34. Navig. c. 32, De Histor. Conscr. c. 8, Pseudolog. c. 3, Fugitiv. c. 15, De Sacrific. c. 15, Judic. Vocal. c. 8, Thucyd. II, 51, Plutarch. Περί φιλοπλουτίας c. 3 (T. III. p. 112 W.). Saepe ita loquitur Diodorus Siculus, cujus locos enotare neglexi. Vix tamen necessaria est Bekkeri correctio θεραπεύοντος in (Demosth.) adv. Neaeram 56, 3 ἔρημος ἦν τοῦ θεραπεύοντος τὸ νόσημα. Confer Lucian. Saturnāl. c. 33 οὐδ' ἂν ἔχοιτε τοὺς θανατόντας, ubi conjecturae τοὺς θανατόντας obstant rara nimium exempla futuri θανατός pro θανατόσομαι. Saepius tale Praesens in Libanio reperitur, ex quo οὐκ ὄντος τοῦ ἀρήγοντος et οὐχ ἔξουσι τοὺς ὑπακούοντας, et μηδένα ἐλπίζων εἶναι τὸν διαχομίζοντα produxit Lobeckius ad Phryn. p. 13 infra. Contra ubi negatio nulla est, saepe Praesentis participium cum articulo notionem habet substantivi (Quaestt. Luc. p. 113). Ita in Soph. Oed. Tyr. v. 297 ἀλλ' οὐξ ἐλέγξων αὐτὸν ἔστιν defendi utique etiam altera scriptura potest οὐξ ἐλέγξων, quam anteposuit Hermannus.

V. 99. παρακεινδυνευμένον] De hac voce dixit nonnihil Kusterus. Audax enim loquutio esse potest aut natura sua, si justum modum excedit, si sublimior, altius repetita et ob id ipsum subobscura videtur, aut propter loquendi consuetudinem, si verbum vel junctura verborum insolentia atque novitate animos offendit. Aptè comparaveris A. Gellium N. A. 19, 13. Nova non sine quodam periculo fingimus. Maxima autem audacia insignes erant dithyrambi, de quibus recte canit Horatius Od. IV, 2, 10 seu per audacis nova dithyrambos | Verba devolvit — . Alibi cum nostro loco contendimus Horat. A. P. v. 217 Et tulit eloquium insolitum facundia praeceps.

V. 100. αἰθέρα Διὸς δωμάτιον] Scholiasta, — ἐκ Μελανίππης Σοφοκλέους· ὁμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ', οἴκησιν Διός. Recte olim Berglerus correxit, ἐκ Μελανίππης τῆς σοφῆς. Schol. Rav. Εὐριπίδου ἐκ Μελανίππης· ὁμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός. Etiam Suidas s. Παρακεινδυνευμένον dicit, Εὐριπίδης· ὁμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός. Confer, quae dixi-

mus ad Thesmophor. v. 272. Totus versus repetitur infra 311 αἰθέρα Διὸς δαμάτιον ἢ χρόνον πόδα; Euripides igitur in Melanippa sapiente ita scripserat, Ὀρνυμι δ' ἱρὸν αἰθέρ' οἰκῆσιν Διός. Ac postrema quidem verba, αἰθέρ' οἰκῆσιν Διός satis defenduntur nota dictione Epicorum, quam nemo reprehendit, Ζεὺς αἰθέρι ναίων, velut Homeri Il. β', 412 et ibid. δ', 166. Itaque injusta et toto genere jejuna videtur censura lususque iste Comici, αἰθέρα Διὸς δαμάτιον. Melius ipsum hoc iuramentum vituperatur in Thesmophoriazosis l. l. Εὐρύπ. Ὀρνυμι τοίνυν Αἰθέρ', οἰκῆσιν Διός. | Μνησ. τί μᾶλλον, ἢ τὴν Ὑπεράστους ξυνοικίαν. Attamen Euripides ab Anaxagora philosopho inductus toties aetherem memoravit, totiesque de eo, quidquid in buccam venisset, garrere ausus est, ut aetheris mentione facta vel in optima causa derideri a Comicis posset vulgo plaudente. Ceterum aetherem Jovis domum dixerat etiam Accius testante Cicerone De Nat. Deor. III, 16 »Quomodo nunc quidem est, non video, quo pacto ille, cui in monte Oetaeo illatae lampades fuerunt, ut ait Attius, in domum aeternam patris ex illo ardore pervenerit.« Cito quisvis tetrametrorum particulas trochaicorum agnoscat. Saepe vero miratus sum, domum istam Jovis aeternam Criticos omnes tam aequo animo tulisse, tantumque vitium etiam in accuratissima editione Orellii mei sine ulla dubitatione relinqui potuisse. Nempe aeterna ista domus, quae homini graeco vel romano ne in mentem quidem venire poterat, piis monachis debetur, qui sibi non Accium Ciceronis, sed Novum Foedus tractare videbantur legerantque verbi causa II Corinth. 5, 1 — οἰκοδομῆν ἐκ θεοῦ ἔχουσαν, οὐκ ἰαν ἀχειροποιήτων, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. vel in Evang. Lucae 16, 9 εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς. Accius vero sine controversia ita scripserat, in domum aetheriam patris, quo modo etiam Horatius loquitur Od. I, 3, 29 Post ignem aetheria domo | Subductum — . Hercules enim ex Oeta in aetherem coelumque abisse dicitur. — Ibidem. ἢ χρόνον πόδα] Scholiasta Aldinae, ἐξ Ἀλεξάνδρου Εὐριπίδου· καὶ χρόνον πρόβαινε πόδα. Hic quoque accusativus πόδα falso in Euripidem traductus est ex Aristophane. Schol. Rav. χρόνον πόδα: ἐξ Ἀλεξάνδρου· καὶ χρόνον πρόβαινε πούς. Suidas (s. Παρακεκινδυνευμένον) Ἀλεξάνδρου δέ· καὶ χρόνον πρόβαινε πούς. Tu vero scribe cum Elmslejo ad Bacch. v. 887 καὶ χρόνον προῦβαινε πούς, qui est finis senarii. Optime haec verba conveniunt in narrationem nuntii (ἀγγελικὴν δῆσιν) videturque pastor aliquis de educatione Paridis inter pastores disseruisse. Vide similiter loquentem nuntium Aeschyl. Pers. v. 378 καὶ νύξ ἐπήγει — et v. 384 καὶ νύξ ἐχώρει — . et illam Demosthenis narrationem De Corona p. 169, 1 B., quae sic incipit, Ἐσπέρα μὲν γὰρ ἦν — . Quaeritur vero etiam, utrum Euripidis tragoedia a vulgato scholiaste rectius vocata sit Alexandra, an in Ravennate scholio atque Suidae Alexander. Et Osannus quidem huic fabulae nomen Ἀλεξάνδρος vindicare conatus est in Wolfii Analectis IV

p. 529 — 535, assentiente Matthiae Fr. p. 33. Alexandrum enim Euripidi tribuerunt Clemens Alexandrinus duobus locis, Aelianus, inscriptio marmoris antiqui. Porro codex Parisinus A Stobaei septem locis plene scriptum exhibet *Εὐριπίδου Ἀλεξάνδρου*, quinque autem locis *Εὐριπίδου Ἀλεξάνδρω*; alibi vero hic codex compendio utitur, quod *Ἀλεξάνδρου* signi-

ficet *Εὐριπίδου Ἀλεξαν* vel *Εὐριπί Ἀλεξαν* (vide T. I p. 126. T. II p. 445 ibid. p. 446 T. III. p. 35 ed. Gaisf.). Huc accedit, quod et multa fragmenta ad Parin manifesto referenda sunt et tota haec tragoedia in Paradis rebus versata est, id quod ex Hygino et Apollodoro recte docuit Osannus. Denique Sophocles etiam fabulam scripsit sub nomine *Ἀλεξανδρος*, cujus simillimam fuisse sententiam persuadent mihi haec verba apud Stephanum Byz. s. *Ἄστυ*. — *Βοτῆρα νικᾷν ἄνδρας ἀστίτας*. Hyginus enim: Ille (Paris) amore incensus tauri sui descendit in certamen et omnia vicit, fratres quoque suos superavit. Contra Alexandrae Euripideae testes sunt perpauci, hoc est praeter scholiastam nostrum Hesychius, *Ἀρρήτος κόρη: ἡ Περσεφόνη. Εὐριπίδης Ἀλεξάνδρα* (ita Musurus, tacente Schowio), deinde apud Stobaeum T. II p. 96 Gaisf. Margo Gesneri, qui codicem suum sequi solet, *Euripidis in Alexandra* (in Parisinis A B hoc lemma deest), postremo scholiasta ad Hippolytum v. 67 *ἔτεροι δὲ εἰσι τοῦ χοροῦ, καθάπερ ἐν τῇ Ἀλεξανδρεῖα ποιμένες*, ubi necessario haec tragoedia intelligitur recteque Musgravius *ἐν τῇ Ἀλεξάνδρα* reposuit. Neque enim *Ἀλεξανδρεῖαν* i. e. trilogiam totam de hujus Alexandri rebus scripsit Euripides. Nihil profecto tam tenues me auctores moverent, nisi ex ipso fabulae argumento plane constaret, Alexandrae, id est Casandrae inter hujusce tragoediae personas locum fuisse. Hyginus enim: »Quod quum Casandra vaticinaretur, inquit, eum fratrem esse, Priamus eum agnovit regiaque recepit.« Apud Euripidem vero Casandra non solum fratrem agnoverat, sed etiam, ut equidem puto, vaticinata erat, Parin regia receptum aliquando rapta Helena exitium ac pestem patriae suae allaturum esse eoque Hecubae somnium confirmarat, quae paullo ante partum Alexandri facem se ardentem parere in quiete vidisset. Atque jam viri docti Casandrae personam huic fabulae inseruerunt, ducti et quodam Longini loco, et praeclarissimo fragmento, quod huic tragoediae apte convenit apud Plutarchum *Πολιτ. παραγγελ.* p. 821, C (T. IV p. 290 W.) *ὥσπερ οὖν τῆς Κασάνδρας ἀδοξούσης ἀνόνητος ἦν ἡ μαντικὴ τοῖς πολλταῖς. Ἄκραντα γὰρ με (φησὶν) ἔθηκε θεοπίζειν θεός· | καὶ πρὸς παθόντων κἂν κακοῖσι κειμένων | σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ, μάλινμαι* — : Praeterea Casandrae Euripideae quamvis pauca forsitan loquutae tamen inter primarias fabulae personas locum concedere nemo dubitabit, qui meminerit loci prorsus divini et jam antiquitus merito celebrati apud Aeschylum in Agamemnone, quo loco Ca-

sandrae ejusdem vaticinium de Agamemnonis suaque ipsius morte instante continetur. Quae quum ita sint, et quum Alexandrae titulus non magis, quam Alexandri nomen sane firmissimum removeri posse videatur: suspicor hoc duplici nomine Ἀλέξανδρος ἢ Ἀλεξάνδρα Euripidis fabulam inscriptam fuisse. Nisi forte Casandra etiam prologum illius tragoediae egit atque ea potissimum grammaticis fuit Alexandrae nominandae causa; quoniam Hecuba Euripidis ob prologum maxime τὸ Πολυδώρου δράμα bis terve perperam a grammaticis appellatur. Jam vero χρόνον πούς habet idem Euripides, observante Berglero, etiam in Bacch. v. 881 κρυπτεύουσι δὲ ποικίλως | δαρόν χρόνον πόδα καὶ | θηρώσιν τὸν ἄσπετον. Quae primum recte explicavit Elmslejus: *insidiantur autem (dii) vafre longum per tempus et venantur impium*. Δαρός, ut h. l., adjectivum est in Herc. Fur. v. 702, in Heraclid. v. 69 et in Oreste v. 55. Denique δαρόν χρόνον πόδα nihil aliud valere, quam μακρόν χρόνον recte judicarunt Musgravius atque Elmslejus. Quum enim venatores etiam in cryptia Laconum, ad quam alludere Euripides videtur, pedibus incederent, ideo fortasse ausus est pedem temporis pro tempore ipso collocare. Haud dubie minus audacter in Alexandro scripserat Euripides, *pedem temporis processisse*. Commode ad Bacchas Barnesius e latinis poëtis attulit, *Cito pede labitur annus et Tacito pede praeterit aetas*. Graecis tamen hanc metaphoram justo audacioris visam esse satis arguit irrisio Aristophanis. Neque vero in rei naturam apte cadit ista translatio, quoniam pes, ut Phidippidem cursorem Phayllumve cogites, nunquam tamen temporis celeritatem assequetur; ego vero (si placet audacem esse), alas dare temporis mallet, ut nimis cito avolare diceretur. De caetero poëtas graecos membris corporis humani saepenumero metaphorice usos esse summa ubertate summaque doctrina ostendit Eustathius p. 308 sqq., cui tamen prorsus assentior p. 309 ita scribenti, Τετόλμηται δὲ καὶ γῆς ὅσα τούς λίθους εἰπὲν ὡς δηλοῖ τό γῆς ὁστέοισιν ἐγχριμφθεῖς πόδα· ἦτοι λίθοις προσκόψας. καὶ τοῦτο μὲν διθυραμβῶδες. Verba sunt Choerili tragici, ut olim Tzetzae auctoritate ostendit Ruhnkenius, frustra repugnante Naekio in Choerileis p. 190 sq.

V. 101. 102. Ratio habetur, ut recte scholiasta et l. l. Suidas, notissimi loci, qui est in Hippolyto v. 612. Mihi certum est, Euripidem adhuc ab omnibus fere infamatum hoc loco defendere. Nam ad haec verba nutricis, ὦ τέκνον, ὄρκους μηδαμῶς ἀτιμάσσης ita respondet Hippolytus, ἡ γλῶσσ' ὁμώμοχ', ἡ δὲ φρεν' ἀνώμοτος hoc est, ego vero id, quod lingua juravit, mente me concepissem atque revera jurasse nego; nam id demum juratum est, quod mens conceperit. Sic jusjurandum revera non datum poëtica ita exprimit, ut linguam solam jurasse dicat, mentem vero non concepissem. Juravit autem Hippolytus, se arcanum celaturum et proditurum nemini; nec prius tamen juravit, quam nutrix ei vicissim spopondis-

set, honestam rem minimeque turpem sibi creditum iri, ut clare perspicitur e v. 608 et 610. Tunc demum bona fide jurat Hippolytus; at illa casto juveni foedissimum amorem Phaedrae novercae aperit, quo se depereat privignum. Ita optimo jure Hippolytus negat, se illud quidem jusjurandum nutrici dedisse, quippe qui ita dixerit verbis conceptis: ex animi mei sententia juro, me, *si honesta res fuerit*, eam religiose celaturum. Neque enim ille, ut falso opinatur Valckenarius, juraverat, se, quaecunque demum res fidei suae commissa esset, eam nemini dicturum. Itaque mens ejus plane fuit injurata, quippe qui aliam rem jurasset, aliam rursus a nutrice accepisset. Quocirca videtur Hippolytus rem sibi creditam patri enuntiare debuisse; id enim jubebat pietas, neque velabat jusjurandum, quo minime tenebatur. Euripides vero jurisjurandi religionem praeclare servavit. Hippolytus enim audito scelere novercae primum, ut par erat, justa indignatione victus negat se hoc jurejurando obstrictum teneri; nullam esse fidem putat, quae data sit infideli, quae mendaci, quae fraudulento. Quibus verbis non latebram quaerit perjurio. Immo v. 656 sqq. jurisjurandi sanctitas in animo ejus vim habet maximam, et, ut recte Valckenarius, ab hoc uno religionis vinculo, quo pius se juvenis obstrictum putabat, drama pendet universum. Qui quoniam in fide semel data permansit, non quidnam fecerit, sed tantum quid dixerit, quaeri potest. Negat autem, se jurejurando per fraudem extorto teneri; negat in optima causa; negat virtutis amore, odio turpitudinis, pietate erga patrem; negat prima indignatione inflammatus; emori tamen mavult, quam vel istud ipsum jusjurandum ullo modo violare. Quisquamne ergo audebit hunc eximium Hippolyti versum, ἡ γλῶσσο' ὁμῶμοχ', ἡ δὲ φρεν' ἀνῶμοτος, serio reprehendere? Nobis vero ne tum quidem vituperandus esse Euripides videretur, si juvenis temere ille quidem, jurasset praecise, quamcunque demum rem auditurus esset, eam celatum iri. Nempe uno quasi loco contrariae res concurrerent, jurisjurandi religio et filii erga parentem suum pietas; quarum alterutram violari necesse esset, ceterum utram potius laederet, merito dubitare posset ab initio certe in ipso primae indignationis ardore; postea enim tamen stetit jurejurando. Jam vero eorum, qui defendere Euripidem studuerant, nescio an primo loco ponam Panaetium, quantum colligo e Cicerone De offic. III, 29. »Quod enim ita juratum est, ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum est perjurium. — Non enim falsum jurare, perjurare est; sed quod ex animi tui sententia jularis, — id non facere perjurium est. Scite enim Euripides: *Juravi lingua, mentem injuratum gero.*» Recte omnino Schuetzius, quem injuria reprehendit Beierus, ita statuit, non ipsam illam sententiam a Cicerone laudari, sed quod Euripides uno versiculo scite expresserit juramenti non ex animi sententia pronuntiati vim et naturam; neque

enim secus interpretari licet verba, *Scite* enim Euripides. At vero, si quidquam valet nexus sententiarum, longe alio consilio Euripidis versum attulerat is, quem Tullius sequi in his libris solet, Panaetius, ut doceret, id modo jusjurandum, quod ex animi tui sententia juraris mensque conceperit, servandum esse; atque adeo qui juratus dixisset se taciturnum honesta, Hippolytum, si turpissimum arcanum prodidisset, falsum fuisse juraturum, minime vero pejeraturum. Deinde Euripidem quodammodo excusavit Eustathius p. 443, 37 Homeri formula ἐκὼν ἀέκοντι γε θυμῷ (δὲ ἤς βοηθοῖτ' ἄν, inquit, καὶ τὸ 'Η γλ. — ἀνώματος, ὃ δὴ πικρῶς λογιστέον ὁ Κωμικός.); quod quale sit in ea praesertim, quam Eustathius addidit, Homericæ formulae interpretatione, haud expedio. Alia excusatione utitur scholiasta ad Hippolytum l. l., cujus summa disputationis huc redit, Hippolytum ne leviter quidem suspicantem, quantum facinus auditurus esset, jurasse, versumque ipsum non latius patere, sed ejus, quae tum incidit, causae finibus circumscribi. De nostro autem loco Ranarum scholiastes ille ita judicat, Ἀριστοφάνης καθολικώτερον τοῦσας φησί, τὸν Εὐριπίδην ὀφείλειν τῆς [immo διὰ τῆς] γλώττης τὴν διάνοιαν, ὡς ἂν μὴ τὰ δόξαντα τῇ κρείε τῆς διανοίας φθεγγομένης, satis bene ille interpretans v. 102. Secundum Euripidem, inquit Aristophanes, mens non vult per sacra conjurare, lingua vero seorsum a mente pejeravit. Num igitur tale discidium mentis atque linguae inducere licet? Num fieri unquam potest, ut homo perjurus lingua tantum pejeret, mente, quae ipsa jusjurandum conceperit, non pejeret? Nempe Euripides fingit duplex jurisjurandi genus, alterum et mentis et linguae, quod utique servandum sit, *alterum linguae solum, non etiam mentis, quo scilicet nemo teneatur*. Ergo omnibus licet ita pejerare, si aliud mens conceperit, aliud lingua juraverit! Alioquin, inquit, scribi debebat ordine inverso ἡ φρὴν ὁμώμοχ', ἡ δὲ γλῶσσ' ἀνώματος; mens enim non lingua jurat, ut animus peccat, non corpus. Hanc iniquam sane reprehensionem primus in medium attulit Aristophanes in Thesmoph. v. 275, ubi Euripidem juratum Mnesilochus his verbis monet, Μέμνησο τοίνυν ταῦθ', ὅτι ἡ φρὴν ὥμοσεν, | ἡ γλῶττα δ' οὐκ ὁμώμοχ', οὐδ' ὥρκως ἐγώ. Deinceps sequuti sunt Plato in Theaeteto p. 154 d (II. I. p. 201 B.) ἀτὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐὰν ἀποκρίνη ὅτι ἔστιν, Εὐριπίδειον τι εὐμβήσεται· ἡ μὲν γὰρ γλῶττα ἀνέλεγκτος ἡμῖν ἔσται, ἡ δὲ φρὴν οὐκ ἀνέλεγκτος· et iterum in Convivio p. 199, a (II. II p. 420 B.) ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο, ἡ δὲ φρὴν οὐ. (utrobique apud Platonem loquitur Socrates), atque etiam Lucianus Vitar. Auct. c. 9 Διογ. τὸ Εὐριπίδειον ἐκείνο ζηλώσεις, μικρὸν ἐναλλάξας. Αγο. τὸ ποῖον; Διογ. ἡ φρὴν σοι ἀλήσει, ἡ δὲ γλῶσσα ἔσται ἀνάλγητος. Aliis vero locis dicitur Euripides illo versu palam defendisse perjurium, velut ab Aristophane Ran. 1467, ubi Euripidi ipsi ita loquenti, Μεμνημένος τυν τῶν θεῶν, οὐδ' ὥμοσας, | ἡ μὴν ἀπάξειν μ' οἰκᾷδ', αἰροῦ

τοὺς φίλους Bacchus respondet, ἡ γλῶττ' ὁμώμοκ' — *Ἀλαχούλον δ' αἰρήσομαι*. Eustathius p. 1175, 29 dicit, jusjurandum ab Jove sancte religioseque servatum esse: οὐδὲ τὸ τοῦ Εὐριπίδου, inquit, περιήλθεν αὐτὸν τό· 'Η γλῶσσ' — ἀνώμοτος. καὶ οὕτω μὲν τιμᾷ τὸν ὄρκον ὁ Ζεὺς. Cephisodorus Isocratis discipulus apud Athenaeum III, 122 b inter improba poetarum dicta, propter quae vulgo ab omnibus accusentur, etiam hoc refert, Εὐριπίδῃ τε τὸ τὴν γλῶτταν ὁμωμοκέναι φάναι. Justinus M. Apolog. I. p. 67 b (p. 437 ed. Venet.) — ὑπὲρ τοῦ μηδὲ ψεύδεσθαι μηδ' ἐξαπατῆσαι τοὺς ἐξετάζοντας, ἡδέως, ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν, ἀποθνήσκομεν. *Ἀνατὸν γὰρ ἦν τὸ λεγόμενον· 'Η γλ. — ἀνώμοτος, ποιεῖν ἡμᾶς εἰς τοῦτο*. Adde Basilium II p. 178, d. Nobis quidem reprehendere Euripidem atque irridere videtur etiam scriptor incertus apud Suidam s. *Μῶρος* — Ὡ μῶροι, οὐκ ἔστε τὸν σοφώτατον τῆς τραγῳδίας εἰπόντα· 'Η μὲν γλῶττ' ὁμώμοκεν, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος; Praeterea Euripidei loci rationem habuisse videtur Demophilus apud Plautum Asinar. II, 2, 27. Nam si quid scelesti fecit, *lingua pro illo pejerat*. Hi omnes tragicum versum falso interpretati sunt. Contra Euripidem crimine isto absolvere videtur gravissimus auctor Aristoteles Rhetor III, 15, quippe qui ostendere studeat, quomodo injustae criminationi (τῇ διαβολῇ) occurrendum sit. Ἄλλος, inquit, εἰ γέγονε κρίσις, ὥσπερ Εὐριπίδης πρὸς Ὑγιαίνοντα (Ὑγιαίνετον Valckenarius) ἐν τῇ ἀντιδόσει κατηγοροῦντα, ὡς ἀσεβῆς, ὅς γ' ἐποίησε κελεύθων ἐπιφορεῖν » ἡ γλ. — ἀνώμοτος. « ἔφη γὰρ αὐτὸν ἀδικεῖν τὰς ἐκ τοῦ Διονυσιακοῦ ἀγῶνος κρίσεις εἰς τὰ δικαστήρια ἄγοντα· ἐκεῖ γὰρ αὐτῶν (non αὐτὸν) δεδωκέναι λόγον, ἢ δάσειν, εἰ βούλεται κατηγορεῖν. Misime Euripides ob unicum huncce versum accusatus est, ut Spanhemius ad nostrum locum opinatur: immo Hygiaenetus ἐν τῇ ἀντιδόσει id est, ut recte Valckenarius, in oratione de bonorum permutatione longe aliud agendo obiter etiam impietatem et perjurii patrocinium Euripidi hoc versu prolato objecit; cui Euripides in defensione bene ita respondit, ut novam istam accusationem neque ad praesentem causam, neque vero ad illos iudices pertinere diceret. Non magis e verbis εἰ γέγονε κρίσις et postea ἐκεῖ γὰρ αὐτῶν δεδωκέναι λόγον necessario efficitur, Euripidem illius ipsius versus rationem penes quiaque iudices scenicos reddere coactum esse; neque enim haec verba ad unum versum (quo illa potius spectant ἢ δάσειν, εἰ βούλεται κατηγορεῖν), sed ad universam Hippolyti fabulam referenda sunt. Ita vero haec res denique redit ad merum convicium, quod Hygiaenetus, ipse etiam versum absurde interpretatus, importuno loco facere Euripidi ausus est. Nullo enim tempore defuerunt, qui de bonis poetis non sine summa iniquitate judicarent. De Socrate ipso, qui alias admirari Euripidem solebat (Aelian. V. H. II, 13) tamen haec tradidit Diogenes Laërtius II, 33 Εὐριπίδου δ' ἐν τῇ Ἀγῇ εἰπόντος περὶ ἀρετῆς· » Κράτιστον εἰκὴ ταῦτ' εἶν ἀφιμμένα « ἀναστὰς ἐξήλθε· φήσας γελοῖον εἶναι, ἀνδράποδον μὲν μὴ εὐρισιδέμενον ἀξιοῦν

ζητεῖν ἀρετὴν δ' οὕτως εἶν ἀπολωλέναι. Legitur hic senarius etiam in *Electra* Euripidis v. 379. At vero et commodissimus tali sententiae in Auge locus fuit, et satis constat, versum unum in pluribus ejusdem poetæ tragoediis haud raro inveniri. Itaque fallitur Matthiaeus ad Fr. p. 99. Non debuit Socrates tam indigno ferre animo, quod virtus pessum ivisse videretur, sed considerare, Euripidi, apud quem haud dubie improbus homo loquebatur, personis serviendum fuisse. Porro Seneca Epist. CXV. ita scribit: »Quum hi novissimi versus in tragoedia Euripidis pronuntianti essent, totus populus ad ejciendum et actorem et carmen consurrexit uno impetu: donec Euripides in medium ipse prosiluit, petens ut exspectarent, viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes, quas in sua quisque dat.« Miramur, hunc Senecae locum fabulamque istam testimonii vim habere videri prudentissimo viro, Lobeckio in *Aglaoph.* p. 82. Primum unde tanta Atheniensium ira, avarissimae civitatis, qui maxime ipsi aurum laudare solebant? Tum optime demonstravit Matthiaeus ad Fr. p. 152, eos versus, quos Seneca latine reddidit, e Danaë, minime vero e Bellerophonte fluxisse. Tantum vero abest, ut auri praeco in illa fabula poenas dare potuerit, ut Jupiter in aurum conversus per hoc artificium ipsumque aurum Danaë potitus sit. Denique Seneca ad Bellerophontem, sive potius ad Danaen aberrat ab Ixione ejusdem Euripidis, ut Matthiaeus l. l. statuit verissime. Etenim ad Ixionem jam dudum merito relatus est Plutarchi locus T. II. p. 19, e ὁ Εὐριπίδης εἰπεῖν λέγεται πρὸς τοὺς τὸν Ἰξίωνα λοιδοροῦντας ὡς ἀσεβῆ καὶ μαζόν. Οὐ μέντοι πρότερον αὐτὸν ἐκ τῆς σκηνῆς ἐξήγαγον, ἢ τῷ τροχῷ προσηλῶσαι. Falso dixit Matthiaeus p. 206, sub finem Ixionis deum nescio quem prodisse videri, qui hoc non spectatoribus narraret, sed iis, qui illum Ixionem oppugnassent: plane enim extra scenam reprehensus Euripides his fere verbis se defendit. Quum vero et apud Senecam Euripides praedicat, auri admiratorem tristem quendam exitum habiturum esse, et in Plutarcho Euripides doceat, Ixionem suum justas in scena poenas dedisse: certum esse debet, unam atque eandem narrationem a scriptore utroque servatam esse. Neque tamen ad Danaen haec res pertinebat, sed ad Ixionem; neque vero, uti Seneca fabulatur, Euripides tum mediam in scenam ipse prosiluit, sed, quemadmodum recte ait Plutarchus, extra scenam amicis aliisque hanc rem explicavit. Quae quum ita sint, neque Aristotelis, nec Plutarchi, nec Senecae loci eam vim habere possunt, ut Euripides Hippolyti sui vel Ixionis causa publice in jus vocatus esse videatur. Constat tamen omnino, id poetis tragicis interdum accidisse, mitto Euripidi, Aeschilo etiam, sanctissimo poetæ, quem his adeo tragoediarum, quas scripsit, criminibus accusatum esse puto. Sed ut aliquando ad fabulam nostram revertamur, falso hunc versum transtulit Brunckius, linguam vero quae jura-

νῆ seorsum a mente. Quum enim ab Euripide dictum esse ἡ γλῶσσ' ὁ μὴ οἷ' ἔδειξεν vidisset, continuo putavit etiam in Aristophane γλῶτταν ἐπιορκήσαντες nihil aliud esse, quam γλῶτταν ὁμῶσαν, nixus unico hujus usus exemplo in lege Solonis apud Lysiam adv. Theomnestum, I. 17, 1 B. Ἐπεγγυῶν δ' ἐπιορκήσαντα τὸν Ἀπόλλω. At ne quis dubitet hunc usum ab Aristophanis aevo procul abhorrere; disertè addidit Lysias, Τοῦτων τὸ μὲν ἐπιορκήσαντα ὁμῶσαι ἔστι, atque ibidem alias Solonis glossas exposuit, ποδοκάκη, δρασκάζειν, ἀπίλλειν, ἀργύριον στάσιμον, πεφασμένως, πολεῖσθαι. Aptissime vero poeta linguam non jurasse simpliciter dicit, sed pejerasse, quoniam perjurium ab Euripide defendi criminatur. Denique pro ἰδίᾳ τῆς φρενὸς exhibent glossema ἄνευ τῆς φρενὸς Ravennas, Baroccianus, Parisini D, E, Parisinus A ἰδίᾳ in textu, ἄνευ supra posito, Cantabrigiensis I ἐπιορκίσαντες ἄνευ et ἰδίᾳ supra rubro (ἐπιορκίσαντες etiam edd. Ven. I. II. Raph.) Suidas s. Παρασκευασθέντων poetae verbis ἰδίᾳ τῆς φρενὸς statim subjecit, Τοῦτ' ἔστιν ἄνευ τῆς φρενὸς. Ut satietati occurrā Hippolyti aliquot locos emendabo. V. 43 scribo e codd. καὶ τὸν μὲν ἡμῖν πολέμιον νεανίαν; v. 72 scribo metri causa, καλλίστα τῶν κατ' Ὀλύμπου | Ἀρεμὶ παρθένων; v. 115 scribo certa emendatione, φωνοῦντες οὕτω σ', ὥς κρέπει δούλους λέγειν, collatis ejusdem fabulae versibus 117 et 88; denique v. 126 scribo metri causa, ὅθι μοι τις ἦν φίλα | πορφύρε' ἀμφὶ φάση, | ποταμίᾳ κ. τ. λ.

V. 103. Scholiastes ad Soph. Electr. v. 147 — καὶ Ἀριστοφάνης· σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει. Similiter Suidas s. Ἀρέσκεια. Notissimam syntaxin noster etiam scholiasta tetigit. Ceterum σοὶ δὲ ταῦτ' ἀρέσκεται Mutiuiensis, σοὶ (pro σὲ) Baroccianus. — Ibidem. μᾶλλὰ πλεῖν ἢ μαινομαι. Vulgo καὶ μάλα πλεῖν — ; μάλα πλεῖν (absque isto καὶ) Ravennas, Baroccianus; καὶ μὰ Δία πλεῖν — Elbingensis. Suidas, Σὲ δὲ ταῦτ' ἀρέσκει· μ' ἄλλὰ πλεῖν ἢ μαινομαι habet sub Σέ. Ita enim edidit Kusterus e Parisino A eodemque modo Oxoniensis, in quo tamen est μ' ἄλλὰ πλὴν — . Ante Kusterum legebatur μᾶλλον πλὴν ἢ μαινομαι. Scholiasta, Μάλα πλεῖν ἢ μαινομαι: ἀττικὸι μᾶλλον ἢ μαινομαι. (Recte Suidas l. l. ἀττικῶς. μᾶλλον ἢ μ.) οἱ μὲν, φασίν, ἐκτείνουσιν, οἱ δὲ συστέλλουσιν. (Alii scribunt μᾶλλὰ, alii sive μάλα sive μ' ἄλλὰ μεταλαμβάνεται δὲ εἰς τὸ μὲν οὖν, ἢ οὐκ ἄλλὰ καὶ μᾶλλον (recte Dobreus, ὁ καὶ μᾶλλον, quod rectius est. Sequitur enim, ἡ γὰρ μὴ ἀπαγόρευσίς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἀπὲς τῆς οὐκ ἀρνήσεως παραλαμβάνεται.) Ἄλλως. ἄλλὰ πλεῖν ἢ μαινομαι ἐπ' αὐτῷ, τουτέστιν, ὑπερβαλλόντως μοι ἀρέσκει. (Etiam hic scholiastes ἄλλὰ invenit.) Denique scholiasta Venetus hic legit tum μ' ἄλλὰ per ecthripsin, tum per crasin μᾶλλὰ. Et nostro quidem loco μὴ ἄλλὰ sive μᾶλλὰ Porsonus atque Dindorfius restituerunt. Eadem verba μὴ ἄλλὰ πλεῖν ἢ μαινομαι sensu quoque eodem infra v. 750 leguntur, ubi haud minores sunt lectionum turbae. Neque enim Aristophani μᾶλλὰ dicere per crasin unquam licuit, quin id grammatici librariique certatim de-

pravarent. Ego quod nuper ad Thesmoph. v. 646 ita statui, *μη ἀλλά* esse noli haec dicere, sed sive minime, immo, ut gravius dictum sit, quam οὐκ, ἀλλά utique *μη* vetandi notionem servet: valde scilicet haec sententia eo confirmatur, quod haud raro proxime Imperativus subsequitur, cujusmodi locos qui ipse attulit, non debuit alienos dicere Dobraeus, veluti Acharn. 434 *Εὐ. ἄπειθε νῦν μοι. Δι. μᾶλλά μοι δὸς ἔν μόνον* (hoc est, *μη οὔτω λέγε, ἀλλὰ δὸς*), Incerti Alcibiad. I, 114, e (II. III. p. 324) *Σω. ἀποκρίνον μόνον τὰ ἐρωτώμενα. Αλ. μη ἀλλὰ σὺ αὐτὸς λέγε.* Platon. Menon. 75, a (II. I p. 335) — *πειρῶ εἰπεῖν, ἵνα καὶ γένηται σοι μελέτη πρὸς τὴν περὶ τῆς ἀρετῆς ἀπόκρισιν. Μεν. μη ἀλλὰ σὺ, ὦ Σώκρατες, εἰπέ.* Confert Dobraeus etiam, nec male confert Plat. Euthydem. p. 294 c (II I p. 438) *Οὐκ ἐξαρκεῖ σοι, ἔφη, ἀκοῦσαι ὅτι πάντ' ἐπιστάμεθα; Μηδαμῶς, ἦ δ' ὅς, ἀλλὰ τοῦτο ἔτι ἡμῖν μόνον εἰπατον καὶ ἐπιδείξατον* —. Tum in Photii Lexico p. 244, 1. *Μαλαν: ἀντὶ τοῦ οὐ καλὰ.* recte emendavit Dobraeus, *Μᾶλλὰ: ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀλλὰ.*

V. 104. Vulgo *κόβαλλά*, sed *κόβαλά*, quod Brunckius reposuit, exhibent quatuor Parisini, Elb. Monac. Borg. Barocc. Bav. Ven. Mut. Cantabrig. I et II. Cobalos, qui proprie dicuntur, tametsi paucissimis locis commemorati sunt, recte tamen censuit Lobeckius in Aglaoph. p. 1308—1328 Bacchi quosdam satellites ludicros atque scurriles fuisse. Quod nomen si ad homines transfertur, scurram potissimum intelligi et per se credibile est et diserte traditum ab Harpocrate et scholiasta ad Eqq. v. 414, qui *κόβαλος* et *βαμολόχος* differre negant, demonstrato etiam Philochori loco, in quo utrumque verbum similitudinis causa consociatum est. Ac profecto secundum Aristophanem Euripides tum ipse est *βαμολόχος* (Ran. 1517), tum alios tragoediis suis *βαμολόχους* effecit (Ran. 1083), eo scilicet, quod sententiae ejus crebro viderentur esse plebejæ, ut ait diserte in *Σκηνὰς καταλαμβανούσαις* p. 173 GD. *Χρᾶμαι γὰρ αὐτοῦ (τοῦ Εὐριπίδου) τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ, | τοὺς νοῦς δ' ἀγοραίους ἦσαν ἢ κείνος ποιᾷ.* Hic *ἀγοραίους νοῦς* ex ipso Euripide sumtus est, ut patet e Bekkeri Anecdol. p. 339, 10. Similiter in Pace v. 732. 734 *βαμολογούμεναι' ἀγεννή* opponuntur *σιόμασιν οὐκ ἀγοραίοις*. Itaque *κόβαλα* aut facta aut dicta scurrilia esse debebunt, facta, ut in Eqq. 414, dicta, ut loco nostro. Quod autem inter scurrilia dicta etiam ille Euripidis versus refertur, in quo perjurium defendisse visus est, minime Aristophani, ut graecis testibus apud Cicero- nem Pro Flacco c. 5, jusjurandum jocus fuit. Immo *κόβαλα* scurrarum dicta hic ineptias significant (Warrenspoffen). Tum aptissime eae Euripidis ineptiae, quae Baccho mire placuerunt, *κόβαλα* vocantur, ideo quod Cobali ipsi scurrilibus jocis Liberum Patrem, genium suum exhilarabant. Permale igitur ad h. l. scholiasta, *Κόβαλλα: κατοῦργα καὶ ἀνελεύθερα. Δίδυμος καταστωρυμένα, ἀπατητικά. καὶ κατοβούλους, κοβάλλους.* Ul-

timis verbis infelicissimum veriloquium contineri videtur. — Ibid. ὧς καὶ σοὶ δοκεῖ.] In his verbis haeseram adolescens; nuper vero etiam Dobraeus hac sententia offensus est. At salva res est. Bacchus enim et audaciam Euripidi v. 99 exprobravit, nec sine manifesta reprehensione laudavit Euripidea Διότ' ἐπεὶ δὲ δαμάτιον et mox γλώτταν δ' ἐπισηύσασαν ἰδίᾳ τῆς φρενός, quae profecto ineptissima sunt et scurra cobaloque digniora, quam poeta tragico. Denique v. 103 Bacchus adeo clamat, se his auditis prae laetitia plus quam insanire. Atqui tantus tamque gestiens risus dei cachinnum tollentis planeque in furorem acti longissime abhorret a dignitate tragoediae, optime autem convenit nugis scurrae faceti aut cobali. Ergo rectissime Hercules: *aliqui hae merae sunt ineptiae vel temet ipso iudica.* Denique ad illud ipsum ὧς καὶ σοὶ δοκεῖ necessario referri debent proxima verba Bacchi, μὴ τὸν ἐμὸν οἶκον νοῦν, id est *noli tu mihi praescribere, quidnam nobis judicandum sit.*

V. 105. Poëta tragicus, qui verbis *Μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν* eam sententiam, quam modo diximus, subiecit, grandia professus certe turgebat. Aristophanes vero ut dictionem istam tumidiorem notaret audaciamque ejus nimiam ostenderet, admodum urbana parodia usus addidit verba domo petita — *ἔχεις γὰρ οἶκιαν*. Ceterum Euripidem hic rursus derideri certo indicio est, quod loquutio ista, *noī meam mentem habitare* iis ipsis vitii laborat, quae per totum hunc locum Euripidi exprobrantur, audacia, ineptiis ac pæne dixerim dicacitate scurrili. Tum etiam parum elegans, qui ab initio est, dactylus prodit Euripidem, de qua re vide Hermannum in *Element. D. M. p. 124*. Quid, quod ille Euripidis versus, qui nunc in ludum et jocum convertitur, totus aetatem tulit. Nam quod ad Thesmophor. p. 505 vix quasi per transennam vidi, mox istud ipsum clare perspexi. Scholiasta ad h. l. *Μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει: καὶ τοῦτο παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ· μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν, ἐγὼ γὰρ ἀρτίσω*. Quae Matthiaeus ad. Fr. p. 57 quum in Andromacha quidem nusquam legi vidisset, cum Andromeda autem Andromacham saepe confundi sciret: cito eum trimetrum, qui est apud scholiastam, ad Andromedam Euripidis referri jussit. A quo consilio detertere eum Suidas debebat, in quo idem scholium, rectius tamen integriusque, quam apud Aldum reperitur: *Μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἔχεις γὰρ οἶκιαν: παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ Εὐριπίδου. ἢ οὕτω· Μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρτίσω*. Res ita se habet. Alii grammatici nostrum locum expressum esse putabant ex Andromach. v. 237 *ὁ νοῦς ὁ σὸς μοι μὴ ἐννοιοῖν, γίναι*, versus quodammodo simili, ad quem etsi scholii exstat apud Matthiaeum T. V. p. 557, Dobræus tamen tradit, scholiastam Gaisfordii nescio quem ibi nostrum versum (Ran. 105) attulisse; alii vero recte intellexerunt, minime eum, qui in Andromacha est, sed hunc potius Euripidis versum spectari, *Μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρτίσω*. Jam noster

scholiasta res permiscuit diversissimas, Andromachae locum atque alterum versum, quem ipse Andromachae falso assignavit; contra Suidas Andromachae locum ab altero versu optime sejunxit. Itaque trimeter, *Μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρξέσω* non magis ex Andromeda, quam Andromacha derivatus est, sed nimirum ex incerta tragoedia manavit, haud dubie tamen Euripidis. Venio ad interpretes. Berglerus perspexit, Andromach. v. 237 intelligi, neque vero eum versum, quem scholiasta habet, bene etiam scholium e Suida emendandum esse censuit; sed pessime adjecit, *μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρξέσω* esse explicationem verborum Aristophanis, non Euripidis versum. Jam Heathius ad Andromach. l. l. a scholiasta nostro usque eo deceptus est, ut serio diceret, *Μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν· ἐγὼ γὰρ ἀρξέσω* nihil aliud esse, quam diversam lectionem ejus ipsius versus, qui in Andromacha est, 'Ο νοῦς ὁ σός μοι μὴ ξυνοικοίη, γύναι! Id vero Beckius Suidae glossa comparata jure negavit addiditque, eum versum, qui apud scholiastam exstat, potius alius esse poëtae videri, vel (id quod longe secus est) proverbium ex Andromachae loco effictum. Dobraeus id tantummodo dicit, apud scholiastam, Beckio recte monente, e Suidae loco *ἢ οὕτω* supplendum esse. Denique Euripides *μὴ τὸν ἐμὸν οἶκει νοῦν* sic intelligi voluerat, *ne meam mentem* (quasi aliquam domum) *regas*. Omnino enim *οἶkein* saepe non tam habitare, incolere significat, quam administrare, regere, gubernare, ut in pervulgato illo *πόλιν οἶkein*. Cujusmodi locos aliquot ex ipso Euripide attulit Berglerus et plures etiam colligere potuit. Idem haud absurde comparavit Bacch. v. 331 *οἶκει μεθ' ἡμῶν, μὴ θύραζε τῶν νόμων*. Nec male Bothius attulit Persium Sat. IV, 52 tecum habita. Sed Andromachae locus, quem scholiastae compararunt, specie convenit, re ipsa dissimilis est. Nam verba *ὁ νοῦς ὁ σός μοι μὴ ξυνοικοίη*, sive usitatius, minus tamen poëticae, *ἐγὼ μὴ ξυνοικοίην τῷ νῷ τῷ σῷ* illud loquendi genus habent graecum prorsus et atticum, *συζῆν κενία, βίω ἀνχμηρῷ, συγγίνεσθαι παιδείᾳ, συνεῖναι ἀπορίᾳ, εὐδαιμονίᾳ, τῇ ἀρετῇ* et sic porro. Rarius ita ponitur *συνοικεῖν*, aliquando tamen, sicut ab ipso Euripide Heraclid. 996. Confer Valckenarium ad Hippol. v. 1219. Ceterum in Aristophane *τὸν νοῦν* Cantabrigiensis l.

V. 106. Abest γὰρ a Parisinis B. D. *καμπόνηρα ταῦτα φαίνεται* Monacensis.

V. 107. Elmslejus ad Acharn. v. 127 p. 61 Lips. *με* hic deleri voluit pessime. Enimvero de eo agitur, non quod alii, sed ipse Bacchus discere ab Hercule queat. Mentem enim Bacchi regere Hercules nequibat, quippe qui de tragoediis judicare nesciret; poterat Bacchum eundem docere coenandi artes, quas, si quis alius, Hercules callebat.

V. 108. *ὦνπερ] ὦσπερ* Venetus. *ἐνεκα]* Rav. Ven. Mut. Parisini A C D

Borg. Monac. Vatic. Flor. b. *σύνεκα* edd. ante Brunckium. *ἔχων*] Rav. Ven. Mut. Parisini A C D Borg. Monac. Vatic. Barocc. Poggianus. *φέρων* edd. ante Brunckium. Vulgata lectio *συνεὴν φέρων* sive pro glossemate habebitur, sive e v. 12, ubi *συνεὴ φέρειν* legitur, turpi errore efficta est, certe ab Atticorum usu alienam judicamus. Nam qui forte aliquando pallio induti sint, *ἱμάτιον ἔχειν*, qui autem eodem uti pallio soleant, *ἱμάτιον φορεῖν* graece ac prorsus attice dicuntur. Vide Eccles. 410, Avv. 486, Plut. 882, Eupolidem ap. schol. Venet. ad Il. κ', 252 et locos a Porsono collectos in Adversar. p. 286 (p. 253 Lips.). Contra Il. δ', 137 *μίτρης θ'*, *ἣν ἐφόρει*, ν', 372, Od. ο', 127, Ar. Eqq. 869, Vesp. 116, Aristophon ap. Athen. IV p. 161 f., Antiphanes ap. Athen. III, 103 f., Soph. Electr. 261, Lucian. Somn. c. 11. Alios locos paene innumerabiles, in quibus vel *ἔχειν* vel *φορεῖν* pari significatione posita sunt, sciens omitto. Praeclare vero R. Dawesius Atticos unquam *φέρειν* de vestimentis dixisse negavit. Aliter, sed parum subtiliter, ne dicam falso existimavit Lobeckius ad Phryn. p. 586, qui illi praecepto locum in Aristophane relinqueret, caeteris autem plus concederet libertatis. Primum *ὄπλα φέρειν*, *ἔϊφ φέρειν*, quae manu gestantur, quomodo vir egregius afferre contra Dawesium potuit? isto enim modo ne *λαμπάδα* quidem *φέρειν* (Ar. Ran. 1085 et alibi) attice amplius dicere licebit. Nihilo magis huc pertinent Aesch. Suppl. 972 *πᾶς δ' ἐν μετοίῳ γλῶσσαν εὐτυκον φέρε* | *κακὴν*, quae respondent formulis sermonis meri *αἰεὶ ἀν ἐπιφέρειν*, *διαβολὴν ἐπιφέρειν*, neque Sept. adv. Theb. 604 *γέροντα τὸν τοῦτον, σάρκα δ' ἡβῶσαν φέρει*, ubi quum plurimi optimique codd. *φύσει* subijciant, de Wellaueri emendatione *σάρκα δ' ἡβῶσαν φύσι*: nihil dubitamus etiam ob concinnitatem *ἡβῶσαν φύει* et poëticam oppositionem *γέροντα — φύει*. Praestitisset hic cum Brunckio Schuetzioque *τρέφῃ* conjicere, ut saepe loquitur Sophocles v. c. in Ajace v. 1100, quam *φέρει* male tueri. Nam *σάρκα ἡβῶσαν φέρε* longe alius est generis convenitque Virgillii loco Aen. I, 567. Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni. Porro minime negavit Dawesius eum, qui annulum in digitis gestet, *δακτύλιον φέρειν* dici posse, quando etiam latine dicimus *annulum gestare*, *gemmam digito gestare*, non item vestem *gestare*, sed vestem gerere, veste indutum esse. Alieni igitur sunt etiam tales loci, Eurip. Ione v. 1009 *καὶ κατὰ καρπὸν γ' αὐτ' ἐγὼ χερὸς φέρω* (hoc est *nunc gesto*; aliter paullo post v. 1016 *εἰς τὴν δὲ κραθέντ' αὐτὸν ἢ χερσὶ φορεῖς*; i. e. *gestare soles*). Vellem etiam vir summus non Platonis locum potius apposuisset De Republ. II, 359 f (III. I p. 62), ubi Bekkerus *φέρειν* codicum auctoritate merito delevit, quam Aristophanis versum e Danaïdibus p. 122 ed. GD. *δακτύλιον χαλκοῦν φέρων ἀπειρόνα*, qui tametsi vitium fecit (metrum enim postulat *ὁ δακτύλιον χ. φέρων ᾄ.* vel *καὶ δακτύλιον χ. φέρειν ᾄ.*), non arbitror tamen formam *φορεῖν* temere substituendam esse. Illud vero mire

accidit Lobeckio nostro, ut quum recte vidisset, quidnam *φέρειν* et *φορεῖν* inter se differant (vidit etiam Hermannus ad Soph. Electr. v. 715 ed. II, non vidit Reisigius Conjectan. Praefat. p. XXIX et p. 14), mox tamen hujus discriminis nescio quo pacto oblivisceretur. Neque enim quod ostenderat, verbo demonstravit, *φέρειν* etiam pro *φορεῖν* poni licere, sed ejusmodi tantum locos memoravit, in quibus, si ipsum audias, *φέρειν* pro *ἔχειν* dicatur. Veluti concedamus Lobeckio, hunc Pausaniae locum I, 17, 3 *ἐπεὶ οὐ δύνασθαι τῇ σφραγίδι, ἣν αὐτὸς φέρων ἔτυχεν, ἀφέντι ἐς θάλασσαν ἀνασῶσαι* οἱ Dawesio repugnare; quanquam *σφραγίδα φέρειν* nihilo magis offendere debet, quam *δακτύλιον φέρειν*: utrum Pausaniae inepte scribendum erat, *φορῶν ἔτυχεν*, an hic Lobeckio auctore *φέρων* pro *ἔχων* ponetur? Paucissimi tamen apud Lobeckium loci sunt et ii fere e pessimo quoque scriptore delibati, in quibus (*χιτώνας*) *φέρειν* re vera pro *ἔχειν* (non pro *φορεῖν*) positum invenitur, ut Herodian. Histor. IV, 8 ter; parum enim appositus est alius locus ejusdem Herodiani IV, 5 — *ἐπεὶ μῆτε γνώμην ἔτι μῆτε ὁρμὴν ἔφερον ἀδελφοῦ*, ubi *μῆτε ὁρμὴν* cum Lobeckio scribendum est. Denique in Diodoro V, 65 — *κηρύκειον, ὃ φορεῖν εἰώθασαν* — Lobeckius unius codicis scripturam *φέρειν* jure vituperat.

V. 109. *κατὰ σὴν*] *κατὰ τὴν σὴν* Barocc. Cantabr. I Borgianus. Pro *ἵνα μοι* Elbing. *ἵνα μὴ* idemque liber v. 110 *τοὺς σοφοὺς φρ.*

V. 111. *ἐχρῶ*] *ἔχρω* primum edidit Brunckius, deinde etiam Dindorfius Bothiusque.

V. 112. Quae hic unius enuntiati vinculo colligata sunt, ea latini interpretes bene dissolverunt in hunc modum, 'Αλλ' ὦν ἔνεκα τήνδε τὴν σκευὴν ἔχων ἤλθον κατὰ σὴν μίμησιν, λέξω. ἡλθον γὰρ ἵνα μοι — Κέφβερον· τούτους οὖν φράσω μοι — Eandem syntaxin habes in Eurip. Helena v. 144. Hic Monacensis, *τούς τε λιμένας φράσω μοι*.

V. 113. *ἀναπαύλας, ἐκτροπᾶς, κρήνας, ὁδοὺς*] Verbum *ἀνάπαυλα* infra repetitum est v. 195 de certo quodam Orci loco, cui id nomen apte tribuitur, cf. v. 185; mors est enim omnium curarum atque malorum requies. Hic quidem Kusterus post Frischlinum intelligi putat diversoria, ganeas similiterque Brunckius mansiones (Restorationen). Attamen *ἀνάπαυλα* quemvis locum declarat, in quo, etiam sub dio, commodè requiescere (*ἀναπαύεσθαι*) liceat, ut apud Platonem De Legg. I, 625, b (III. II p. 180), (Lucian.) Amorr. c. 18. Confer etiam Herodot. I, 181 et Lucian. Demonacte c. 67. Iste vero Bacchus, ut erat ventriosus deus ac permalus viator, etiam sub dio requiescere in tam longo itinere cupiebat, nunc viridī membra sub arbuto stratus, nunc ad aquae lene caput sacrae. Deinde *ἐκτροπαί* deflexiones significant, ut recte cum Frischlino Kusterus, minime vero uti Brunckius Vossiusque diversoria, *Winkelsteinen*. Neque enim ut latina voce diverticuli, sic etiam graeca *ἐκτροπῆς* deversorium unquam significatur. Quidnam velit falsus

Hercules, vel ex eo clarum est, quod *ἐκτροπὰς* — *ὁδοῦς* paene conjunxit. Quum enim Bacchus et plane periculosum iter susciperet, et ad quemvis strepitum horrescere soleret, prius etiam quam *ὁδοῦς* regias vias et militares cognoscere voluit *ἐκτροπὰς* deverticula flexionesque, quas ingressus facilius videbatur latere posse atque tot discrimina rerum devitare. Simillimo autem modo L. Piso, metu et ipse perterritus in urbem rediit teste Cicerone in Pisonem c. 22 »Quos tu Maeandros, dum omnes solitudines persequeris, quae deverticula flexionesque quaesisti?« Non male scholiasta, *ἐκτροπαὶ δὲ ἐκκενύσεις τῶν ὁδῶν, ὅπου τις ἐκτραπήναι δύναται. διὰ τὸ ἐκτρέπεσθαι τῆς ὁδοῦ καὶ κρύπτεσθαι, ὅταν ταραχὴ τις γένηται τῶν νευρῶν.* Scholiastae assensus H. Stephanus in Thesouro p. 9610 pulchre docuit etiam Plutarchi exemplo, voce *ἐκτροπή* deverticulum sive divortium indicari, hoc est locum ejusmodi, ad quem relicta via militari deflectamus. Vide Plutarchum in Agide c. 19, in Arato c. 17, ibidem c. 29. Deinceps scholiasta, *Κρήνας: γράφεται κρημνούς.* Haec altera scriptura, cui omnino nihil tribuendum est, G. Hermannō recte vel hoc nomine displicet, quod caeterae res omnes jucundae sunt potius, quam fugiendae. Offenditur tamen Hermannus etiam vulgata lectione *κρήνας*. Quid enim, inquit, deo vini cum aqua esse potuit? At mihi verbum *κρήνη* hoc loco aptissimum videtur, quoniam omnibus, credo etiam vel ipsi Baccho iter facienti suave esse solet *ὁδοιπόρῳ διαπῶντι πηγῶν ῥέος*, ut est apud Aeschylum Agamemn. v. 901. Denique confero simillimum locum Plutarchi in M. Crasso c. 22 *ὑμεῖς δὲ διὰ Καμπανίας ὁδεύειν οἴσθε κρήνας καὶ νάματα καὶ σκιάς καὶ λουτρὰ δηλαδὴ καὶ παροδοίᾳ ποθοῦντες;* Magis etiam vox *ὁδοῦς* Hermannō improbatur. Apage vero viam, inquit. Non caeteris omnibus ipsa via significata est? Nonne Bacchus paullo post diserte accurateque viam sciscitatur? Mihi quidem viae mentio in utrumque locum apte cadere videtur. Quum enim Bacchus longissimum iter suscepturus sit, recte et v. 117 universam viae totius descriptionem et quasi summam (*ὁδὸν* eine Hauptstraße) sibi monstrari cupit, et hoc versu singulas vias (*ὁδοῦς* einzelne Wege) vult cognoscere. Quodsi viae mentio tam ab h. l. aliena foret, necesse esset etiam *ἐκτροπὰς*, quae sunt *Abwege*, *Rebenwege*, per vim remove. Ipse adeo Hermannus vim vocabuli *ἐκτροπὰς* optime perspexit. Omnino ne quis judicium acutissimi viri, a quo nunc ipse dissentio, inepte contemnat, diligenter mihi expendat velim, quae ad v. 117 dicturus sum.

V. 115. *κόρεϊς*] »Nusquam gentium cimices plures infestioresque esse dicuntur quam in Graecia.« Bothius, quem vide de hac bestia uberius dissidentem.

V. 116. 117. Codex Venetus, haud dubie ex inutili grammaticorum correctione, — *τολμήσεις γὰρ εἶναι κάτω;* et in γρ. demum *καὶ σὺ γα.*

Vulgata lectio et per se aptissima est (tu adeo, inquit, cum tua ignavia, ut ego, ire audebis?) et concinne refertur ad v. 108 — 111, ubi agebatur de Herculis ad inferos descensu, quem Bacchus imitari studet. Neque vero in illis verbis haeremus, *Μηδὲν ἔτι πρὸς ταῦτ' Ἰχθὺς mehr da-gegen!* Immo graviter et regie, ut consentaneum erat, Bacchus loquitur, quando huiusmodi dictiones a brevitate commendantur. Comparo Soph. Electr. 369 et Lucian. Conviv. c. 4. Ita verbum saepenumero deest etiam in illa formula, *μὴ μοίγε*, de qua in Quaestt. Luc. p. 120 sq. disserui, cf. etiam Nub. 840 et Lucian. Hermotim. c. 40. A. Seidleri conjectura, quae in omnibus Dindorfii editionibus recepta est, *Ἥρ. ὃ σὺ ἔτι, τοιμήσεις γὰρ ἔναι; Διον. καὶ σὺ γε | μηδὲν ἔτι π. τ.* (hoc est: et tu adeo nihil amplius contra dixeris, ut Plut. 103, ibid. v. 473, Vesp. 1003. cf. supr. ad v. 68), haec igitur conjectura quum minime necessaria est, tum orationem e gravi reddit languidam et in verbis *τοιμήσεις γὰρ ἔναι*; subobscuram. Codicum scripturam probat etiam Hermannus. Nimirum secundam personam σὺ intelligi satis docet oppositio, *ἀλλὰ φράζε* — .

V. 117. *ἀλλὰ φράζε νῶν ὁδὸν*] Libri omnes. *ἀλλὰ φράζε τῶν ὁδῶν*, quae caeteri altissimo silentio praeterierunt, ego autem vel ipsis grammaticae legibus repugnare contendo, quum genitivus neque a verbo *φράζε* suspensus esse, neque alia ulla ratione explicari queat. Deinde multitudinis numerum ferri diutius posse nego propter sententiam, quae singularem *ὁδὸν* efflagitat. Minime enim plures vias, sed unicam tantummodo cognoscere Bacchus cupit, illam ipsam, quam Hercules ad Cerberum abducendum antea ingressus erat, id quod e v. 109—115 patet clarissime. Quocirca singularis, sine articulo tamen *ὁδὸν*, neque vero *τὴν ὁδὸν*, necessario hic requiritur. Debet enim Bacchus nunc quidem obscure nec satis distincte loqui, ut paullo post v. 120—135 jocis quibusdam Herculis locus relinquatur atque ut tunc demum, quum jam satis fuerit jocorum, v. 136 *ἦνπερ σὺ τότε κατήλθες* Bacchus perspicue dilucideque Herculi dicat, quamvis sibi quoque in animo sit proficisci. Hae me firmissimae rationes adduxerunt, ut versu, quemadmodum res ipsa poscebat, correcto suam Aristophani manum restituerem. Jam omnes, credo, sentient, et hoc loco *ὁδὸν* reponendum fuisse, et supra v. 113 *ὁδοῦς* dictum esse rectissime: illa enim quasi primaria via, quam Bacchus post Herculem ingressurus erat, plures, immo vero plurimas *ὁδοῦς* vias singulas complectebatur. Pulchre vero inter se conveniunt *νῶν* (nobis, mihi Xanthiaeque) et statim *ἀφιξόμεθ'* dicunturque illa *φράζε νῶν ὁδὸν* prorsus ad eundem modum, quo infra v. 275 *οὗς ἔλεγεν ἡμῖν*, v. 319 *οὗς ἔφραζε νῶν* et Avv. v. 15 *ὃς τῷδ' ἐφασκε νῶν φράσειν τὸν Τηρέα*. Ne illud quidem dubitare licet, unde isti genitivi *τῶν ὁδῶν* enati sint; originem enim habent cum vulgata lectione v. 118 *ἀφιξομ'* communem. Etenim grammaticus graecus, audacior

ille quam prudentior h. l. grassari coepit posuitque pro *ὡν ὁδὼν* — *ἀφιξόμεθ'* ingenio periculoque suo *τῶν ὁδῶν* — *ἀφίξομ'*, ne ulla Xanthiae mentio injecta esse videretur, ideo quod et Bacchus et Hercules in toto hoc sermone plerumque singulari numero utuntur Xanthia omisso, qui ob id ipsum crebra lamentatione *περὶ ἑμοῦ δ' οὐδεὶς λόγος*; se queritur penitus neglectum. At bonus criticus neque hoc reputarat, Xanthiam, comitem itineris ac socium, aliquando tamen commemorandum fuisse, neque vero illa meminerat v. 49 *καὶ κατεδύσαμέν γε ναῦς | τῶν πολεμίων ἢ δῶκεν' ἢ τρις-καίδεκα*. | Hq. σφώ; Ceterum non putō fieri posse, ut *φράζαν* hoc uno loco significet *φρασεῖν* εἶναι. Nam *ὁδῶν φρασεῖς* noti sunt e Xenophonte et Plutarcho. Mire autem schol. Venetus verba *ὅπως τῶν ὁδῶν* conjunxit.

V. 118. *ἀφιξόμεθ'*, quod Brunckius primum restituit, exhibent Rav. Barocc. Parisini A D Monac. Harlejanus; *ἀφίξομαι* Mutin. et Parisinus C; *ἀφίξομ'* et γρ. *ἀφιξόμεθ'* Venetus (qui idem *ὅπη* et γρ. *ὅπως*); vulgo et in reliquis codd. legitur *ἀφίξομ'*.

V. 119. *μήτε*] *μήτε* Mutinensis.

V. 120. *πρώτην*] *πρῶτον* Cantabr. I. Quum Bacchus vivus vidensque ad inferos descendere cuperet, Hercules rogatus, ut viam monstraret, ita jocari coepit, quasi Bacchus mortem sibi quam primum consciscere vellet suavitque fraterculo, modo ut literam ex se longam faceret, modo ut biberet cicutam, modo ut se de turri praecipitaret. Omnes isti joci hoc fundamento nituntur, quod etiam cicuta et laqueus *via* mortis dicta est, ut a Luciano in Toxari c. 38 et a T. Livio 31, 18 atque 27, 49. Adde Horat. Od. I, 3, 17 et Plutarch. in M. Crasso c. 33 et in Antonio c. 75.

V. 121. *ἡ μία* Mutinensis, *μὲν* deest in Elbingensi, γὰρ omittit Suidas s. *Θρανίον* in edd. vett.; Kusterus enim posuit vulgatam. Ergo antiquitus fuisse videntur, qui male legerent aut *ἡ μία μὲν ἐστίν* — aut *ἡ μία γὰρ ἐστίν* — . Enimvero hujus loci sententiam nondum intellectam esse arbitrator. Nam quum in illa via, quam Bacchus post Herculem ingressurus erat, longa navigatione utendum esset (cf. v. 112 et v. 136): Hercules ita nunc exorsus est, quasi hujus ipsius viae cursum maritimum explicaturus, *Μία μὲν γὰρ ἐστίν ἀπὸ κάλῳ καὶ Θρανίου* — ita vero jocans ludensque praeter expectationem desiit, ut viam longe aliam monstraret, *κρεμάσαντεσαντών*. Falso igitur Brunckius et caeteri vertunt, una quidem est *a resti et scabello*, si te ipsum suspendas. Immo vero *a rudente et transtro*. Ingeniose vero poëta verba posuit ambigua, quae a navigatione ad suspendium transferre jure optimo liceret *ἀπὸ κάλῳ καὶ Θρανίου* a fune (*resti*) et transtro (*scabello*). *Θρανίον* enim primum de transtro, quo eodem spectat verbum *Θρανίτης*, tum etiam de scamno dici in vulgus constat; eodemque modo ionica forma *Θρηῆνς* tam transtrum (Il. ο', 729), quam scabellum (Il. σ', 390. Od. δ', 136 et alibi) significat. Scholiasta nihil de loci

ambiguitate suspicatus tantum certe perspexit, *θρανίον*, quoniam simul de suspendio agitur, scabellum declarare, quod insistentes, qui pendere discuperent, collo jam in laqueum inserto protrudere pedibus solerent. Scilicet idem scholium et in vulgato scholiaste et in Ravennate et apud Suidam s. *Θράνιον* ubique tamen leviter corruptum exstat, quod sic redintegrō, *Θράνος καὶ θρανίδια* (sive etiam *θρανία*) *ταπεινά τινα διφφρα καὶ ὑποπόδια λέγεται (ὡς καὶ ἡ παρὰ τῷ ποιητῇ Θρῆνης), ἐφ' ὧν ἱστάμενοι οἱ ἀπαγχόμενοι ἀρτῶσιν ἑαυτοὺς ἀπολακτίζοντες αὐτά.* Tum Suidas nostrum versum 121 adscripsit eundemque repetiit s. *Κάλως* et s. *Πνιγρά.* Omnium sine dubio infelicissime hunc versum Pollux X, 48 interpretatus est, cujus paullo longiorem locum infra posui, *Καὶ οἱ θράνοι δὲ δίφφοι ἂν εἶναι δοκοῖεν, εἰπόντος ἐν Πλούτῳ Ἀριστοφάνους·* (v. 545) *Ἀντὶ δὲ θράνου, στάμνον κεφαλὴν κατεαγός· ἀντὶ δὲ μάκτρας | πιθάκης πλευρὰν ἐφ-ῶγυϊαν. Καὶ θρανίον δὲ ὑποκοριστάμενος ἂν εἴποις· Ἀριστοφάνης γοῦν τῷ ὀνόματι ἐπὶ πατταλίῳ κέχρηται ἐν τοῖς Βατράχοις, περὶ τοῦ δεῖν ἀπαγξασθαι λέγων· Μία μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ κάλῳ καὶ θρανίῳ· καίτοι με οὐ λέληθεν, ὅτι θρανίον καὶ ἄλλως ξυλήφιόν τί ἐστιν· ἐπεὶ καὶ θράνους ἐκάλουν καὶ τὰ ξύλα τὰ κατακλείοντα τοὺς πλινθίνους τοίχους.* Et sic quidem Hemsterhusius edidit ex inepta conjectura Jungermanni. At quis non videt, ita potius scribendum fuisse, — *καὶ θρανίον δὲ ὑποκοριστάμενος ἂν εἴποις· καίτοι με οὐ λέληθεν, ὅτι θρανίον καὶ ἄλλως ξυλήφιόν τί ἐστιν. Ἀριστοφάνης γοῦν τῷ ὀνόματι ἐπὶ πατταλίῳ κέχρηται — ἀπὸ κάλῳ καὶ θρανίου. ἐπεὶ θράνους ἐκάλουν καὶ τὰ ξύλα τὰ κατακλείοντα τοὺς πλινθίνους τοίχους.* Nempe hunc sententiarum ordinem, quem plerique codices palam testantur et vulgata adeo scriptura, licet mendosa confirmat, res ipsa deposcit. Primum enim Pollux dicit, *θράνον sellam (δίφφρον)* esse, etiam in deminutivo. Deinde contendit, *θρανίον* etiam lignum minutum (*ξυλήφιον*) significare et continuo affert Ranas, in quibus *θρανίον* paxilli (*πατταλίον*) vim habere putat. Denique hoc addit, *θράνους* etiam alia ligna appellari, quae parietes claudant lateritios. Verum enimvero Pollucem a vera sententia versus toto coelo aberrasse, quum hic *θρανίον* de paxillo explicaret, tali scilicet, de quo restis suspendii causa neceretur, quid attinet dicere? Quis enim *θρανίον* usquam usurpavit de paxillo? Nemo vero; quoniam vel minimum tribuere licet Hesychii glossae, *θράνιον: δίφφος, ὑποπόδιον, πάσσαλος, θρόνος* — . Hesychius enim expositionem suam *πάσσαλος* non ex alio fonte nobis ignoto hausisse, sed falsam nostri ipsius versus explicationem cum Polluce communem habere videtur. Quodsi quisquam, non modo atticus scriptor, aliquando *θρανίον* ponere de paxillo ausus esset: nemo tamen nisi praesentissima necessitate coactus locum daret isti significationi, cui hic quidem vera ratio et interior loci natura reclamat. Sed omnino hic Polluci Aristophanis interpre-

tandi opera haud prospere successit. Nam in illo Pluti versu, ἀντὶ δὲ θράνον — sellam (δίφρον) declarari censuit, neque ei tamen quisquam assensus est praeter Fischerum. Caeteri intellexerant, credo, infractae amphorae parte suprema, quasi in aliqua permira sella, considerare neminem posse, recteque etiam illic scabellum dici viderunt, firmante loco Rana-
rum, in quo θρανίον cum transtro scabellum, neque vero sellam declarat. Hoc uno tamen nomine gratia Polluci habenda est, quod in Pluto veram lectionem θράνον unus ac praeter caeteros servavit, qui magno consensu θράνους substituunt. Quanquam θράνους in Pluto defendi posse nunc me docet Eustathius p. 432, 18 τῶν διαφορουμένων δὲ καὶ ὁ ἔλεος καὶ τὸ ἔλεος, κατὰ δὲ τινὰς καὶ ὁ θρηῆνος καὶ τὸ θρηῆνος. cf. eundem p. 1400, 24 ἔοικε δὲ παρὰ τὸν θρηῆνον γενέσθαι παρωνύμως καὶ τὸ ναυτικὸν θράνος καὶ θρανίον —. Contra idem p. 1040, 7 atticum accusativum θράνον agnoscit. Nam θρηῆνος pro θράνος ex epica forma θρηῆνος resedit. Cf. Choeroboscum in Bekk. Anecd. p. 1381 sq. Θράνωξ θράνυκος ἐπὶ τοῦ θράνον παρὰ Κορίνθην. θρηῆνωξ, θρήνυκος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ· καὶ ἔστιν ἡ χρήσις παρ' Εὐφορίωνι ἐν Πολυχάρει. Ceterum apud Pollucem haec proxime antecedunt, — θράνοι, θρανία, θρανίδια ἐν Νήσοις Ἀριστοφάνους βάθρα, βαθράδια, ὡς ἐν Ταγηνισταῖς· σκολύθρια, ἅπερ ἔστι μικροὶ τρίποδες Θετταλικοὶ δίφροι· τὸ δὲ ὄνομα καὶ ἐν Εὐθυδήμῳ Πλάτωνος. Apparet, etiam in Insulis sive Aristophanis sive alius poetæ verbum θράνος vel θρανίον vel θρανίδιον occurrisse. Quod quum illic transtrum significare nullo modo potuerit, auctore saltem Polluce, qui in isto capite de cubiculorum suppellectili agit: credibile est, hoc nomine etiam in Insulis scabellum maxime dictum fuisse. Deinde pro βαθράδια dura admodum forma minimeque attica scribi debet βαθρίδια, quae est deminutio verbi βάθρον, non βάθρα eaque magis corroboratur deminutivo βαθρίον, quo usus est Hippocrates (H. Stephani Thesaur. L. G. p. 2526 ed. Lond.). Et hanc correctionem adjuvant codd. A, Salmasii et Jungermanni, a quibus verba ἐν Νήσοις — βαθράδια plane absunt, aberrantibus librariorum oculis a θρανίδια non ad βαθράδια, sed ad βαθρίδια scilicet propter homoeoteleuton. Postremo βαθρίδια non magis, quam βαθράδια, sed potius σκολύθρια in Tagenistis olim legebantur. Quum enim particula καὶ ἐν Εὐθυδήμῳ alium verbi σκολύθρια auctorem jam antecessisse doceat: necessario sequitur ita rescribendum esse, — βάθρα, βαθρίδια, ὡς * * (deest nomen comici et fabulae), καὶ, ὡς ἐν Ταγηνισταῖς, σκολύθρια, ἅπερ ἔστι μικροὶ et sic porro. Quin ipsa adeo Tagenistarum verba conservasse Hesychius videri potest, Σκολύθρων: »ταπεινὸν ἀπὸ σκολύθρων« δίφρον.

V. 122. παῦς deest in Mutinensi; πνιγεράν Monacensis. Viciissim iocans Bacchus praeceptum suum, καὶ μήτε θερμήν — v. 119 Herculi in mentem revocat. Berglerus »Qui se suspendunt, illi πνίγεται, suffocan-

cantur; et aestus dicitur πνῆγος. α Scholiastes et Suidas s. Πνιγηρά: καυματώδη, ἅμα μὲν ὅτι θερμὴν, (pro hisce Suidas, ἡ καυματώδης καὶ θερμή. πνιγεὺς γὰρ ἡ κάμνος.) ἅμα δὲ ὅτι πνίγει τῷ χρόνῳ τὸ σχοινίον καὶ τὸ θραύλον. Ceterum Dobreis conjecturas proposuit loco haud sane intellecto. Recte in libris omnibus verba κρεμάσαντι σαντὸν Herculi continuantur, qui Bacchum non vult navigare, ut versu 121 ostendisse videbatur, sed nimis pendere.

V. 123. Juvat eximiam horum versuum concinnitatem ob oculos proponere v. 121 *Ηρ. Μία μὲν γὰρ ἔστιν ἀπὸ κάλῳ καὶ θραυτίον* — v. 123 *Ηρ. ἀλλ' ἔστιν ἀτραπὸς σύντομος τετριμμένη* — v. 122 *κρεμάσαντι σαντόν. Δι. παῦε, πνιγηρὰν λέγεις.* v. 124 *ἢ διὰ θυνίας. Δι. ἄρα κώνειον λέγεις;* Tum ξύντομος Brunckius scripsit; omnes vero et codd., quod ego sciam, et edd. antiquae σύντομος. Ἀτραπὸς σύντομος est semita brevis, quam vulgo ἐπίτομον dici recte tradit scholiasta. In Luciani Jove Tragoedo c. 14 et c. 25 recentissimus editor ἐπίτομον pro vulgata σύντομον optimorum codd. auctoritate posuit, ad ipsius Luciani usum accommodata, tametsi ἐπίτομον utrobique esse glossema videri potest. Jam vero cicutam pro brevi quadam mortis semita certe ab Atheniensibus habitam esse, publica maleficorum poena ostendit. Quin etiam disertum accedit testimonium Plutarchi in Dione c. 58. Nam quod Welckerus p. 119 narrat, verbo σύντομος non minus, quam proximo τετριμμένη ad cicutam in mortario tritam alludi, id quale sit, intelligi non potest. Immo σύντομος ὁδὸς apud Herodotum, Xenophontem, Aristotelem aliosque passim invenitur etiam apud seniores, ut Plutarchum in Eumene c. 15. Sed ἀτραπὸς—τετριμμένη (semita trita) graece uno verbo τρίβος ab Euripide aliisque nominatur. Hic vero ambiguitatem habet τετριμμένη, quoniam et usitata via erat cicuta, et in mortario eadem terebatur, (τρίβειν ἐν θυνίᾳ Pac. v. 231, εἰς θυνίαν τρίβε et εἰς θυνίαν καθαράν τρίβον Chrysippus Athenaei XIV p. 647, e et p. 648, a). Recte scholiasta, τετριμμένην δὲ ἅμα μὲν ὡς ἐπὶ ὁδοῦ κατημαξεμένης, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὸ κώνειον διὰ θυνίας τρίβεσθαι. Aptē Spanhemius confert Plat. Phaedonem II. III p. 124 sqq. B. Quo loco Wyttenbachius p. 327 similia comparat ut Plutarch. in Phocione c. 36. Tum in eodem verbo ambiguitas quaesita est in Pac. 12 *ἔτεραν, ἔτεραν δὸς παιδὸς ἡταιρηκός· | τετριμμένης γὰρ φησὶν ἐπιθυμεῖν*. Illa enim placenta non semel, ut reliquae, sed bis adeo trita erat atque subacta, antea ab amatore, nunc iterum a servo.

V. 124. *θυνίας — κώνειον] θυνίας — κώνιον* Ravennas.

V. 125. 126. γε ante καὶ deest in Mutinensi. Parum Hercules tenuit fratris sui praeceptum v. 119 *καὶ μήτε θερμὴν, μήτ' ἄγαν ψυχρὰν φράσῃς*, quippe qui a principio commendaret suspendium, calidam viam et aestuosam (πνιγηρὰν v. 122), deinde rursus ei apponi vellet cicutam, profecto ui-

mis frigidam viam atque hiemalem. Nam, ut modo *πυγρὰν*, sic etiam hic *ψυχρὰν* — καὶ *θυσιμερον* ambigue dicuntur, ut bene scholiasta, καὶ ὡς ἐπὶ ὁδοῦ *ψυχρᾶς*, καὶ ὅτι κατὰ φύξιν φονεύει τὸ κύνειον. Quomodo autem cicutula potorem enicet, notissimum est. Recte scholiasta, *πῆγγυνσι* δὲ, *εἶπε, τάντικνῆμα*. ἀπὸ τῶν ποδῶν γὰρ οὗτος ὁ θάνατος ἄρχεται, πρῶτους αὐτοὺς καταφύγων· ὡς τοῦ ζωτικῆς αἵματος περὶ τὴν καρδίαν συστέλλομένου. Plato in Phaedone l. I. p. 127 B. ὅτι ψύχοιτό τε καὶ πῆγγυντο. Omnino autem refrigerandi vim et semina cicutae habent et folia; veruntamen ad homines publice occidendos solo semine et Athenienses et Chii utebantur, illi semen cum ipso putamine in mortario terebant, hos vero istud mortis genus putamine detracto et celerius reddidisse et levius docet Theophrast. H. P. IX, 17.

V. 127. *ταχίαν καὶ κατάντη*] *κατάντη καὶ ταχίαν* Venetus.

V. 128. *Δί* plene scribit et γε omittit Borgianus. Hoc loco Triclinium uti ad Sophocli. Trach. 394 auctor est Dindorfius. Praeterea huc spectat Phrynichus Bekkeri p. 55, 20 *Οὐκ εἰμὶ βαδιστικός: οὐκ ἐλθισμαι οὐδὲ μερλίτῃμα περιπατεῖν*. Suidas, *Βαδιστικοῦ ὀξύποδος. Ἀριστοφάνης· ὡς οὗτος γε μὴ βαδιστικοῦ*. Pollux III, 92 *Βαδίζει, βαδίζων, βάδην, βάδιαις, βαδίῃ. Βαδιστικός παρὰ Ἀριστοφάνει. παρὰ δὲ Κρατίνῳ βαδισματίας*. Hic pro vulgari *βάδιμα* habent *βαδισματίας* Codd. Jungermanni, Vossii et alii fortasse. Et Jungermannus quidem atque Salmasius ita censent, audacem Cratinum novum plane vocabulum *βαδισματίας* de equo potissimum usurpasse: quod quin in hominem melius conveniat, ut Aristophanea vox *βαδιστικός*, vix dubium esse potest. Sic vero etiam in Ranis nostris v. 495 pro *ληματίας* grammatici quidam graeci scripserunt *ληματίας*. In Pollice vero IX, 89 *ἐν μέντοι τῷ Ἀιολοσίῳ τὸ μὴ ἔχειν κέρματα ἀκέρματιαν ὠνόμασεν* lego *ἀκέρματιαν* comparato verbo *ἀλογίαν* in Bekk. Anecd. p. 380, 3. Ceterum adjectiva in — *ικός* non genus aut classem hominis certi declarant, ut visum Buttmanno Gr. T. II p. 339, sed indolem aptam et promptam alicujus rei facultatem. Cum *βαδιστικός* (aptus ad eundem) confer *δραστής*, *ἀρχικός*, *παθητικός*, *ἐριστικός*, *πολιτικός* et alia apud Buttmannum. Veruntamen *εὐδαιμονικόν* in Eccles. 1134 prorsus idem quod *εὐδαιμόνα* significat. Saepe etiam legimus τὰ *πολέμια* pro τὰ *πολεμικά*, de quo usu Hemsterhusius ad Lucian. D. Mort. XII, 1 et Boissonadius ad Philostrat. p. 391 atque p. 513. Recte autem negavit, se iter facere pedibus didicisse, is, qui tummaxime in scena obambulabat, ventriosus Bacchus Thebanorum. Melius alii Bacchi ob breviorum circuitum ventriculi: quando et Nysaeus, deus Anthesteriorum mysticus, ab Indis usque in Graeciam venerat, et Iacchus, mysticus et ipse deus Eleusiniolorum, non tam facile eundo defatigabatur (infra v. 401). Etsi Thebanus quoque Bacchus nescio quo modo magna itinera fecerat teste Euripide in Bacch. v. 13 sqq. Sed quum Bacchus fortem se viatorem esse negasset,

egregie Hercules ita perrexit, ut et vicinum plane locum in suburbio, Ceramicum ei monstraret, et uleretur verbo *καθερπύζειν*. Nam etsi *ἐρπαι* certe in tragoedia etiam simpliciter eundi notionem habet, semper tamen hoc verborum genus de tardo lentoque incessu, non de accelerato gressu ponitur.

V. 129. *κεραμικὸν* Ravennas et Elbing. Tum pro *κᾶτα τί*; exhibent *εἴτα τί*; Ravennas, Baroccianus, Borgianus, *εἴτα τί* Monacensis atque illud receperunt Invernizius Dindorfiusque. Anceps iudicium est vel propter Venetum, Mutinensem aliosque libros, qui *κᾶτα* tuentur, vel ob Photium p. 143, 21 *κᾶτα τί*: *εἴτα τί*.

V. 130. Apparet, in Ceramico altam quandam turrin fuisse, de qua nihil nos docent neque graeci grammatici, neque caeteri interpretes: caeterum quaerere illam turrin est invenisse. Ac primum insigni errore Conzsius, Welckerus p. 119 et Bothius cum exteriori Ceramico, 'qui hic manifesto dicitur, interiori confuderunt. Deinde certissimis testimoniis evicit Meursius (Ceramicus Geminus c. XX in Gronov. Thes. T. IV p. 1003), exterioris Ceramici partem potiore fuisse Academiam et ob eam ipsam causam hunc Ceramicum atque Academiam saepe in nullo poni discrimine. Nunc vide Pausaniam I, 30, 2 *Ἐν Ἀκαδημίᾳ δὲ ἐστὶ Προμηθεὺς βωμός· καὶ θεῖουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας*: (prorsus eundem locum dicit, quem Aristophanes versu nostro) — §. 3. *Ἀκαδημίας δὲ οὐ πόρεω Πλάτωνος μνημῆα ἐστίν* — . §. 4. *Κατὰ τοῦτο τῆς χώρας φαίνεται πύργος Τίμωνος* — . Itaque vix ac ne vix quidem dubitari potest, quin alta illa turris in Ceramico exteriori Timonis fuerit hominum osoris; hunc enim, non aliam Timonem deiuceps Pausanias descripsit. Ceterum de Timonis turri inaudivisse intelligo etiam Lucianum Timone c. 42, ubi ipse Timon, *αὐτὸς δὲ ἤδη πᾶσαν προιάμενος τὴν ἐσχατιάν, πυργίον οἰκοδομησάμενος ὑπὲρ τοῦ θησαυροῦ* (h. e. super illo loco, ubi thesaurum repperi. Falso enim vertit Hemsterhusius), *μόνῳ ἐμοὶ ἱκανὸν ἐνδιαπᾶσθαι* — . Sed mirificus ille historiae contemtor neque Timonis turrin *πυργίον* vocare debebat, quam praealtam fuisse et Pausanias et clarius etiam Aristophanes ostendunt, et multo minus hanc turrin, quae secundum Pausaniam in vicinia Academiae sita erat, ob rhetoricas causas in Atticae locis quam maxime desertis (vide c. 6 et c. 31) reponere.

V. 131. Thomas Mag. p. 444 B. (p. 177 R.) *Θεῶ, οὐ θεά, εἰ καὶ τινες γράφουσιν. Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις· ἀφειμένην τὴν λαμπάδα θεῶ. Ἐπεὶ δὲν* abest etiam ab Aristophanis codice Elbingensi. Porro apud Thomam vulgo legebatur ex Aristophane scilicet *ἀφειμένην*. Recte vero rationeque Ritschlius redintegravit restituitque e plerisque codd. *ἀφειμένην*. Atque *ἀφειμένην* legit scholiasta quoque is, qui scripsit — *καὶ ὅταν οἱ πρῶτοι λαμπάδιστοντες ἀφ' ἐθ' ὧσι*. At sententiae *ἀφειμένην* repugnat: neque enim taeda jam demissa, sed quum maxime dejiciatur, hoc temporis puncto se dare

praecipitem jubetur. Scholiasta, — λαμπαδιδρομαίαι δὲ γίνονται τρεῖς ἐν τῷ Κεραμεικῷ, Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθείας. Κεραμεικὸς δὲ τόπος Ἀθηνησιν, ὅπου συνετέλλον οἱ Ἀθηναῖοι κατὰ ἐνιαυτὸν λαμπαδοῦχον ἀγῶνα. πρὸς δὲ τῷ τόπῳ τούτῳ πύργον τιὰ ὑπάρχειν φασίν· ἐφ' ὃν συμβουλευεῖ αὐτὸν ἀναβάντα θεωρεῖν τὴν λαμπάδα, καὶ ὅταν οἱ πρῶτοι λαμπαδίζοντες ἀφεθῶσι, καὶ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πύργου ἀφείναι ἐαυτὸν κάτω. Hoc scholium, non optimum sane Etymologus et Suidas descripserunt, ille p. 504, 18, ubi scriptum, γίνονται δὲ τρεῖς λαμπαδιδρομαίαι ἐν Κεραμεικῷ — Προμηθείας. Ἄλλως. Κεραμεικὸς τόπος — συνετέλλον (h. e. συνετέλουν, non ἐπετέλουν ut Sylburgius) — λαμπαδοῦχον ἀγῶνα (ἀγῶνα cum Sylburgio). πρὸς δὲ τὸν τόπον τοῦτον — συμβουλευεῖ ἀναβάντα — καὶ ὅταν ἀφεθῇ, ἀφείναι καὶ αὐτὸν κάτω. Ἀριστοφάνης. Ultima καὶ ὅταν — κάτω male uncis inclusit Sylburgius. Ab his paullo longius discedit Suidas, Κεραμεικός· τόπος τῆς Ἀττικῆς ὑψηλός, ὅπου ἐπετέλουν οἱ Ἀθηναῖοι κατ' ἔτος λαμπάδος χοροῦ ἀγῶνα (λαμπαδοῦχον ἀγῶνα cum Kustero). ὑπάρχειν δὲ ἐκεῖσε ὑψηλὸν πύργον· ἐφ' ὃν συμβουλευεῖ αὐτὸν ἀναβάντα θεωρεῖν τὴν λαμπάδα, καὶ ὅταν ἀφεθῶσιν, ἀφείναι αὐτὸν κάτω. Constructio autem loci haec est, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν πύργον τὸν ὑψηλὸν θεῶ τὴν λαμπάδα ἐντεῦθεν ἀφιεμένην, alta illa turri conscensa tu specta lampadem, dum inde manu emittitur, dejecitur. Bene Frischlinus et Kusterus, Demissam illic (illinc) facem despecta. Longe aliter Vossius, Den fortgeschnellten Fackellauf (schau an von dort, et Welckerus, Von dorten (schau, wie die Fackel losgelassen wird. Qui scholia ad h. l. attente perlegerit, is facile multis indicibus cognoscet, interpretes graecos, deceptos fortasse verbis ἀφείναι et ἀφετηρία, hunc versum ita explicasse, specta illinc cursores, dum emittuntur. Hi igitur putabant, aliud nescio quod incipiendi cursus signum de turri editum esse, non taedam signi loco desuper demissam. At magnopere vereor, ut ἀφείναι τὴν λαμπάδα v. 131 atque εἶναι (τὴν λαμπάδα) v. 133 significare possint, cursores emittere.

V. 132. Hic versus in codicibus esse ad unum omnibus dicitur. Sed in Aldina totus versus excidit in fine quidem columnae, sive etiam ob similitudinem verborum θεῶ et θεώμενοι. Hinc deest versus etiam in Juntina prima; in altera vero Juntina primum restitatus est.

V. 133. εἶναι, τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαντόν] Descende, inquit, in Ceramium, conscensaque alta illa turri lampadem, quae inde dejecitur, specta, tumque ubi spectatores jubebunt lampadem demitti, demitte etiam tu femet ipsum praecipitem. De sententia dubitare nos plane non sinit versus 131 ἀφιεμένην τὴν λαμπάδ' ἐντεῦθεν θεῶ, unde patet faciem de turri dejectam esse, quum scilicet currendi initium fieri oporteret. Quum enim lampadum certamina neque interdiu institui queant, neque de locis editis prospicienti paratos ad decurrendum imparatosque discernere liceat: ideoque putandi sunt, qui infra spectarent, ut signum jam nunc ederetur, magno

clamore postulasse. Recte jam olim Kusterus: » — Cum autem faciendum erat currendi initium, cursoribus facis (scil. de turri dejectae) missione signum dabatur, spectatoribus exclamantibus: *εἶναι* vel *ἔς mitte* sc. *facem*.^a Recte etiam in literis ad me datis G. Hermannus: » homo, inquit, qui signi loco de turri facem dejecturus est, prae tenebris videre non potest, quando illud signum dandum esse videatur. Etsi enim desuper facies huc illuc moveri animadvertit, tamen nescit, an omnes accensae sint, an denique rebus omnibus rite praeparatis jam nunc decurri possit. Id vero infra vident spectatores ideoque hi ipsi clamant, ut fax dejiciatur. » Recte etiam nuperrime Lobeckius ad Ajacem p. 190 ed. II. Sed graeci interpretes quum a mala explicatione versus 131 profecti totius loci sententiam depravassent, paene coacti sunt versu 133 turbas concitare. Ac primum grammaticus in Hortis Adon. fol. 180 b atque 181 a, ubi agitur de forma *εἶναι*, his ex Aristophane attulit verba, *τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαντόν*. Enimvero permirum est, prius *εἶναι* utroque loco praeteritum esse, quae res iudice etiam Hermannus eo pertinet, ut grammaticus iste loco prioris *εἶναι* aliud quiddam in codice suo repperisse videatur. Nunc etiam scholiasten audiamus, *Εἶναι τόθ' εἶναι: ἀντὶ τοῦ ἀφεῖναι τοὺς δρομῆς. τινὲς γράφουσιν εἴητε* (legendum est *ἔτετε*) *ἀντὶ τοῦ ἀφείητε* (leg. *ἀφίετε*), *οἱ δρομῆς δηλονότι. τοῦτο δὲ γνωριμώτερον ἔχει τὸν νοῦν. ἐπειδὴν οἱ θεώμενοι εἰπῶσιν ἀφείητε* (leg. *ἀφίετε*), *δηλονότι οἱ τρέχοντες, καὶ σὺ σαντόν. γράφεται δὲ ἐν πολλοῖς εἶναι ἀντὶ τοῦ εἴητε* (leg. *ἔτετε*), *μήποτε τὸ δεύτερον* (leg. *διὰ τὸ δεύτερον*) *εἶναι τὸ ἔς καὶ σὺ σαντόν, ἀμαρτανόμενον τοῦ πρώτου. λέγοι δ' ἂν τις καὶ τοῦτο λόγον ἔχειν, ὡς τῶν θεωμένων ἐκκαλοῦνται τῷ τὸ σημεῖον ἀφίεντι κατὰ τὸ ἀρχαῖον σχῆμα οὕτως· εἶναι*. Paullo emendatius hoc scholium dedit Suidas s. *Εἶναι τόθ' εἶναι καὶ σὺ σαντόν: — Τινὲς δὲ — ἀντὶ τοῦ ἀφείητε. — εἰπῶσιν ἀφίητε — καὶ σὺ σαντόν ῥίψον κάτω. — εἶναι ἀντὶ τοῦ εἴητε. Μήποτε δὲ τὸ δεύτερον εἶναι τὸ ἔς — τοῦ προτέρου. Λέγοι ἂν τις — ἐκκαλούντων τῷ — εἶναι*. Grammatici quum ἀφιμένην τὴν λαμπράδ' v. 131 ad ipsos cursores eorumque emissionem male revocassent, ad eosdem etiam v. 133 *εἶναι* referre coacti sunt. Quare alii ad *εἶναι* tacite addiderunt *τοὺς δρομῆς*, alii pro *εἶναι* scribi voluerunt *ἔτετε* h. e. decurrite (cursores); neque enim nesciebant *ἔημι* etiam pro *ἔμαι* sensu neutrali dictum esse. Fuerunt tamen etiam, qui recte viderent, *εἶναι* minime cursoribus, sed ei potius, a quo signum exspectarent, inclamatum esse. Enimvero ista grammaticorum conjectura, *ἔτετε, τόθ' εἶναι* primum leges violat grammaticas; graece enim dicendum est *ἐπειδὴν βοῶσιν*, vel *λέγουσιν ἔτετε*, non *ἐπειδὴν φῶσιν*; deinde cur spectatores signo jam de turri edito ad currendum adhortarentur incitarentque sponte sua currentes? denique prius *εἶναι* vel ob posterius *εἶναι* mutari nullo modo potest: tametsi enim Infinitivus saepissime vim habet Imperativi, hic tamen ubi *θεῶ* modo

anteceffit, poeta haud dubie scripturus esset *θεῶν, κάποιε* — ἔς, nisi de industria in eodem verbo *εἶναι, τόθ' εἶναι* luderetur. Seidlerus bene praefatus, alteram lectionem grammaticorum *εἴτε* usque eo esse absonam, ut pro mendosa haberi debeat, falso tamen correxit, *τινὲς γράφουσιν εἶναι ἀντὶ τοῦ ἀφείνεται*, eodemque retulit verba alius scholiastae, *ὅταν οἱ πρώτοι λαμπαδίζοντες ἀφείθῳσι*, quem hominem potius v. 134 scripturam cum Thoma Magistro sibi communera *ἀφειμένην* ob oculos habuisse, supra diximus. At vero quum ex ipso scholiasta, tum clarius e Suida perspicitur, grammaticos quosdam minime *εἶναι*, sed *ἔτε* potius coniecisse. Tum Seidleri nostri conjectura *εἶναι* eisdem vitiis, quibus grammaticorum *ἔτε* laborat, mutatione verbi necessarii et parum graeca constructione; atque hoc vitio amplius. Secundum grammaticos enim spectatores tamen antea tempore ipso ut decurratur clamant; a Seidlero autem iidem postea emissis iam cursoribus nescio quo pacto clamare iubentur, quum illi jam profecto non temere clamarent *εἶναι*: sed magno animorum ardore spectarent currentes. Dindorfius tamen in prima secundaque editione infelicem conjecturam *εἶναι* suscepit; idem vero in tertia quartaque *εἶναι* restituit. Qui quod spectatorum fuisse negavit initium certaminis imperare, id jam supra refutatum est; quod autem sic iudicavit, verba *ἐπειδὴν πῶς οἱ θεώμενοι εἶναι* significare nullo modo posse, quando *jubebunt spectatores* (lampadem) *mitti*, id profecto ejusmodi est, ut tale quidquam ex ore viri graece doctissimi exire potuisse miremur. Omitto nugas scholiastae cujusdam, qui Aristophanis tempore tabam nondum a Tyrrenhis inventam fuisse oppido facete excogitavit. Pro *σαυτὸν* Elbing. *ταυτον*, pro *ποι* autem *πῇ* Bareoc. et Cantabr. l. Ceterum *εἶναι* v. 33 respicit Eustathius p. 951, 56.

V. 134. *ἐγκέφαλον* Elbing. *ἐγκεφάλω* Venetus. Tum *δύο* edd. veteres et codd. plerique omnes, certe Rav. Ven. Mut. Primum *δύο* tacite emendavit Brunckius, tum etiam Porsonus et caeteri. Totus vereus quum ab aliis profertur, quos infra nominabo, tum ab Athenaeo Epitom. II p. 66. b *καὶ γὰρ Φιλοκλῆς τε ἐγκέφαλόν φησιν «Οὐδ' ἂν ἐγκεφάλων γ' ἔσθων λίπος» καὶ Ἀριστοφάνης «Ἀπολέσοιμ' ἂν ἐγκεφάλων θρίω δύο» καὶ ἄλλοι*. In Philoclis versu e satyrica fabula, ut videtur, repetito Dindorfius male edidit a Casaubono et Schweighauesero inductus, *Οὐδ' ἂν ἐγκεφάλων ἔσθων λίποι*. Res ipsa enim et varietas lectionis maximeque ejus, quae apud Eustathium est, docent Philoclem ita scripsisse, ut supra posui. Ac saepe *οὐδ' ἂν* — γὰρ conjunguntur, veluti in Plut. 924 Acharn. 937 Nub. 109. In Aristophanis versu *ἀπολέσοιμ'* Laurentianus, *δύο* autem codd. omnes. Jam hisce verbis *ἐγκεφάλων θρίω δύο* significantur duo cerebri fercula, *ῥῥῳ* Portionem Gehirn, ut clare apparet primum ex Eustathio p. 757, 52 — *Διὸς ἐγκεφάλος ἦν κατὰ Πανσανίαν κάλλιστόν τι βρώμα, ὅποια ἔσως καὶ*

τὰ παρὰ τῷ Κωμικῷ εὐ ἡρτυμένα θρία τοῦ ἐγκεφάλου. — οὐκ εἰς τὸ πᾶν ἀληθὲς ἦν τὸ μὴ ἐσθίειν ἐγκεφάλου τοὺς Ἀθηναίους, εἶγε θρία εἰχρῶντο, ἅπερ ἦσαν ἐγκεφάλου ἐψημάτα περιεργα, ἐντὸς κείμενα θρίων — . In hoc uno Eustathius vehementer errat, quod cerebri fercula comparari posse dicit cum cibo Διὸς ἐγκέφαλος, deliciis regis Persarum, de quibus vide Clearchum Athenaei XII, 514, e ib. p. 529 d, Suidam et Hesychium s. v. Cum Eustathio consentit schol. ad Eqq. v. 950 θρίων δὲ σκευάσμα τι μετὰ ἐγκεφάλου γινόμενον. Et mox ibidem, ἐκάλειτο δὲ καὶ ἄλλη τις σκευασία θρίων, ἐγκέφαλος μετὰ γάρου καὶ τυροῦ σκευαζόμενος καὶ ἐλισσόμενος ἐν φύλλοις σκυῆς καὶ ὀπτάμενος. — περὶ δὲ θρίων καὶ ἐν Βατρύχοις εἰρηται ἐν τῷ 'Ἀλλ' — θρία δύο. » Pars hujus scholii legitur etiam ad Acharn. v. 1100. Sed praeter haec θρία ἐγκεφάλου etiam θρία ὧων memorantur, de quibus ita Pollux VI, 57 τὸ δὲ θρίων ὥδε ἐκαστάζον. στίχῳ ὅων ἐφθὸν λαβὼν μετὰ γάλακτος ἐμίγνυ χόνδρῳ παχεῖ. συμφυράσας δ' αὐτὰ χλωρῷ τυρῷ καὶ λευθοῖς ὧων καὶ ἐγκεφάλοις, περιβαλὼν σκυῆς φύλλῳ εὐώδει (hoc enim praestat, quam περιβαλὼν σκυῆς φύλλα εὐώδη), ζωμῷ ὀρνιθείῳ ἢ ἐριφείῳ ἐνήψεν. ἔπειτα ἐξαιρῶν ἀφήρει τὸ φύλλον καὶ ἐνέβαλλεν εἰς ἀγγεῖον μέλιτος ζέοντος. καὶ τὸ μὲν ὄνομα τῷ ἰδίῳματι προσέθηκε τὸ φύλλον ἢ δὲ μέλις πάντα ἐξ ἰσῶν δέχεται, τῶν δὲ λευθῶν πλείον, ἐπεὶ πηγνύουσι καὶ συνιστάσι. Cum Polluce, qui cerebrum quoque (καὶ ἐγκεφάλους) dicit adsumtum esse, convenit sane Schol. ad Ran. 134 εἰώθασιν δὲ καὶ τὸν ἐγκεφάλου ὀπτᾶν κατελήσαντες τοῖς τῆς σκυῆς φύλλοις, ἢ μετὰ τῆς ἄλλης τοῦ θρίων κατασκευῆς — . At enim et Pollux et scholiasta cum ὧων θρία diversum cibi genus ἐγκεφάλου θρία turpiter confuderunt. Primum enim ἐγκεφάλους omnino non habet is, qui re, non verbis cum Polluce consentit, Didymus ad Eqq. v. 950 duobus locis, neque tertio idem ad Acharn. 1100. Deinde constanter tum ipse Pollux tum Didymus coqui (ἐφθεσθαι) hunc cibum faciunt. Adeo ne apud Pollucem quidem ulla caro est praeter cerebrum; plane nullam vero carnem invenimus in locis Didymi omnibus. Atqui Graecos dixisse constat κρέα ὀπτᾶν et τὸν ἐγκέφαλον ὀπτᾶν, non ἐφθειν. Quin etiam tota descriptio Didymi atque Pollucis satis superque ostendit, ὧων θρία fuisse cibum e farina (Wehlspseife), quum ἐγκεφάλου θρία e carne cibus esset (Fleischspseife). Confudisse autem Pollucem θρία ὧων et θρία ἐγκεφάλου, quum ἐγκεφάλους insereret, etiam ex eo clarum est, quod habet ζωμῷ ὀρνιθείῳ ἢ ἐριφείῳ (Didymus εἰς ζωμῶν κρεῶν ἐψημένων), minime vero γάρου, quod ad ἐγκεφάλου θρία admiscebatur. Jam vero ὧων θρία haud dubie mente complectenda sunt in pulcherrimo loco Pherecratis Μεταλλεύσιν apud Athenaeum VI, 269, a sive Pollucem VI, 59. Παρὴν δὲ χόνδρος γάλατι κατανενιμμένος | ἐν καταχύτοις λεκάναις — , idque auctore Polluce ipso, qui Pherecratem ait etiam θρίων mentionem iniecisse (ταῦτα δὲ πάντα καὶ παρὰ Φερεκράτει). Praeterea Euphron in Adel-

phis apud Athen. IX. 379, e ita loquitur, *Νηρεὺς δ' ὁ Χίος γόγγρον ἦψε τοῖς θεοῖς* | *Θεῖον τὸ λευκὸν οὐξ Ἀθηναίων Χαριάδης*; nam *θεῖον* certissima emendatio est Casauboni. Ac plura exstitisse *θεῖων* genera additae voces τὸ *λευκὸν* certo demonstrant; ab Euphrone autem *ῶων* *θεῖα* non *ἐγχεφάλων* designari verbum ἦψε dilucide ostendit. Jam tertium genus dabo idque a prioribus diversum, *θεῖον ταρίχους* ex Acharn. 1100 *Λάμαχος*. *Θεῖον ταρίχους οἷς δούρο καὶ σαρκού*. | *Δικαιοπόλις*. *κῆμοι σὺ δὴ καὶ Θεῖον* · *ὀπτῆσε δ' ἐκεῖ*. Nam quum et Lamachus, homo pauper, in tota illa scena cibos paret vilissimos, et contra Dicaeopolis opiparas sanequam epulas instruat: apparet et *ταρίχους* *θεῖον* cibum valde contemptum fuisse, et alterum genus *θεῖων*, quod deinceps sequitur, caeteris omnibus praestitisse. At quodnam tandem genus *θεῖων* requirit Dicaeopolis? Recte sane dicit Elmslejus, quum plura essent genera *θεῖων*, Dicaeopolidem non iunius quam Lamachum id diligenter nominare debuisse, quod sibi afferri vellet. Verum quod Elmslejus idcirco conjecit, *κῆμοι σὺ δημοῦ Θεῖον* —, operam perdidit, quam cum sefellisset vis ultimorum verborum, *ὀπτῆσε δ' ἐκεῖ*. Omnes enim auctores (praeter Eustath., qui falso scripsit *ἐγχεφάλων ἐψημάτα*) in eo consentiunt, *ῶων* *θεῖον* coctum, *ἐγχεφάλων* vero *θεῖον* assum cibum fuisse: ut nemo dubitare possit, quin Dicaeopolis nullum aliud *θεῖον* quam *ἐγχεφάλων* afferri sibi voluerit. Quae sententia etiam alio loco confirmatur, in quo eundem cibum monstrari patet, Eqq. v. 960 *δημοῦ βοσίων Θεῖον ἐξῶπτημένον*. Acharnensium illos versus partim illustrat eximia glossa Hesychii, *Θεῖον* : βοῶμα συνεστόν. διττὴ αὐτοῦ ἡ συνεσσία, ἡ μὲν διὰ ταρίχων · ἡ δὲ διὰ ῶων, ἐπιχομένον μέλιτος (haec nimirum illa est, quam Didymus et Pollux describant). *σκηῆς δὲ φύλλα οὐχ ἀπλὰ ἐπετίθετο*. *ἔχουσι γὰρ τινα ὁσμὴν* · διὸ καὶ Θεῖον ἐκλήθη. Tu vero apud Hesychium corrige, *σκηῆς δὲ φύλλα οὐχ ἀπλῶς ἐπετίθετο*. Non temere folia ficus addita esse dicit, quippe quae suavi essent odore (cf. verba Pollucis l. l. *περιβαλὼν σκηῆς φύλλον εὐώδει*). Hoc sensu *οὐχ ἀπλῶς* saepe ponunt scholiastae, ut schol. ad Eqq. v. 769 et ad Nub. v. 772, ubi Jacobsii conjecturam *οὐκ ἄλλως* jure improbat Hermannus. Jam ubi *θεῖα* simpliciter memorata sunt, omnibus locis *ῶων* *θεῖα* scito intelligi. Nam *ἐγχεφάλων* *θεῖα* quo minus dici putemus, obstat Aristophanes in Senecta apud Pollucem VI, 69 *Ὁξυτά, εὐλωτά, βολβός, τεύτλιον, ὑπότρυμμα, Θεῖον, ἐγχεφάλος ὀρίγανον*. Contra qui *ῶων* *θεῖα* nominant vel describunt, ne addere quidem genitivum solent, veluti Pollux VI, 57 τὸ δὲ *Θεῖον ὥδε ἐσκευάζον*. Quod enim *θεῖα* inter exquisitos lautosque cibos referuntur ab Dioscoride Athenaei Epit. I, 9, a et a Clitarcho ibid. IV p. 148. e: similiter Didymus II. II. de *ῶων* *θεῖος* judicavit (*ἡδιστον ἀποτελεῖ βοῶμα*). *Θεῖα* sola nominarunt Lucian. Lexiph. c. 6, Antiphanes Athenaei Ep. II p. 68, a, Alexis ibid. IV, 170, b, Menander ibid. IV, 172, b, Dionysius ibid. IX, 405, d.

Ἐγκεφάλων vero θρία quale cerebrum habuerint, ignoro: neque enim ex Athenaei lemmate Ep. II. p. 65, f Ἐγκεφαλοὶ τοῖσι τοῖσι ullo modo colligere licet, hoc cerebrum fuisse suillum. Caeterum minime dubito, quin θρία eibis persimilis fuerit candylus, Lydorum inventum, cuius et ipsius genera tria exstiterunt, ut docet Athenaeus XII, 516, d καὶ κἀνδανλον δὲ τινὰ ἔλεγον οἱ Ἄνδολ, οὐχ ἓνα ἀλλὰ τρεῖς —. Duae hujus nominis formae exstiterunt κἀνδανλος atque κἀνδυλος; improba vero est tertia, quae vulgo additur, κανδύλη, quae in Etym. M. p. 488, 53 emendatur e Suida s. Κανδυλος, ubi idem prorsus scholium legitur emendatius, parique vitio apud Dioscoridem Athenaei I, 9, a scribitur κανδύλην, ubi rectissime κἀνδυλον legit Suidas, eundem ille locum afferens s. Ὅμηρος atque iterum in loco adhuc neglecto s. Θρίον post θρία. Sed propter ipsam similitudinem θρία et κἀνδυλος conjungi solent, veluti a Dioscoride Athenaei et Suidae II. II. θρία καὶ κἀνδυλον, a Philemone Athenaei XII, 516, f κἀνδανλον, ἀὰ, θρίον — aliis. Athenaeus XIV, 664, c Νικόστρατος — ἐν Μαγειρῶν, Θρίον δὲ καὶ κἀνδυλον, ἢ τούτων τι τῶν | εἰς ματτήν, οὐδέτερον εἶδε πάποτε. Recte omnino hic Schweighaeuserus correxit, θρίον δὲ καὶ κἀνδανλον —, sed fugit eum quum ipsum tum etiam caeteros, eundem plane locum jam supra allatum esse XII, 517, a καὶ Νικόστρατος ἐν Μαγειρῶν „Ὅς μέλινα ποιεῖν ζωμόν σὺν ἡπίστατο, | θρίον δὲ καὶ κἀνδανλον, ubi in forma κἀνδυλον libri omnes consentiunt. Scilicet Nicostratus dixerat ordine continuo, Ὅς μέλινα ποιεῖν ζωμόν σὺν ἡπίστατο, | θρίον δὲ καὶ κἀνδανλον, ἢ τούτων τι τῶν | εἰς ματτήν, οὐδέτερον εἶδε πάποτε. (Conjuxit haec duo fragmenta nunc etiam Meinekius III p. 284 recteque scripsit οὐδ' ἕτερον pro οὐδέτερον.) Genera autem candyli haec novimus, primum ἐξ ἐφθού κρέως καὶ κνηστου ἄρτου καὶ Φρυγίου τυροῦ ἀνήθου τε καὶ ζωμοῦ πίονος. ut ait Hegesippus Athenaei XII, p. 516, d, vel ut est apud Photium p. 129, 16 διὰ κρέως καὶ ἄρτου καὶ τυροῦ. Et cum hoc quidem quodammodo ἐγκεφάλων θρίον conferre licebit. Secundum genus idem Photius I. I. descripsit, σκενασία ὀψοποικὴ μετὰ γάλακτος καὶ στέατος καὶ μέλιτος. Cf. Suidam et Etymologum II. II. Huic rursus maxima cum ὧν θρία similitudo intercessit. Denique tertium candyli genus e primo secundoque inter se confusis videtur constituisse, quantum intelligo e Polluce VI, 69 Εἰς δ' ἂν προσήκον τοῖς ἡδύσμασι καὶ ὁ κἀνδυλος, ἐξ ἀμύλου καὶ τυροῦ καὶ γάλακτος καὶ μέλιτος. atque etiam ex Hesychio, Κανδυλος: διὰ ἐλαίου (ita Musurus. At codex διαλαγῶν. Lugeo διὰ λαγῶν cum Porsono ad Photium p. 688. Falluntur enim Schowius et idem Porsonus.) καὶ γάλακτος καὶ τυροῦ καὶ μέλιτος πέμμα ἐδώδιμον. Jam vero existere possit, qui hunc Lydium eihum mediae demum aetate comoediae Athenas translatum esse dicat, propterea quod mentio ejus potissimum facta est ab Alexide, Nicostrate, Philemone, adde etiam Menandrum (ap. Athen. IV, 132, f. sive XII, 517, a

et iterum IV, 172, b sive XIV, 644, c). Quam conjecturam etiam confirmare videbitur Alexidis locus ap. Athen. XII, 516, d Ἐτι δέ σοι | παρὰ τοῦτο κάνδανλόν τινα, παραθήσομεν. | B. κάνδανλον; οὐκ ἐδίδου' οὐδ' ἀκήκεα | οὐδέποτε, prorsus tamen abjicienda est Photii auctoritate p. 129, 15 Κάνδυτος (Κάνδυλος): σκουασία ὀψοποιῶν μετὰ γάλακτος καὶ στίκτος καὶ μέλιτος. ἔνιοι δὲ διὰ κρέως καὶ ἄρτου καὶ τυροῦ οὕτως Ἀριστοφάνης. Hic enim comicum, non grammaticum dici et ipse censo; illud vero dubitationem habet, satim recte Aristophanis verbum κάνδυλος inter fragmenta relatum sit a Dindorfio p. 230. Nobis enim haec Photii memoria potius ad Pacem v. 123 vel ibid. v. 258 videtur revocanda esse. Et in priore quidem loco, ἔξετ' ἐν ᾧρα | κολλύραν μεγάλην καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ non solum libri Aristophanis omnes κόνδυλον tuentur, verum etiam Athenaeus III, 111, a atque Eustathius p. 1322, 41 eodem modo scribunt. In unis Scaligeri Excerptis est, «κάνδυλον alia idemque verbum Dalecampius in Athenaeum fortim intulerat, quem male sequuntur Florens Christianus et ad Suidam Kusterus, Casaubonus vero Schweighaeuserusque merito castigant. Nuper tamen e cod. Veneto hoc scholium Bekkerus attulit, Δημήτριος ὁ Ζηροδότιος μεταγράφει κόνδυλον (leg. κάνδυλον): εἶδος δὲ ἐστὶ πλακούντος. ἀλλὰ διὰ τὸ ὄψον περιττὴ ἡ μεταγραφή. Quanquam igitur certum est, Aristophanem hoc quidem loco voce κόνδυλος, quae ab aliis scholiastis verissime exponitur, ad candylum Lydiam nullo modo alluisse: fieri tamen utique potuit, ut Photius malam Demetrii lectionem κόνδυλον temere sequeretur. (Vide nunc ipsum Dindorfium IV P. III p. 25 ed. Ox.) In altero loco v. 258 Τρωγ. μῶν τῶν σκορόδων ἐνέβαλον εἰς τὸν κόνδυλον; altum nunc de candylo silentium est in codd. et apud ipsos scholiastas; neque habent κόνδυλον nisi Vel. (vetus liber) Scaligeri praetereaue Bisetus aliorum conjecturam κόνδυλον affert. Ego tamen haudquaquam mirer, si quis grammaticus hocce versu εἰς τὸν κόνδυλον rescribendum esse putaverit. Neque enim dubito, quin Aristophanes dixerit ille quidem εἰς τὸν κόνδυλον, veruntamen candylum nutu quasi et altera significatione ostenderit, idcirco quod verba τῶν σκορόδων ἐνέβαλον proprio sunt cibum aliquem apparantis. Ita vero candylum cibum jam Aristophani cognitum fuisse apparet. Indigner vero, in Nubibus v. 451 magni Bentleyi conjecturam ματτωλοῖχος ab editoribus omnibus sine ulla dubitatione receptam esse. Neque enim ambigitur, quin ματτήν ci-bes fuerit Macedonicus, nondum ne cognitus quidem Aristophani; primum autem commemoratur apud mediae comoediae scriptores. De qua re per-amice consentiant Athenaeus XIV, 662, e — 664, f, Pollux VI, 70, Hesychius s. Ματτωίς, alii. Omnium clarissime dicit Macho Athenaei XIV p. 664, b, mattyam primum ad Athenienses e Macedonia pervenisse: tum scilicet, quum Macedones rebus Graeciae ac potissimum Atticis valde jam

implicati essent; nam Aristophanis tempore adhuc perexiguum fuit inter utramque civitatem commercium. (Vide nunc Dindorfium III p. 148 ed. Ox.) Praeterea *ματτιολοιχός* ad ipsam sententiam ineptissimum est: quando caetera omnia epitheta plane docent, non gulosi hominis notionem, verum audacis atque impudentis hic requiri. Constat autem, codices aut *ματιολοιχός* aut *ματτιολοιχός* suppeditare, atque hoc in verbo jam veteres grammaticos, veluti etiam Herodianum, quod miserandum sit, frustra laborasse. Ego tametsi quatenam in commissa literae ponendae sint, nondum perspicio: suspicor tamen, priorem partem a verbo *μάττειν*, vel *μακτής* vel *μάκτρα* ductam esse, hominemque significari impudentem, qui inter pinsendum, in subigenda farina ligurriat. Sic in Pace v. 14 servus ita loquitur, *οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη με μάττοντ' ἐσθίειν*, ubi schol. Venetus versum confert ex Heroibus Aristophanis huncce, *Παύσειν ἔειχ' ἢ πανσικάπη κάπτοντά σε*, ut bene emendavit Dindorfius ad Fragm. p. 135. Ad eandem fabulam locumque adeo eundem pertinet illud Pollucis X, 113 — *καὶ πανσικάπη, ἣν καὶ καρδοπέιον ἀνόμεζον, ὡς ἐν Ἡρώσειν Ἀριστοφάνης· ἢ* (corrigendum videtur ἣν) *καρδοπέφω περιπαγῇ τὸν ἀνέμεν.* Cf. eundem Pollucem VII, 20 aliosque grammaticos. Restat nobis scholiasta ad h. l. *Ὁ ἐγκέφαλος τῶν ἀνθρώπων ἔχει ὅψ' ἐαυτὸν ὑμένας ὁμοίους τοῖς τῆς σπυγῆς φύλλοις. καὶ Ἀρισταρχος, ὅτι πρὸς τὸ σχῆμα τοῦ ἐγκέφαλου. ἔστι γὰρ ὡσπερ δύο θορία συγκείμενα. Θορία δὲ τὰ τῆς σπυγῆς φύλλα. καὶ τὰ θορία δὲ οὕτως σκευάζεται. λέγεται δὲ ἀπὸ* (scribe, *καὶ τὰ θορία δὲ, ἃ σκευάζεται, οὕτως λέγεται ἀπὸ* —) *τοῦ κατελειθῆναι τοῖς τῆς σπυγῆς φύλλοις. ἢ δὲ σκευασία ἔστι, στέαρ, μέλι, ὠά, σεμίδαλις. εἰώθασι δὲ καὶ τὸν ἐγκέφαλον ὅπταν κατελιθάντες τοῖς τῆς σπυγῆς φύλλοις, ἢ μετὰ τῆς ἄλλης τοῦ θορίου κατασκευῆς, ἢ καὶ μόνον· πρὸς δὲ καὶ παρῆθμε τὸ θορίον. Mendose Suidas s. Θορίον — καὶ Ἀριστοφάνης· Ἄλλ' — θορίω δύο. πρὸς τὸ σχῆμα φησὶ τοῦ ἐγκεφάλου. ἔστι γὰρ ὡσπερ θορίον συγκείμενον. τουτέστι φύλλα σπυγῆς. Apparet, ineptam Aristarchi explicationem jam alios grammaticos (fortasse Demetrium Ixionem) refellisse. Sed qui refutabant, partim Aristarcho inepte opponebant ὡς θορίον (hoc enim verbis *στέαρ, μέλι, ὠά, σεμίδαλις* intelligendum est), partim bene perceperant, hic potius ad *ἐγκεφάλου θορίον* alludi. Videamus nunc palmares ineptias Aristarchi. » Cerebrum humanum, inquit, infra habet membranas similes foliis sici. Quare verbis *ἐγκεφάλου θορίω δύο* respicitur ad speciem cerebri, cujus membranae sunt quasi duo folia ficus conjuncta. « Cerebrum humanum tres habet membranas, quarum duae majus cerebrum ambiunt, tertia autem cerebellum. Omisit tamen Aristarchus (et potuit omittere) cerebellum, τὴν παρεγκεφαλίδα sive ἐπιμυρνίδα solasque in animo habuit majoris cerebri membranas, μῆνιγγας sive αἰματίδας, de quibus rectissime scripsit etiam Pollux II, 44 περιελήφασιν δὲ αὐτὸν (τὸν διπλοῦν ἐγκέφαλον, cerebrum majus) μῆνιγγες δύο. At enim-*

vero qua tandem audacia fingit Aristarchus, duas hasce majoris cerebri membranas ad speciem similes esse foliis fici? In quo palam eum ajo mentitum esse; cui ut subvenirem, frustra et ipse medicorum libros evolvi, et clarissimi medici sententiam sciscitatus sum. Sed faciamus sane, cerebri membranas nescio quam cum foliis ficulneis similitudinem habuisse: etiamne in theatris comoediisque obscura ista doctrina expromenda erat? Utrum medicus fuit Aristophanes, an poëta comicus? Utrum medicis, qui cerebrum humanum perscrutati essent, comoedias scripsit suas, anne populo Atheniensi, qui cibum *ἐγκεφάλου θρίων* belle noverant, cerebri autem humani membranas, quales essent aut cujusmodi, ne curabant quidem? Et etiamsi totus populus vel maximam cerebri et folii ficulnei similitudinem agnosceret: ubi hic in verbis *ἐγκεφάλου θρίων* duo tum lepos? ubi facetiae? ubi denique, id quod minimum est, ulla ingeniosi joci significatio? Nam in nostra explicatione urbanitatem et magni poëtae ingenium nemo desiderabit, praesertim si meminerit, *ἐγκεφάλου θρίων* cibum sanequam egregium fuisse, cujus mentio ipsa Athenienses delectaret. Nihilo secius tamen hic Aristarchi nomine occaecari se passi sunt H. Stephanus in Thes. L. G. p. 4324, Frischlinus, Kusterus et Brunckius, qui ita converterunt *duas cerebri membranas*. Aliquanto melius Vossius, *Ἐι dann verlör' ich meine zwei Hirnflöße ja!* et jam antea Welckerus.

V. 135. *τί δαί;* *τί δέ;* Venetus, falso.

V. 136. *ἤνπερ*] *ἀλλ' ἤνπερ* Baroccianus per errorem addito *ἀλλ'* sive e verbis proximis *ἀλλ' ὁ πλοῦς πολύς*, sive e v. 108 *ἀλλ' ὥνπερ*. Necessarium vero h. l. *ἤνπερ*, *nempe* qua tu descendisti. Redit enim nunc, ubi satis est jocorum, Bacchi oratio ad v. 109 sqq., quo loco jam clare dixerat, eadem via, qua antea Herculem, sibi quoque in animo esse proficisci. Nam *τότε* significat *τόθ', ἤντιν' ἤλθες ἐπὶ τὸν Κέρβερον*, quemadmodum supra est v. 111. cf. nostras Quaestt. Lucian. p. 3. — Ibidem. *ἀλλ' ὁ πλοῦς πολύς*] Navigationem dicit in palude Acherusia, de qua etiam Charon Luciani D. Mort. XXII, 1 et ipse De Luctu c. 3. Namque secundum Aristophanem, qui medio itinere paene omisso ad res properat Orcinas, et Hercules olim et hujus vestigiis nunc Bacchus ad Acherusiam paludem statim perveniunt (v. 137 et 180). Vulgo autem putabatur Hercules a Taenari faucibus in Orcum profectus esse ac tum per Troezenen Cerberum inde canem reduxisse. Cf. Apollodorus II, 5, 12 §. 3 et paullo post §. 9. De reditu Troezenii ipsi consentiebant, uti docet Pausanias II, 31, 2. Illa vero duplex fama vel per se verisimillima est; quando Herculem et Doriensium maxime heroa fuisse constat et a Troezeniis etiam impense cultum esse. Cum his tamen Hermionenses contendisse idem Pausanias docet II, 35, 7. Levissima sane discrepantia, non tam ob viciniam Troezeniorum et Hermionensium, quam ob singulares ipsorum Hermionensium

religiones in rebus quidem mysticis atque infernis. Neque vero nos conturbabit parum accurata Xenophontis memoria Anabas. VI, 2, 2 (V, 10, 2). Nam ut Heraclea Pontica Megarensium, ita Heracleensium ipsorum colonia fuit Chersonesus Acherusias. Hi utrique quum doricas sacrorum caerimonias inprimisque cultum Herculis Megara in novas sedes, ut sit, secum exportassent: coacti sunt Taenaro alium locum eumque vicinum audacter substituere, quo ad inferos abisse Hercules videretur. Nempe Heracleenses suum arbitrium, non fidem pietatemque antiquam sequutos esse etiam ex eo apparet, quod inopia alterius, qui in vicinia esset, Averni suum Herculem qua descendisset via, eadem revertisse temere fabulabantur. Vide Niceph. Blemm. p. 12 ed. Spohn. Similiter Pomponius Mela I, 49, 50.

V. 137. ἐπὶ εἰς Venetus. Suidas s. ἄβυσσος scholium hujus loci Aldinum habet aliquanto plenius itaque affert verba Ἐσθὺς — ἄβυσσον, ut legat ἦξις μεγάλην pro μεγάλην ἦξις. Egregie vero Pausanias I, 17, 5 de Acherusiae paludis originibus judicavit.

V. 138. Vulgo εἶτα πῶς γε et sic etiam Ravennas. Sed εἶτα πῶς (sine vocula γε) est in Veneto, apud Suidam s. Φεῦ, ubi quum alia ex h. l. affert, tum πῶς περιωθήσομαι; Praeterea Brunckius dicit, particulam γε in uno Regio deesse. Hic codex est Parisinus C, quem Bothii gratia denuo evolvit Donndorfius. Denique εἶτα πῶς δε edd. Ven. I. II. Raph. I^{te} deleri jussit Bentlejus, delevitque primum Brunckius, deinde Elmslejus ad Medeam v. 1334 adnot. f et iterum ad Soph. Oed. C. 977, postremo Dindorfius quoque. Male particulam tuiti sunt Beckius, Reisigius ad Oed. C. v. 973 p. 323 et Bothius. Rectissime Elmslejus posteriore loco ita statuit, γὲ ab homine aliquo indocto, qui hic περιωθήσομαι legisset, metri causa adjectum esse. Confer infra v. 203 κἄτα πῶς δυνήσομαι —; v. 647 κἄτα πῶς οὐκ ἔπαρον; Avv. 278 εἶτα πῶς ἀνευ καμήλων Μῆδος ὦν ἐσέπτατο; Lysistr. 24 κἄτα πῶς οὐκ ἤκομεν; Lucian. D. D. IV, 1 εἶτα πῶς σύγγα οὐκ ἔχεις —; Athenaeus VII, 276, c εἶτα πῶς δυνήσομαι τσαῖτα δειπνα; Neque in h. l. cadunt particulae εἶτα — γὲ, quae alias conjunguntur, ut in Avv. v. 584. Egregium vero praeceptum esse censeo sive jam Porsoni, sive Elmsleji demum II. II., qui γὲ in interrogatione poni posse negaverit. Cai quod certatim adhuc omnes adversati sunt, id partim accidit ipsius culpa Elmsleji, qui multos locos, quibus nihil sanius est, ad Medeam perineple vexaverit. Enimvero γὲ saepissime invenitur in sententiis interrogantiq, sed cum interrogatione ipsa nusquam cohaeret. Quare nihil quidquam vitii fecerunt loca hujuscemodi, Soph. Trachin. v. 630 τί δῆρ' ἂν ἄλλο γ' ἐνέποις; Oed. R. v. 815 τίς τοῦδ' γ' ἀνδρὸς ἐστὶν ἀδελφότερος —; Antig. 498 καίτοι πόθεν κλέος γ' ἂν εὐκλείτερον | κατέσχον, ἦ —; Eurip. Iope v. 1016 Ἐπιχθόνιον οἶσθ'; ἦ τί γ' σὺ μέλλεις, γίγαν; De usu

vocularum η — $\gamma\epsilon$ nuper disputavi ad Thesmophor. pag. 159. Animi causa affero emendationem Ἐπιχθόνιον οἰσθας, τί δ' οὐ μέλλεις, γέρον;

γ'
quam vir doctus ex Flor. I. II. Vict. τί δ' οὐ conglutinavit. Sic vero etiam in Andromach. 858 si genuina esset lectio, ἔγνων· ἀτὰρ τίς ἄν γε πυνθά-
ναι τάδε; particulae ἀτὰρ — $\gamma\epsilon$ more notissimo copulatae essent. Contra lubenter accipio gravissimum argumentum Elmsleji, qui recte testatur, τίς γε, πῶς γε aut quidquam aliud, quod cum his conferri possit, in tra-
goediis comoediisque XLIV vix usquam reperiri. Et quum vulgaris in-
terrogatio nescientis sit, figurata inscitiam fingentis, omniaque in ipsis
interrogationibus incerta esse debeant: ne potuerunt quidem Graeci dicere
τίς γε, πῶς γε, vocula $\gamma\epsilon$ addita, quae sive restringit, sive definit, sive
confirmat, semper tamen argumentantis est e re cognita penitusque per-
specta. Ita satis responsum est Reisigio, qui putabat, ut οὕτω definiatur
per $\gamma\epsilon$, sic etiam πῶς intendi posse, *quomodo demum* (id Graeci πῶς ποτε
dixerunt). Confugit autem Reisigius quasi ad sacram ancoram, sic ad
notissimam formulam ἀρά γε, de quo usu inepte dubitavit Blomfieldus ad
Aesch. Septem v. 193. Memorabile est ἀρά — γε in Eurip. Hecub. 725
ἀρά' ἐκλογίζομαι γε —; Ego vero hanc unam legis exceptionem ita agnosco,
ut tamen contendam, interrogationem ἀρά γε propter usum sermonis epici
temporumque antiquorum in dialecto attica resedissee. Nihil autem ad hanc
causam attinent δέ γε et δέ — γε, quippe quae inter semet ipsa cohaereant
(adversantis autem vox δέ per $\gamma\epsilon$ magis corroboratur), veluti Acharn. 288
πῶς δέ γ' ἄν καλῶς λέγοις ἄν —; (ubi fallitur Elmslejus), τί δ' ἄλλο γ' Nub.
v. 1269 et alibi. Omnium acutissime Hermannus ad Philoctetam v. 439
barbarum esse ratus, ποῖον γε τούτου ἐρεῖς; graecum vero et atticum,
ποῖον γε τούτον, πλήν γ' Ὀδυσσεύς, ἐρεῖς; ποῖός γε, τίς γε, πῶς γε iis tan-
tum locis defendit, in quibus sententia patiatur vocabula illa interrogativa
restringi. A quo ipso tamen ita discedo, ut etiam Hermanno loquendi
consuetudinem obstare neque unquam Graecos tali restrictione usos esse
pugnem. Nam in Philoctetae versu, ubi vel ποῖον τε vel ποῖόν γε habent
codices, certum nobis videtur, ποῖον δὲ τούτον πλήν γ' Ὀδυσσεύς ἐρεῖς;
cum Florente Christiano scribendum esse. Ubicunque enim interrogatio
ad notissimam rem personamve refertur, Graeci ita loqui solent, τίς δ'
ἄλλος ἢ — τίς δ' ἄλλος γ' ἢ vel etiam τίς γάρ ἄλλος ἢ — τίς γάρ ἄλλος γ'
ἢ —, ut olim demonstravi ad Lucian. D. D. p. 13 sq. addidique etiam
illud, δέ vel γάρ necessarium esse, $\gamma\epsilon$ non item. Omnino autem Sopho-
clei versus ratio est eadem, quae Euripidei in Hecuba 755 τίς δ' ἐπ'
ἄλλου; Θρηξέων ὠλεσεν ξένος. Sic enim Euripidem scripsisse rei ipsius
indicio et codicum auctoritate ad Lucianum l. l. ostendi refutatis etiam
conjecturis Porsoni, Elmsleji, Reisigii, Matthiaei recepitque hanc lectionem

in secunda editione Hermannus. Venio ad locum Soph. Oed. C. 981 εἰ δ' αὖ φανείς δούστηνος, ὡς ἐγὼ φάνην, | εἰς χεῖρας ἦλθον πατρὶ καὶ κατέκτανον, | μηδὲν ξυνίεις ὦν ἔδρων εἰς οὓς τ' ἔδρων. | πῶς γ' ἂν τό γ' ἄκου προᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις; Librorum omnium scripturam πῶς γ' ἂν in πῶς ἂν mutavit Elmslejus. At nihil evidentius esse potest, quam ita Sophoclem dixisse, πῶς τᾶν τό γ' ἄκου προᾶγμ' ἂν εἰκότως ψέγοις; Nam et librarii sexcenties γ' ἂν pro τᾶν falso exararunt, et conditionalem protasin τοι in apodosi sequi solet quum apud alios, tum vero saepissime apud Sophoclem ipsum, et vim illam gravitatemque vocis τοι hoc potissimum loco aptam atque praeclaram judicamus. Denique in Eurip. Troad. v. 247, ubi vulgo legitur, Αἰαί. τίνα γ' ἦ | Θεσσαλίας πόλιν ἦ | Φθιάδος εἰπας ἦ Καδμείας χθονός; in Harlej. autem Burg. Havn. τίς ἦ exstat, probamus Elmsleji emendationem, τίνα δ' ἦ —;

V. 139. *τυνουτωί* Baroccianus et Suidas s. *Τυνουτονί*, ubi affert ἐν πλοιαρίῳ — διάξει. Apud eundem s. *Φεῦ*, ubi apponit *φεῦ* — τὸ δὲ ὀβολῷ, tum πῶς περαιωθήσονται; denique ἐν πλοιαρίῳ — λαβὼν, vulgo est *τυνουτωί*, sed in cod. Oxon. *τοινουτωί*. Bene quidem scholiasta dicit, perterrefaciendi Bacchi causa navigium de industria extenuari; attamen revera perparva fuit perque tenuis ista navicula Charontis. Hinc appellatur *δίκωπον* — *σκάφος* in Eurip. Alcest. v. 252, *σκαφίδιον* in Lucian. Charone c. 8, cymba Horat. Od. II, 3, 28, minus accurate vero *ναῦς* in Lysistr. 605. et *νεά* — *νεοτάμβατον* in antiqua Minyade apud Pausan. X, 28, 1., qui loci non impediunt parvam navem cogitari. Adde Lucian. D. Mort. X, 1, *Hermesianax Athenaei* XIII, 597, b vocat *ἄκατον*, Theocritus XVI, 41 *ἐφρείαν σχεδίαν, ralem et ferrugineam* — *cymbam* Virgilius Aen. VI, 302, 303. Nec sane magna navis fuit Aegyptiorum *βάρης*, quam graeci Charonis cymbae respondere accepimus (Diodorus I, 92 et c. 96). *Βάρης* cymba Charonis vocatur exempli causa in Epigrammate apud Suidam s. *Βάρεις* s. *Ὀκρίοεις* et alibi. Multa enim millia umbrarum vel minima scapha facile recipiebat. — Ibid. *ἀνὴρ γέρων. ναύτης*] Senem fuisse Charonem omnes consentiunt, poeta Minyadis ap. Pausan. X, 28, 1 *ὁ γεραιὸς Πορθμεὺς* — *Χάρων*, ubi ipse Pausanias haec addit: ἐπὶ τούτῳ οὖν καὶ Πολύγνωτος γέροντα ἔγραψεν ἤδη τῇ ἡλικίᾳ, τὸν Χάρωνα, Eurip. Alcest. 440 *γέρων νεκροπομπός*, Lucian. D. Mort. 27, 9 *γέρων* — καὶ ταῦτα ἡλικιώτης ὦν τοῦ πορθμέως, Virgil. Aen. VI, 304 *Jam senior*; sed cruda deo viridisque senectus. Recte autem Eustathius p. 1666, 35 *ὁ γὰρ πορθμεὺς Χάρων καὶ τὸ κατ' αὐτὸν πλοιάριον μεθ' Ὀμηρον μεμύθηται*. Diodorum vero I, 92 et c. 96 acriter castigat Lobeckius in Aglaoph. p. 811.

V. 140. Quod et h. l. et infra v. 270 duo oboli pro vectura Charoni solvantur, de ea re ita censuit Hemsterhusius ad Lucian. D. Mort. XXII, 1, joci gratia numerum duplicari uniusque loci obolos duo poni, ut judicium

merces tradatur, idque ex v. 141 manifesto liquere. Eadem prorsus repetunt Kusterus, Brunckius, Welckerus p. 120, Vossius, Bothius. At non usque eo Aristophanis ingenium exaruerat, ut nisi falsam religionem ementitus esset tantaque audacia aures hominum graviter offendiasset, omnis ei jocorum facultas deperiret. Itaque miror Hemsterhusium, quo auctore senex portitor utique non plus uno obolo accipiebat, non Apuleji potius locum, quo ipse paullo post utitur, ad nostram causam accommodasse. Qui enim bis Acherontem trajiciant et ad dias luminis auras revertantur, eos Apulejus facit duas in ore stipes ferre, alteram reditus causa, alteram primae transvectionis. Quid, si ne illud quidem vere traditur, magno caeterorum testium consensu unicum obolum Charoni dandum fuisse? Scholiasta Aldinus, οὐχ ὡς τοῦτο λαμβάνοντες, ἀλλὰ πρὸς τὸν δικαστικὸν μισθὸν, ὅτι δύο ὀβολῶν ἦν. ἅμα οὖν διὰ τὸ λεγόμενον, ὅτι τοῖς νεκροῖς ἐπὶ τοῦ στόματος βάλλουσι δύο ὀβολούς, καὶ ὅτι τὸ δικαστικὸν μισθῶριον δύο ὀβολοὶ ἦσαν. ἐπιφέρεται γὰρ, ὡς μέγα — τὰ δύο ὀβολῶ. ὅσαρον δὲ ἦν τριῶβolon, τοῦτο τῶν στρατηγῶν κολακείας χάριν προστιθέντων. ἐπὶ δὲ Ἀριστοφάνους καὶ δραχμὴν ἦν λαβεῖν. Schol. Rav. omittit verba οὐχ ὡς — δύο ὀβολῶν ἦν legitque ἅμα διὰ — ἐπιφέρει οὖν — τὰ δύο ὀβολῶ. ἦν δὲ καὶ τριῶβolon — δραχμὴν ἦν λαβεῖν. Suidas s. Φεῦ cum schol. Rav. consentit, praeterquam quod satis blaviciῶς scribit βλακείας χάριν τοῦτο τῶν στρατηγῶν προστιθέντων, ultima autem, ἐπὶ δὲ Ἀριστοφάνους — λαβεῖν omittit. Pejus idem Suidas s. Ὀβολοῦ scribit, διὰ τὸ λεγόμενον, ὅτι τοῖς νεκροῖς ἐπὶ τοῦ στόματος δύο ὀβολούς βάλλουσι. λέγεσθαι καὶ τριῶβolon, τῶν στρατηγῶν βλακείας χάριν προστιθέντων. Unicum igitur scholium, quod Hemsterhusio ex parte favet, duosque obolos non ad Charonem, sed ad iudices refert, in sola exstat Aldina, nec prius, quam fontem ejus antiquum norimus, ullam vim habebit; potest enim fictum esse a Musuro. Sin minus, peculiare id erit scholium; cum iis enim, quae sequuntur, pugnat. Contra duo obolos in ora mortuorum inditos esse perantiquus auctor apud scholiastas Aldinum, Ravennatem bisque apud Suidam tradidit. Est autem illa pars scholii, quae pertinet ad mercedem iudicum, ex ipso Aristotele derivata, ut didici e schol. ad Vesp. 684 τοὺς τρεῖς ὀβολούς: τὸν φόρον λέγει, ἀπ' ὧν ἐδίδoto τὸ τριῶβolon. τοῦτα δὲ ἄλλοτε ἄλλως ἐδίδoto, τῶν θεμαγωγῶν τὰ πληθὴ κολακηνόντων, ὧς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Πολιταίαις. Restant verba postrema, ἐπὶ δὲ Ἀριστοφάνους καὶ δραχμὴν ἦν λαβεῖν, quae etsi desunt apud Suidam, Ravennatis tamen libri auctoritate confirmantur. Absit vero, ut credamus, iudicibus unquam mercedis loco totam drachmam datam esse talesque nugas in mentem venire grammatico antiquo potuisse. Neque tam absurdae opinioni ullo modo favet schol. ad Vesp. 656 καὶ τὴν ἑξω διδόμενην τοῖς δικασταῖς δραχμὴν, qui quidnam voluerit, satis patet e Vesp.

788 sqq. ubi hanc rem clarissime exponit scholiasta. Immo scholiasta cum judiciali mercede confundere videtur drachmam theoricorum. Neque enim fieri potest, ut haec ad Charonem spectent, de quo ipso Aristophanes, δὲ ὀβολὸν μισθὸν λαβὼν, dicaturque hujus poetae aetate Charon etiam drachmam pro vectura accepisse. Traditur tamen id ipsum a scholiasta ad Lysistr. v. 603 ταῦτασι: — ἐν ἄλλῳ δὲ εὖρον τὰς δραχμὰς εἰς μισθὸν τῷ πορθμεί (paullo antecedit v. 601 μελιτοῦτταν: — καὶ ὀβολὸς τῷ πορθμεί, vel ut Suidas paullo melius legit, καὶ ὀβολὸς, μισθὸς τῷ πορθμεί). Aliis igitur auctoribus duo obolos, aliis drachmam adeo Charon accipiebat. Fuerunt etiam, qui nihil omnino pecuniae Charoni darent, neque eo magis tamen aut immortales essent aut a portitore non gratis veherentur, ut Cyniscus in Luc. Catapl. c. 19, Micyllus ibid. c. 21, Menippus D. Mort. XXII. omnisque ista inops turba, cui schol. ad Juvenal. S. III, 287 ostendit, quod Charoni solveret, defuisse. Et quum illud certum sit, mendicos ullum Charoni nautum dare ipsa egestate prohibitos esse, tum ne hoc quidem dubium esse potest, quin ditissimus quisque, qui vanitatem suam ne in morte quidem deponere solent, damnum illud liberalitate quamvis inepta compensaverit; simillimaque ratione homines vulgo in sacrificiis usos esse Lucianus De sacrific. c. 12 testatur. Plerosque autem unum obolum solviisse, id certe non ex Antipatro, Antiphane aliisque hujus farinae versificatoribus in Anthologia dulce caesentibus efficitur. Enimvero ita praeter Suidam et Moerin unicus relinquitur, qui unum obolum mortuis in os immiserit Lucianus, auctor in tali re sane idoneus. At hic non solum De Luctu c. 10 Atticum, Macedonicum, Aegineticum obolum pretio multum discrepare tradit, verum etiam omnibus locis de sua tantum ipsius aetate loquitur. Depravatus est enim Diodori locus I, 96 τὸ μὲν γὰρ διακομίζον τὰ σώματα πλοῖον βᾶσι καλίσθαι, τὸ δ' ἐπιβαθρον νόμισμα τὸν ὀβολὸν τῷ πορθμεί δίδωσθαι, καλονμένῳ κατὰ τὴν ἐγγύθειον διάλεκτον Χάρωνι. Duplex in hisce error est, quod et duo triave Subjecta mire constipata sunt, et obolo Graeci tantum, non etiam Aegyptii utebantur. Quare verba τὸν ὀβολὸν, glossema scilicet scholiastarum haud dubie delenda sunt. Infelix est autem conjectura Hemsterhusii l. l. τὸ δ' ἐπιβαθρον νόμισμα τὸν ὀβολὸν, neque melior Eichstadii, qui νόμισμα temere a Poggio omissum expunxit, longe vero prudentior Schaeferi ad Bos. Ellips. p. 322 νόμισμα τὸν ὀβολὸν delentis, qui ipse tamen νόμισμα mallem retinuisset. Quamobrem Luciani aetate plerisque mortuis unus obolus in os inditus est; contra Aristophanis tempore haec pecunia nondum satis defuita erat, ut plerique tum quidem duo obolos, multi unum, alii drachmam, mendici omnino nihil nauti ore afferrent. Ne enim Charoni jam tum licuisse statuamus, certum a mortuis portorium exigere, vel hoc uno impedimur, quod antiqui scriptores nominibus uti

solent incertissimis; modo enim illi naulum Charonis appellant τὸ ἐπιβαθρον, modo τὸ ναῦλον, de quo infra ad v. 270 dicitur, atticus scriptor nescio quis apud Moeridem p. 222 vocaverat τὸ κατιτήριον, plurimi illud dicunt τὸ πορθμία. Lucianus quidem hanc pecuniam τὰ πορθμία nominare solet numero plurali (vide D. Mort. IV, 1. XXII, 1. 2. Catapl. c. 18. c. 21. De Luctu c. 10); quae res magno indicio est, temporis antiqui usum locutionemque diu servatum esse: quis enim unicum obolum τὰ πορθμία nuncupaverit? Etiam ἡ δανάκη, sive ὁ δανάκης Persico nomine naulum Charonis dictum esse accipimus; et fuit danace plus uno obolo, minus autem duobus. Hesychius, Δανάκη: νομισμάτιόν τι βαρβαρικόν, δυνάμενον πλεον ὀβολοῦ ὀλίγη τιμή. ἐλέγετο δὲ καὶ ὁ τοῖς περφοῖς διδόμενος ὀβολός. Neque enim recte Hemsterhusius censet, hanc glossam ad unum Callimachum referri debere, a quo Etymologus atque Suidas, non etiam Hesychius suspensi sunt. Immo recte ante Hemsterhusium omnes ita statuerant, vulgo hunc nummum δανάκη, vel ὁ δανάκης appellatum esse. Callimachi autem locum, fortassis illum ex Hecale petatum in Etymol. M. p. 247, 43 acute emendavit Casaubonus. Cf. Blomfieldum ad Callimachea fragmenta p. 231.

V. 141. Φεῦ, quod Scaligero auctore *quidam delent* (delent autem pessime) suum habet versum in Rav. Elbing. Recte. In Nub. v. 41 diserte scholiasta, τὸ δὲ φεῦ ἰδίως. In Plut. 361, ubi vulgo est τοιοῦτον, in Rav. et mutin. autem τοιοῦτον, recte jam ante nos τοιοῦτον! scripsit, φεῦ extra versum posito Elmslejus ad Soph. Oed. T. v. 734. Porro τὼ ante δὲ deest in Barocc. et semel apud Suidam s. Ὀβολοῦ. Versus 140. 141 affert Etymol. M. p. 613, 8. Sententiam Bacchi diobolum memorantis explicavi in commentatione Rostochii nuper edita De mercede iudicum apud Athenienses.

V. 142. Θησεὺς ἤγαγεν] Theseus cum Pirithoo suo raptu Persephonem abducturo ad inferos descendisse creditus est. Nota est fabula, quam copiose tractavit Meursius in Theseo c. XXVII (Gronov. Thesaur. X p. 552 sqq.). Scholiasta, διὰ τὸ θητεύειν τὸν Χάρωνα διαπορθμέοντα. Ex his verbis recte conclusit Bothius, fuisse inter grammaticos, qui corrigeret Θῆς ἐσώγαγεν. Bene vero est, quod tam lepidae planeque diobolaris conjecturae, quae omni caret intellectu, parentem nescimus. Sed elegantia verborum Θησεὺς ἤγαγεν in eo cernitur, quod et ad Charonis et ad iudicis attici diobolum juxta sunt accommodata. Nam ita jocatur poëta, quasi primum Theseus duo obolos nauli loco Charoni persolverit. Verum enim Athenienses ad suam Rem publicam omnia referre soliti non poterant nutum significationemque Comici ludentis non animadvertere et puncto temporis videre, quisnam ille alter quasi Theseus digito monstratus sit. Quum enim Pericles is fuisset, qui mercedem ju-

dicialem et primum introduceret et eam binis obolis definiret, quumque permagna inter Periclem atque Theseum similitudo intercederet: omni profecto ratione cogebantur spectatores verbis hisce vix etiam auditis *Θεῷ, ὡς μέγα δύνασθον πανταχοῦ τῷ δὴ ὀβολῷ* — *Θησεὺς ἤγαγεν* Theseo Periclis nomen cogitando substituere. Jam vero Periclem aptissime Thesei regis nomine appellari potuisse, praesertim a Comico, quis tandem negaverit? Auctore utimur Plutarcho in Pericle c. 16, qui adjecit sane idoneum locum Teleclidis. Paulo post autem c. 33 a Plutarcho affertur nobilis ille Hermippi comici anapaestus, *Βασίλεῦ Σατύρων, τί ποτ' οὐκ ἐθέλεις, δόρον βαστάζειν κτλ.* Quos versus ei fabulae Hermippi, cui nomen fuit *Μοῖραι*, adscribendos esse eamque fabulam Ol. 87, 1 vel 87, 2 datam rectissime vidit Meinek. Qu. Sc. I p. 30. Quin Cratino Pericles est rex deorum ὁ *σχινοκέφαλος Ζεὺς*, *Ἥρα* Aspasia, Teleclidae autem et Aristophani eandem ob causam *Περικλέης οὐλύμπιος*. De qua re exponam ad Acharn. v. 504. Interim vide Ruhnkenium ad Vellej. Paterc. II, 82, 4. Ceterum verbis *Θησεὺς ἤγαγεν* ad Periclem alludi ante nos viderunt Bothius ad h. l. et Winckelmannus meus in Act. Soc. Graec. Vol. II. F. I. p. 10, qui consultit Thucyd. II, 65 et Plutarch. Pericl. c. 9.

V. 143. *Μετὰ τοῦτ' dedi e Ravennate pro μετὰ ταῦτ' sive μεταταῦτ'.* Vide quae dixi ad Thesmophor. v. 655 et compara Comici locum in Rhetoricis ad Herennium I, 9. Athenis Megaram vesperi advenit Simo: *Ubi venit Megaram*, insidias fecit virgini: *Insidias postquam fecit*, vim illico attulit. Tum ὅφεις pro ὄφεις Parisinus C.

V. 144. *ἐκπληκτε* Venetus. Grammaticus Etymologico Godiano adjectus, (Planudes, iudice Bachmanno) p. 646, 61 *Δέδοικα ἀντὶ τοῦ φοβοῦμαι· δεδύττομαι δὲ καὶ δειματῷ ἕτερον· Ἀριστοφάνης· μή με δειμάτο ν.*

V. 145. Post ἀποτρέψεις Monac. addit glossema τῶν ἐκείσε. Mutinensis ἀποστρέψεις pro ἀποτρέψεις errore vulgari. — Ibid. *βόρβορον πολὺν* Parisinus D et Monacensis, quam scripturam recepit Brunckius, postea ad vulgatam reversus. Nempe *παχὺν* adeo hic ineptum est, ut ne optimorum quidem codd. fide recipiendum esset. Cave igitur dixeris, *πολὺν* e v. 157 huc falso translatum esse. Ceterum initiatos post mortem beatos esse, contra sceleribus contaminatos in coeno et luto jacere vulgi opinio fuit, de qua dixerunt Meursius in Eleusiniis c. XVIII, Menagius ad Diog. Laert. VI, 39 (T. II. p. 240), Wyttenbachius ad Plat. Phaedonem p. 173 alique. Profecit inde Alexander vates apud Lucianum c. 25. Similia ipse Lucianus finxit de loco suppliciorum orcino Ver. Hist. II, 30. Fuit autem praeceptio illa primum Orphei, ut post alios docuit Lobeckius Aglaoph. p. 809, sed cum Eleusiniis mysteriis admodum mature communicata est. Verum quid maxime Orpheus et post eum alii sibi voluerint, clare ostendit Aristophanes. Facit enim

in tenebras et coenum depressos jacere parricidas, perjuros, consceleratos denique; iisque opponit, quorum felicissima post mortem conditio futura sit, initiatos. Unde patet manifesto, neque illos ideo puniri, quia non initiati essent, sed quia facinus atrox commisissent, neque vero hos praemiis affici tam propterea, quod essent initiati, quam quia utpote initiati scelus in vita nullum admisissent. Neque eo minus tamen justa oppositio est initiatorum sceleratorumque; si modo et hi tanto facilius peccare solebant, quod mysteriorum expertes essent, et illi mysteriis ipsis ad virtutem a flagitiis revocabantur. Cum Aristophane prorsus consentit Plato in Phaedone p. 69, E. Hic scilicet non Socratis, neque Platonis solum, sed etiam Orphei sententia ipsius obscurius modo expressa (*ἀνίττεσθαι*) illustratur. Jam initiorum experti, cui in coeno jacendum sit, beatitudo opponitur hominis purgati initiatique, hoc est, uti Plato paullo ante ostendit, minime caerimoniis quibusdam expiati, sed vitiis sceleribusque purgati, quemadmodum etiam alii loquuntur, ut Pythagoras Luciani Vitar. Auct. c. 3 *Καθαρὴν πρότερον τὴν ψυχὴν ἐργασάμενος, καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ ὄν- πον ἐκλύσας*. Orphei autem versum,

Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, βάκχοι δὲ τε παῦροι,

de quo vide Lobeckium Aglaoph. p. 813 sq., certe Socrates ita interpretatur, multos sic initiatos esse, ut satis habeant ritus formulasque sacras observasse, paucos autem epoptas verius esse, quam mystas, qui scilicet unice virtuti studeant; atque eandem explicationem sequitur Clemens Alex. Strom. I p. 231 et V p. 404 ed. Lugdun. Porro initiatum esse nihil est aliud, quam virtutem colere in loco Ranarum v. 457. Deinde quae Socrates de initiatis praedicat in Panegyri. c. VI. (similia autem apud Ciceronem et Aristidem leguntur), eadem ipsis adeo verbis dicit de virtutis cultoribus De Pace p. 34, 6 B. Quamobrem Sophocli apud Plutarchum Moral. p. 21, f *ᾧ τρισόλβιοι | κείνοι βροτῶν, οἳ τὰ πάντα διερχθέντες τέλη | μόλωσ' ἐς Ἄιδον· τοιοῦδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ | ζῆν ἔστι, τοῖς δ' ἄλλοις πάντ' ἐκεῖ κακά*, non debuit ita occurrere Plutarchi Diogenes, ut diceret mirari se, si initiorum causa meliore post mortem loco futurus esset Pataecio fur, quam Epaminondas, sed potius considerare, mystas ob virtutem in mysteriis traditam felices praedicari, neque caeteros, dummodo virtutis studiosos a beatitudine aeterna excludi. Cum Plutarcho confer Diogenem Laert. VI, 39. Omnino enim imperitum vulgus a malis sacerdotibus inductum credebat, dum initiati essent, nihil opus esse studio honestatis. Ex hac disciplina nobis illud est in Pace v. 371 *δεῖ γὰρ μυθηῖσθαι με, πρὶν τεθνή- κεναι*. Praeterea vide Lobeckium in Aglaophamo p. 642 sqq. et p. 807 sqq. Attamen iis, quae supra diximus, vetus sententia confirmatur eorum, qui Eleusinia eo imprimis spectasse censuerunt, ut hominum mores

emendarentur et fides initiatis fieret, post hanc vitam praemia virtuti, turpitudini autem poenas constitutas esse. Neque enim hic quidem Lobeckium, summum virum, puto audiendum esse, qui Eleusiniis nihil fere praeter externum splendorem reliquerit, detractis illis ornamentis, propter quae ipsa Eleusiniorum nomen apud omnes fere gentes tam longo tempore in summo fuit honore.

V. 146. Pro *σκάω* fortasse *σκάω* Rav. Ven. Mutin. et sic recte edidit Dindorfius. Fidem enim habeo grammaticis, qui *σκάω* attice circumflectendum esse dicunt (cf. Lobeckii Paralipom. p. 77.). Tum libri omnes *ἀεὶ νῶν* praeter Venetum, qui *ἀέλναον*. In Barocc. et Paris. C. ad *νῶν* adscriptum est scholium *ῥέον*, in Paris. D *νάον*. Vulgata utuntur Suidas s. *Σκάω ἀεὶ νῶν*: — *Σκάω δὲ ἀεὶ νῶν, τὸ ἀεὶ ῥέον. νάον, νῶν.* — *Ἀριστοφάνης Βατράχοις· Εἶτα βόρβορον πολὺν | καὶ σκάω ἀεὶ νῶν*, Eustathius p. 1625, 55 *Νάειν δὲ — ὄθεν καὶ τὸ νᾶμα γίνεται — καὶ τὸ ἀένναον, ὅπερ ὁμοίον ἐστὶ τῷ, ἀεὶ νῶν παρὰ τῷ Κωμικῷ*, et grammaticus in codice Coisliniano 178. Sed in eodem Suida male edidit Kusterus e Porti conjectura, *Ἀεὶ νῶν. τὸ ἀένναον*. Libri *Ἀεινόν*. Tu lege *Ἀείνων*, quomodo eadem glossa scribitur in Bekk. Anecd. p. 348, 1 *Ἀείνων*: τὸ ἀένναον. ubi item codex *ἀεινον* (sic). Recte hic emendarunt *ἀείνων* Elmslejus (Edinburgh Review fasc. XXXVII p. 73) et Buttmannus Gr. Gr. T. I. p. 245' ed. II, idque receptum est a Dindorfio, Bekkero, Bothio. Moeris p. 23. *Ἀείνων, Ἀττικῶς. Ἀένναον Ἑλληνικῶς*. At non minus attica forma quam *ἀείνω*s est *ἀέναος*, de cuius prosodia vide Hermannum ad Eurip. Ionem v. 117. Alteram vero *ἀείνω*s contractum est ex ionico *ἀέλναος* (Herodot. I, 93). Phrynichum atticistam sapit glossa in Bekk. Anecd. p. 347, 7—15, in qua exstat locus ex antiqua comoedia haud dubie repetendus,

Γλωττᾶν τέ σοι

δίδωσιν ἐν δῆμῳ φορεῖν

καλῶν λόγων ἀείνων·

ἢ πάντα κινήσεις (leg. νικήσεις) λέγων.

Confer ipsum Phrynichum Bekkeri p. 22, 16 *Ἀείζων*: *πάν τὸ ἀεὶ ζῶν. τοιοῦτον καὶ τὸ ἀείνων [καὶ τὸ haec dele] ἀένναον, καὶ τὸ σῶος σῶς, καὶ ζωδός ζωῶ· καὶ ζῶν ἡ αἰτιατική*. Constat, *τὴν Σοφιστικὴν Προπαρασκευὴν* non esse nisi integri operis Epitomen, ut vel titulus *Ἐκ τῶν Φρυνίχου* — ostendit. Ita vero etiam schol. ad Pacem 417 (414) dicit: *καὶ Φρύνιχος ἐν τῇ σοφιστικῇ παρασκευῇ οὕτω τίθησι τὴν λέξιν* de voce *ἀρματωλία*, quae apud Bekkerum omnino non invenitur. Praeterea vide glossas apud Moeridem p. 199 sqq. Quodsi cum brevi illa memoria Phrynichi comparaveris glossam bene longam in Bekk. Anecd. p. 347, 16—31, videbis hanc etiam e Phrynichi libro profluxisse. Afferuntur autem haec Aeschyli e Glaucō Pontio, *Ὁ τὴν ἀείζων ἄφθιτον πόαν φαγών* et versus Aeschyli sine dubio

indidem depromptus, *Καὶ γεύομαι πως τῆς αἰεζῶν πάας* (de quibus cf. Hermannum Opusc. T. II p. 65), praeterea haec Sophoclis fragmenta, *Ἀεζῶς γενεά*, et *φιλόζωος* et *αἰεζῶν* *ἔλκος*, denique e scriptore incerto, veruntamen tragico *αἰεζῶν πένθος*. In Supplicibus Aeschyli v. 966 *χώρα δ' ἄχθος αἰεζῶν πέλοι* pro *αἰεὶ ζῶν* vel *αἰεὶ ζῶν* restituerunt Bothius, Elmslejus, Burgesius, Wellauer.

V. 147. Venetus *ῥέδικηκε*, Baroccianus *ἔξενον ῥέδικησέ τις*. Vides autem in coenum demergi quum parricidas atque perjuros, tum etiam qui hospitii sanctitatem violassent; nam quae praeterea adduntur, ea Comici sunt ludentis. Cf. infra v. 274 sq. Pulchre vero observat Lobeckius Aglaoph. p. 807, fabulam hanc mysticam ex eo natam esse et in communem adeo vitam transisse, quod vetus opinio fuisset, delictis perjurii, parricidii, inhospitalitatis omnium gravissimas poenas divinitus propositas esse. Cf. Homerus II. γ, 354. Berglerus apte comparat Aesch. Eumen. 260.

V. 148. *τάργύριον*] *ἀργύριον* Baroccianus. Monstruose vetus liber Scalligeri, *Ἡ πόδα ποῦ κινῶν τ' ἀργύριον ὠφέλλετο*.

V. 149. *Ἡλόησεν* restituerunt Valckenarius ad Ammon. p. 21, A, Toupius (in Suid. II p. 102), Bruuckius, Porsonus (Append. ad Toup. p. 456), Dindorfius e Suidae codd. Leidensi et Oxoniensi sub *Ἡλοίησεν*: *ἡ μητιέ' ἡλοίησεν*. ἀντὶ τοῦ ἔτυπεν. οὕτως *Ἀριστοφάνης ἐν Βατραχίοις*. In Aristophane vulgo legitur *ἡλοίησεν*, et sic etiam Rav. cum glossa *ἔτυπεν*; *ἡλοίησεν* Parisinus A, *ἡλοίασεν* Cantabr. I, *ἡλοίωσεν* Baroccianus, *ἡλλοίωσεν* Parisinus D. Postremis lectionibus dicerem indicari *ἡλώησεν*, quum *ἀπηλωμένος* et similia interdum in codd. legantur et conferrem *ἄλωος*, *πατραλώας*, *μητραλώας*, nisi ob stare videretur idem vitium in glossa Photii p. 149, 9 *Κατηλοίωσεν*. Nam Attici quanquam antiqua verba *πατραλώας*, *μητραλώας* retinuerunt, iidem tamen constanter usi sunt forma *ἄλωων*, quam metrum requirit in Eubulo Athenaei XIV p. 622, *κατηλόηται γαστρός ἐν μίσφω κύκλος*, in Arist. Thesmoph. v. 2 *ἀπολεῖ μ' ἄλωων ἄνθρωπος ἐξ ἐωθινοῦ*, in fragmento Bekk. Anecd. p. 384, 5 (sive Bachmann. I p. 75, 28) *Ἀλωῶν*: ἀντὶ τοῦ περιάγων. ὡς οἱ ἄλωωντες βόες. οὕτως *Ἀριστοφάνης*: *ἄλωῶν χρητὰς γνάθους*. Porro *Ἀλωῶν*: *τύπτειν*, *βάλλειν*. καὶ τὸ θρύπτειν ἐπὶ τῆς ἄλω τὸν σίτον. Lege partim cum Boissonadio atque Bachmanno, — οὕτως *Ἀριστοφάνης* (Thesmoph. v. 2, ubi confer schol. Rav.). Porro *Ἀλωῶν*: *τύπτειν*, *βάλλειν*. *Ἀριστοφάνης*: *ἄλωῶν χρητὰς γνάθους*. καὶ τὸ κτλ. Brevem syllabam metrum postulat etiam in Pherecrate Bekk. Anecd. p. 379, 29 (Bachmann. I, p. 71, 5) sive apud Suidam sub *Ἀλοῶων*, siquidem dubitari vix potest, quin versus

Ἐποχρηγίους ἀλοῶσαντι εὐθὺς ἐκποιήσαι

pro asynarteto eoque Archilochio habendus sit. (Vidit nunc etiam Mei-

nekus Fr. Com. V. II P. I p. 279.) Quo in loco Pherecratem non *ἀλοήσαντα* dixisse sed *ἀλοάσαντα*, grammatici tradunt diserte. Ac de duplici flexu futuri *ἀλοήσω*, *ἀλοάσω* duce Etymol. M. p. 202, 7 Lobeckius ad Phryn. p. 204 egregie disseruit. Atque etiam in pedestribus scriptoribus attica forma *ἀλοᾶν* tantum non ubique legitur, veluti Demosth. in Phae-nippum 6, 3 B. *ἀπηλοημένος*, consentiente Harpocrate s. v. et Lucian. Icaromen. c. 15 *κατηλοημένος*. Contra poeticum *ἀλοιᾶν* exstat apud Homerum II. δ, 522 *ἀπηλοίησεν*, ι, 568 *ἀλοιᾶ*, Theocritum X, 48 *ἀλοιῶντας*, XXII, 128 *συνηλοίησε* serioresque poetas. Venio ad praeceptum Ammonii, *Ἀλοᾶν καὶ ἀλοιᾶν διαφέρει*. *Ἀλοᾶν μὲν γὰρ δασέως τὸ ἐπὶ τῆς ἄλλω πατεῖν καὶ τρέβειν τοὺς στάχνας*. *Ἀλοιᾶν δὲ ψιλῶς τὸ τύπτειν*. *Ἀριστοφάνης*. *Ἡ μητέρα ἡλοίησεν, ἣ πατὴρ γνάθον ἑπάταξεν*. *ἀφ' οὗ καὶ μητραλοῖαν φάμεν καὶ πατραλοῖαν*. Valckenarii enim conjecturae — *καὶ ἀλοᾶν* — *ἀλοᾶν* δὲ — *ἡλόησεν* vehementer obstat comparatio formarum *μητραλοίας* et *πατραλοίας*. Quare suas Ammonio argutias atque adeo ineptias relinquamus. Valckenarius ibidem: »Ms. pro *πατὴρ γνάθον* legit *πατέρα ἀγαθόν*. Ibidem deficit *ἑπάταξεν*: quod a Moschop. etiam omissum.« Neque tamen quisquam praeter Ammonium *ἀλοιᾶν* Atticis tribuere ausus est: nam Hesychii glossa *Ἀλοιᾶ* (codex *Ἀλλοῖα*): *Ἀττικῶς καὶ*. corrigenda est ex Homero II. ι', 568 et Bekkeri Anecdotis p. 384, 8. Sapientius cum *ἀλοῶ*, *ἀλοῶ* contulit *ἀγνοῶ*, *ἀγνοῶ* Eustathius p. 775, 9., plaudente Koenio ad Gregor. Cor. p. 294 Sch. Uberius caeteris grammaticis hoc verbum illustravit Phrynichus Bekk. p. 16. Ceterum detestabilis est Toupii explicatio, qui l. l. usque eo fuit Toupius, ut verbis *ἣ μητέρα ἡλόησεν* sententiam obscoenam subjiceret; et probavit has nugas Brunckio vertenti, *aut matrem permoluit*. At isto quidem modo *ἀλοᾶν* graece omnino non dictum est. Homo autem, qui *τὴν μητέρα ἡλόησεν*, quis tandem alius esse potuit quam *μητραλοίας*? Neque verba *ἣ παιδα κινῶν* ad hunc amplius locum pertinent, sed illa arte connectenda sunt, *Ἡ μητέρα ἡλόησεν, ἣ πατὴρ γνάθον ἑπάταξεν*. Postremo quotusquisque et ipse et mater in tantam libidinis insaniam potuit incidere? ego quidem praeter Cardopionem neminem ullum scio (Vesp. v. 1178). At multi omni tempore impii in parentes fuerunt, quos quum vulgus matre laesa graviore supplicio dignos putaret, ideo hic quoque mater priore loco nominata est. Vide Hermannum ad Nub. v. 1448 et Siebelisium ad Pausan. X, 28, 2. Adde Hom. Odyss. α', 300 II. ι', 461.

V. 150. *Ὀρχον* deest in Aldina, Juntina I, in plerisque edd. ante Kusterum, in cod. Elbing. Inter lineas a m. pr. habet Barocc. Primum *ὄρχον* additum est in Juntina II atque sic codd. Vatic. Cantabr. I et II Harlejan. Rav. Ven. Mut., credo etiam alii. Quodsi poeta *ἣ ὄρχον ὤμοσεν* scripsisset, dictione usus esset Epicorum, ut Hom. II. γ', 279. κ', 332. τ', 260. et passim apud Hesiodum. Rei etiam ipsius causa conferri meretur

primus locus Homeri et ultimus. Praeterea adi Huschkium De Archiloch. p. CCXXII.

V. 151. In luto jacet aeternoque supplicio afficitur etiam si quis e Morsimi tragoedia, qui fluebat ipse lutulentus, orationem exscripserit. Jocus est tanto praeclarior, quod haec singulari cum vi extremo loco posita sunt. Ita Morsimus nullo exspectante gravissime agitur. Similiter aliquis diris se devovet apud Ephippum Athenaei XI p. 482, d. *Διονυσίου δὲ δράματ' ἐκμαθεῖν δεοί, | καὶ Δημοφῶντος, ἅττ' ἐποίησεν εἰς Κόττον* κ. τ. λ. Schol. *τραγωδίας ποιητῆς, ψυχρός. ἔστι δὲ Φιλοκλέους υἱός. ἦν δὲ ὀφθαλμῶν ἰατρὸς ἀγαθός. ἦν δὲ καὶ μικρός. υἱὸν δὲ ἔσχεν Ἀμφιδάμαντα.* Similiter Suidas s. *Ἡ Μορσίμου*, ubi hoc versu allato mox pergit, — *ὁ γὰρ Μόρσιμος τραγῳδὸς ἦν, ποιητῆς ὑπόψυχρος* (immo *τραγωδίας ἦν π. ὑ.* ut hic schol. Rav.) *Φιλοκλέους, ὀφθαλμῶν ἰατρὸς, μικρός· υἱὸν δὲ ἔσχεν Ἀστυδάμαντα.* Plane Morsimi filio nomen erat Astydamanti, non Amphidamanti. Dicitur autem Astydamas major, egregius auctor tragoediae, de quo Suidas, *Ἀστυδάμας ὁ πρεσβύτερος: υἱὸς Μορσίμου τοῦ Φιλοκλέους, τραγικῶν ἀμφοτέρων, Ἀθηναῖος, τραγικός κτλ.* Sed minutum corpus velut hereditate Morsimus a Philocle patre acceperat, qui et ipse fuit *μικρὸς τὸ σῶμα* teste schol. Rav. ad Thesmoph. v. 168. Nec minus acerbe dictum est illud in Eqq. 399 *διδασκοίμην προσέδειν Μορσίμου τραγωδίαν.* Hunc Morsimum eundem medicum fuisse tradunt schol. ad Eqq. l. I. sive Suidas s. *Μόρσιμος καὶ Μελάνθιος*, oculorum medicum faciunt idem Suidas s. *Μόρσιμος* loco paenultimo et s. *Ἡ Μορσίμου*, denique schol. ad h. l. vix recte scribit, *ἦν δὲ ὀφθαλμῶν ἰατρὸς ἀγαθός.* Certe aliter sensit Aristophanes in fragmento nescio quo apud Hesychium, *Κλύμενος: ἰατρὸς ἀφνης, ὃν Ἀριστοφάνης φησὶν ἀναμειγθαι τῷ Μορσίμῳ, διὰ τὸ καὶ τὸν Μόρσιμον ἰατρὸν εἶναι ἀφνή.* ἦν δὲ καὶ τραγωδοποιὸς ἀφνης ὁ Μόρσιμος — . Compara Ran. 944 *εἴτ' ἀνέτρεφον μονωδίας, Κηφισοφῶντα μιννύς.* Hos igitur tam insulsos medicos confusos inter se atque conflatos quantas tandem aegrotorum strages edidisse putabis, quam multis longiori vitae destinatis artis suae professione spiritum eripuisse? Nomen isti scilicet et omen habebant, in quo ipso Aristophanem simul lusisse contendo. Quemadmodum enim *μόρσιμος* fatalem letalemque significat, ita *Κλύμενος* cognomen fuit Plutonis. Nempe Clymenus erat mysticus Pluto, is quidem, qui Hermionae coleretur, ut apparet e Lasi hymno in Cererem Hermioneam ap. Athen. X, 455, d sive XIV, 624, e atque e Pausania II, 35, 5., qui partim tantummodo rem intellexit. Ibidem §. 7 haec leguntur, *Ὅμοθεν δὲ τοῦ ναοῦ τῆς χθονίας ζωῆς ἐστὶν, ἃ καλοῦσιν Ἑρμιονεῖς τὸ μὲν Κλυμένον, τὸ δὲ Πλούτωνος* — , ut satis pateat, vel secundum Hermionenses Clymenum aliam fuisse, alium rursus vulgi Plutonem. Postea etiam vulgaris Pluto Clymeni cognomine dici coeptus est, sicut ab Ovi-

dio et in Epigrammatis apud Suidam s. *Κλύμενος*. Tum in scholio Veneto ad Vespas v. 1303 *Πλάτων Σκευαῖς ἄφαι μόνον οὐκ ἂν ἄκρῃ τῇ μορσίμῳ, ἵνα σου πατήσω τὸν Σθένελον μάλ' αὐτίκα* corrigendum puto,

Ἄφαι μόνον μου καὶ ἄκρῃ τῇ μορσίμῳ,

ἵνα σου πατήσω τὸν Σθένελον μάλ' αὐτίκα.

Alloquitur aliquis Morsimum dicitque *ἄκρῃ τῇ μορσίμῳ* pro *ἄκρῃ τῇ χειρὶ*, quia miseri istius medici manus erat veluti letalis (*μόρσιμος*). Rogat igitur Morsimum, ut se manu sublevet, quum vertigine corripiatur Stheneli tragoediam legere jussus. Cum loquutione *πατεῖν τὸν Σθένελον* confer Avv. 471 *Ἄλσῳπον πεπάτηκας*, proverbium Suidae (s. *Ἀρχίλογος*) *Ἀρχίλογον πατεῖς*, et Platonem in Phaedro p. 273, a *τὸν γε Τισίαν αὐτὸν πεπάτηκας ἀκριβῶς*. Idem scholiasta ibidem habet Aristophanis versus e Gerytade,

A. *Καὶ πῶς ἐγὼ Σθένελον φάγοιμ' ἂν ῥήματα;*

B. *εἰς ὅξος ἐμβαπτόμενος ἢ λεπτοὺς ἄλας.*

Posteriorem versum a Morsimo pronuntiatum esse censeo, qui utpote medicus alicui in os indiderit voces Stheneli grandiloquas, addito etiam praecepto, quo melius hoc novum medicamentum alvus reciperet. Quae si vere dicta sunt, fortassis etiam Aristophaneum illud apud Hesychium s. *Κλύμενος* ad Gerytadem referre licebit. Morsimus autem et Sthenelus quum ambo mali tragoediae auctores, fortassis etiam inter se amici fuerint, ambo simul iisdem comoediae locis derideri recte poterant. [Aliud Platonis e Laconibus sive Poetis fragmentum ita corrigit Meinekius *Fragm. Com. V. II P. II p. 640*

A. *ὅταν δὲ δέωμαι γωνιαίου ῥήματος;*

B. *τούτῳ παρίστω καὶ μόχλευε τὰς πέτρας,*

cui viro ob causam sat gravem Sthenelus tragicus videtur priorem versum eloquutus esse. Conjecturae addamus conjecturam atque altero versu *τούτῳ* ad Morsimum nostrum dubitanter referamus.] Jam vero quod Elmslejus ad Medeam v. 96 adnot. I Melanthium tragicum temere ac sine ullo auctore Philoclis tragici filium a Fabricio Bibl. Gr. T. II p. 310 ed. Harles. dictum esse affirmat: non est dubium, quin et Fabricius et Brunckius ad Eqq. v. 402 et alii confisi sint certissimo auctore, Aristophane in Pace v. 780 — *χορὸν δὲ μὴ ᾗχη Μόρσιμος, | μηδὲ Μελάνθιος, οὐ δὴ | πικροτάτην ὅπα γηρύσαντος ἤκουσ', | ἥνικα τῶν τραγωδῶν | τὸν χορὸν εἶχον ἀδελ— | φός τε καὶ αὐτὸς, ἄμφω | Γοργόνες ὀψοφάγοι — ἐορτήν*. Nam quum Morsimus et Melanthius fratres appellentur, Melanthium pariter atque Morsimum patre natum esse oportet Philocle, nisi forte placet ita hariolari, matrem eos communem habuisse, patres autem diversos. Scilicet Melanthii fratrem Morsimum ipsum dici totus locus clamat; neque vero fieri potuit, ut Morsimus tam paucis verbis perstringeretur, *χορὸν δὲ μὴ ᾗχη Μόρσιμος*, et in stropha quoque fratres tantum a communi parente

Carcino orti ridentur. Quare concedendum est, verba ἄμφω — πλατύ non minus ad Morsimum spectare quam ad fratrem ejus Melanthium. Scholiastae tamen quum multa turbant, loco absurde interpuncto, tum ii certe, qui εἶχεν pro εἶχον scripserunt Melanthiique fratrem poëtam tragicum fuisse negarunt, aut falso Melanthii fratrem a Morsimo distinguebant, aut Morsimum ipsum omnino non noverant. Fuisse tamen etiam inter grammaticos, qui Morsimum atque Melanthium fratres bene h. l. agnoscerent, Suidas ostendit s. *Μελάνθιος καὶ Μόρσιμος*: λέγει Ἀριστοφάνης περὶ αὐτῶν οὕτως· Ἄμφω Γοργόνες ὀφιοράγοι — et iterum s. *Μόρσιμον καὶ Μελάνθιον*: ἄμφω διαβάλλει Ἀριστοφάνης, λέγων οὕτω· Γοργόνες ὀφιοράγοι — . Dicit autem poëta, se insuavissimam amarissimamque vocem Melanthii canentis audivisse, quum et frater ejus et ipse tragoediam docerent. Necesse est igitur, illo tempore Morsimum tragoediam scripsisse, Melanthium autem in ea actoris partes atque cantoris egisse. Quaeres fortasse, quatenam fuerit illa Morsimi tragoedia, in qua Melanthius actor et, ut videtur, actor primarum nimis absurdo cantu populum offenderet. Nobis vero certum est respondere, illam Morsimi tragoediam *Medeae* nomine inscriptam fuisse. Ducem enim sequamur Aristophanem in ipsa Pace v. 977. κατὰ Μελάνθιον | ἦκειν ὄστρον εἰς τὴν ἀγορὰν, | τὰς δὲ πεπρᾶσθαι, τὸν δ' ὀτοτύζειν, | εἶτα μονοψεῖν ἐν Μηδείας, | » ὀλόμαν, ὀλόμαν ἀποχηρωθεῖς | τὰς ἐν τεύτλῳ λοχευόμενας, « | τοὺς δ' ἀνθρώπους ἐπιχάειν. Neque enim, qui modo aliquem harum rerum sensum habebunt, poterunt negare, illum ipsum Melanthii cantum sanequam amarum, quo in Morsimi fratris tragoedia sibilos atque cachinnos hominum commoverat, non minus hoc loco, quam superiore derideri. Scholiastae partim aliquam Melanthii ipsius Medeam existisse volunt, partim (credo quod illam quidem nullam scirent fuisse) hanc parodiam ineptissime ad Medeam referunt Euripidis. Qui si reputassent, Melanthium cantorem Medeae, non etiam poëtam fuisse, Morsimi Medeam vixdum quaesitam haud dubie inventuri fuissent. Quocirca Morsimus in Medea ita erat loquutus, Ὀλόμαν, ὀλόμαν ἀποχηρωθεῖς, quae verba Jasonis fuisse Elmslejo adsentior. Aristophanes vero Aeschyli reverentia nihil deterritus Philoclem, Aeschyli e sorore nepotem acerbè vexavit, de qua re dixi ad Thesmoph. v. 168; itemque filios ejus Morsimum atque Melanthium modo singulos modo etiam conjuncte irrisit. Neque enim satis habuit vetus comoedia cives singulos proscidisse, nisi omni genere acerbitalis etiam in familias totas saevire coepisset, veluti in Automenem ejusque filios in Vespis v. 1275 sqq., in Carcinum et filios Vesp. v. 1501 sqq. atque iterum Pac. v. 763 sqq.

V. 152. Vulgo, νῆ τοὺς θεοὺς ἐχοῖν γε πρὸς τούτοις καὶ | τὴν πυρρὴν — . Ravennas τούτοις καὶ εἰ, Cantabr. I. τούτοις εἰ, Borgianus τούτοις κείσθαι e v. 146, Barocc. πυρρὴν. Posteriores versum olim fuerunt, qui

ita legerent, ἢ *πυρρόλιν* τις ἔμαθε τὴν *Κινησίον*, et simili modo Suidas s. *Πυρρόλιν* assert, *Πυρρόλιν* (sine articulo) ἔμαθε τὴν *Κινησίον*. Articulum τὴν *πυρρόλιν* ineleganter positum olim removeram scribendo, νῆ τοὺς θεοὺς ἔχοῖν γε πρὸς τούτοις ἔτι | καὶ *πυρρόλιν* — . Nunc vero edidi, νῆ τοὺς θεοὺς ἔχοῖν γε πρὸς τούτοις καὶ | εἰ *πυρρόλιν* — . Quippe καὶ ubi etiam significat, in fine trimetrorum recte poni posse videtur. Confer Hermannum in *Elementis* D. M. p. 119 et 140. Scholiasta, — *τινὲς δὲ οὐ γράφουσι τὸν νῆ τοὺς θεοὺς αὐτὸν στίχον, ἀλλ' ἀφαιροῦσιν αὐτὸν καὶ τὸν ἐξῆς οὕτω γράφουσιν*· ἢ *πυρρόλιν* τις ἔμαθε τὴν *Κινησίον*. α διὸ καὶ Ἀριστοφάνης *παραιτίθῃ* τὸ *ἀντιλογίμα* καὶ τὸ *σίγμα*. Attigi haec ad *Thesmoph.* p. 52. De antisigma signo vide *Diog. Laërt.* III, 66 ibique *Menagium* T. II p. 162. At minime versus 152 νῆ τοὺς θεοὺς — pro arbitrio delendus est. Vehementer enim languet haec talis oratio, ἢ *Μορσίμου* τις ᾗσιν ἐξεγράψατο, | ἢ *πυρρόλιν* τις ἔμαθε τὴν *Κινησίον*. Verum enim vero scholiasta Aristophanis Byzantii sententiam omnino non videtur intellexisse. Nam quum antisigma, *Diogene* et *Isidoro* testibus ad eos quoque versus positum sit, quorum ordo permutandus esset, quumque altera lectio apud scholiastam ἢ *πυρρόλιν* τις — initio illius versus ἢ *Μορσίμου* τις — simillima sit: non dubito, quin critici quidam veteres ordine versuum 151 et 153 permutato totum hunc locum ita scripserint,

— ἢ μητέρ' ἠλόησεν, ἢ πατρὸς γνάθον
 ἐπάταξεν, ἢ ἴορκον ὄρκον ὤμοσεν,
 ἢ *πυρρόλιν* τις ἔμαθε τὴν *Κινησίον*.
Διον. νῆ τοὺς θεοὺς ἔχοῖν γε πρὸς τούτοις καὶ
 εἰ *Μορσίμου* τις ᾗσιν ἐξεγράψατο.

Ceterum recte habet versuum ordo vulgaris, siquidem atroci *Herculis* orationi multum gravitatis addit postremus versus ἢ *Μορσίμου* τις — non item alter ἢ *πυρρόλιν* τις — in fine quidem positus.

V. 153. ἔμαθεν *Rav.* Kusterus assert locum mutilum nec nisi codicum ope sanabilem *Diomedis* grammatici L. III p. 472 ed. Putsch. (p. 113 ed. Colon.) de pede pyrrhichio. Sed de *Cinesiae* poesi non honorificentias statuit *Pherecrates* apud *Plutarchum* *Moral.* p. 1141, e, ubi *Musice* loquitur, *Κινησίας* δ' ὁ λακκατάρατος Ἀττικὸς, | ἐξαρμονίους καμπὰς ποιοῦν ἐν ταῖς στεροφαῖς, | ἀπολάλε' ἔμ' οὔτως (immo οὔτω μ' ἀπολώλεχ'), ὥστε τῆς ποιήσεως | τῶν διθυράμβων, καθάπερ ἐν ταῖς ἀσπίδι, | ἀρίστερ' αὐτοῦ φαίνεται τὰ δεξιὰ. Pyrrhichis masculis scribendis effoeminatus homo sine dubio impar erat, si vera est *Athenaci* sententia XIV, 631, b *τακτέον* δ' ἐπὶ τῆς *πυρρόλιν* τὰ κάλλιστα μέλη καὶ τοὺς ὀρθίους ἑυθμούς. Cf. *Nub.* 647 ἐπαύονθ' ὁποῖός ἐστι τῶν ἑυθμῶν | κατ' ἐνόμιον — . Scilicet magnis *Panathenaeis* quum pyrrhiche saltabatur (*Lysias* *De Muner.* *Acceptis* init. *Ari-*

stoph. Nub. v. 988), tum inter saltandum odae caneantur, quibus et ipsa nomen erat *πυρρίχη* (Perizonius ad Aelian. V. H. III, 8.). Praeter Cinesiam, dithyrambicum poetam etiam Phrynichus tragicus pyrrhichas scripsit; schol. ad Vesp. v. 1481 sive Suidas s. *Φρύνιχος Μελανθᾶ — ἐποίησε καὶ Πυρρίχας*; paullo aliter de eodem Aelian. V. H. III, 8 *ἐπεὶ τοῖς πυρρίχισταῖς ἐν τινι τραγωδίᾳ ἐπιτήδεια μέλη καὶ πολεμικά ἐξεπώνησεν* et schol. ad Ran. v. 687 *τραγικός Φρύνιχος Ἀνταῖω δράματι περὶ παλαισμάτων πολλὰ διεξῆλθεν — τινὲς δὲ τοῦτον κωμικὸν (immo τραγικὸν) ποιητὴν λέγουσιν, ὃς κινουμένους τοὺς χοροὺς εἰσήγε καὶ παλαίοντας. Vide Bentlejum in Opusc. p. 295 Lips. falsum illum tamen in eo, quod Phrynichum tragicum cum Phrynicho imperatore temere ab Aeliano confundi opinatur. At tantum abest, ut Aelianus de Phrynicho duce, Stratonidae f. ullo modo cogitarit, ut de tragico Phrynicho unice exponat rem nec per se incredibilem et simillimam iis, quae Aristophanes Byz. de Sophocle narravit in argumentis Antigonae, *Φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἡξιώσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. Verum scholiasta ad h. l. sive Suidas s. Πυρρίχαις quod ita loquuntur, Κινησίας διθυραμβοποιὸς, ὃς ἐποίησατο (recte Suidas ἐποίησε) πυρρίχην. ἢ ὅτι ἐν τοῖς χοροῖς πολλὴ κινήσει ἐχρήσατο. inepte dubitant, utrum ille pyrrhichas revera scripserit (id quod certum esse debet), an potius hic dithyrambi ejus propter similitudinem quandam pyrrhichae nomine appellentur. Illa autem verba utriusque, ἦν δὲ καὶ τὸ σῶμα ὀκνηρὸς καὶ κατεσκελετενικῶς, corruptit Kusterus narravitque procul dubio scribendum esse, τὸ σῶμα μικρὸς, oblitus scilicet prae nimia festinatione Athenaei XII, 551, d' *Ἦν δ' ὄντως μακρότατος καὶ λεπτότατος ὁ Κινησίας — ἵνα μὴ κάμπηται διὰ τε τὸ μῆκος καὶ τὴν ἰσχνότητα. Postremo scribere illi non debebant, Ἦν δὲ Θηβαῖος, quando hunc Cinesiam Atheniensem fuisse praeter alios docet Pherecrates, Κινησίας δ' ὁ παγκατάρατος Ἀττικός. Nec tamen Ἀθηναῖος pro Θηβαῖος conjicere audeo; fieri enim potuit, ut alter Cinesias natione Thebanus fuerit isque a scholiastis cum Atheniensi confusus sit. Certe duo Athenis Cinesias exstitisse apparet e schol. ad Avv. 1379 ὁ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις δύο φησὶ γεγονέναι, atque ex Athenaeo XII, 551, e ὅτι δὲ ὁ ποιητὴς ἴσκι καὶ οὐχ ἔτερος, σαφῶς αὐτὸς ὧν σημαίνεται ἐκ τοῦ — . (Cf. nunc Meinekium Histor. Com. p. 229). Ecce vero in Suida primum Kusterus jocularum utique errorem sustulit Erasmi, Schotti, Porti, qui commixtis Babrii et Aristophanis locis proverbium excogitarunt hoc exemplo, *Ἢ κάμπος πυρρίχην ἔμαθε τὴν Κινησίου, Camelus pyrrhichen didicū Cinesiae!****

V. 154. *as* abest a Barocciano. Tum recte Brunnkius *περίεισι*. Libri omnes *περίεισι*, credo etiam Rav. Ven. Mut.

V. 156. *μυρρίνωας* Elbing

V. 157. *ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν* Elbing. At Graecos in hoc genere lo-

quendi (id est omnino in gravi oppositione) copulam fere omittere observavit Kusterus. Mutinensis *πολὸν χειρῶν κρότον*.

V. 158. *δὴ* abest a Barocciano. Ac saepe pro *δὲ* *δὴ* tantum *δὲ* scribunt librarii, ut in Avv. 415 *λέγει δὲ δὴ τίνας λόγους*; ubi *δὴ* omittunt Rav. et alii quidam.

V. 159. Accipe primum veram explicationem loci facillimi, quem tamen intellexit nemo. Verba *ὄνος ἄγων μυστήρια* nihil aliud significant, nec possunt significare, quam hoc: *asinus, qui mysteria festum celebrat*. Nam Eleusiniolorum tempore quum ingens hominum multitudo Athenis multos dies abfutura Eleusinem proficisceretur, asinis vulgo uti solebant, qui graves sarcinas ferrent atque vestem, cibum, viaticum variam denique suppellectilem dorso portarent. Jam proverbium ex ea re natum *ὄνος ἄγων μυστήρια* haud dubie de iis dictum est, qui misere ipsi laborarent, quo aliis bene esset et musice, sive qui molestias rei omnes exhaurirent, fructum autem e re alias jucundissima omnino nullum perciperent. Sic infelix ille asinus mysticus concelebrat ille quidem mysteria, veruntamen nihil aliud quam sarcinas portat, neque quidquam ex Eleusiniis capit utilitatis, immo aliis diu ac multum laetaturis tanta fert onera, non sibi. Eadem vero causa ejus est, qui se cum hoc asino recte comparat, Xanthiae, quippe qui jam dudum onera ferat gravissima, uni autem ferat Baccho, non etiam sibi, neque ex toto itinere quidquam videatur lucraturus esse, nec mentionem quidem ullam sui a Baccho factam esse indigne ferat. Proverbio nostro *ὄνος ἄγων μυστήρια* simillimam vim habet loquutio (quae et ipsa in proverbium abisse videtur) *νεκρὸς ἄγων ἐναγίσματα*, ut didici e Luciano De Merc. Cond. c. 28. Apte Solanus ibi confert versum in schol. ad Eqq. 531 sive Suida s. *Δελφὸς — Δελφὸς ἀνὴρ, στέφανον μὲν ἔχων, δίψει δ' ἀπολωλώς*. Nostrum vero locum recte interpretatur Photius p. 336, 22 *Ὅνος ἄγων μυστήρια: π^α (παροιμία) ἐπὶ τῶν ἐτέροις πακοπαθούτων καὶ παρεχόντων εὐφροσύνην· διὰ τὸ τῷ καιρῷ τῶν μεγάλων μυστηρίων ἐξ ἄστεος Ἐλευσινά δε τοὺς ὄνους κομίζειν αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια· τότε γὰρ θλίβονται μᾶλλον, τὰ πρὸς τὴν χρεῖαν ἀγόμενα βαστάζοντες*. Nec male schol. Ven. ad h. l. *ἀντὶ τοῦ ἐγὼ ὁ ὄνος εἶμι μευημένος*. Suidas s. *Ὅνος ἄγων μυστήρια* hoc proverbium in eos cadere statuit, quibus aliqua res gravior praeter meritum obtingat (*ἐπὶ τῶν παρ' ἀξίαν τι πρᾶττόντων*); quasi vero asini non sit hoc ipsum, bajulare. Alios grammaticorum locos utpote levissimos omitto, praesertim jam collectos a Meursio Eleusin. c. XXXI. Sed operae pretium est, ad interpretum ruinas animum attendere, a quibus asinus mysteriorum etiam post mortem infelix indignis modis vexatus est. Ac primum mysticos praetereo eorumque somnia tacenda puto, qui partim jam Lobeckio poenas dederint in Agtaoph.

p. 56. Deinde nemo crederet, Demonem (scilicet in libris *περὶ παροιμιῶν*) verbum *ὄνος* de lapide molari, non de asino accepisse, nisi testatus esset Photius p. 337, 6. Eodem fere modo Suidas s. *ὄνος* ἄ. μ. Tum lepida haec est explicatio Eustathii *asinus*, qui ad *mysteria* proficiscitur p. 640, 27. Vulgo autem sententiam hanc esse putant, *asinus portans* (ferens, vehens) *mysteria*, quemadmodum Frischlinus, Kusterus, Brunckius, Welckerus, Vossius reddiderunt; quam opinionem ut diligenter refellam auctoritate moveor Lobeckii, qui eam non dubitavit probare. Primum non intelligo, quam occasionem ulli proverbio dare potuerit *asinus res portans mysticas*, aut quatenam vis tam miro proverbio possit subjecta esse; par est enim conditio asini, sive sacra portat, sive profana. Neque omnino statuere possum, cujusmodi tandem fuerint illa, quae ab asino ferrentur *mysteria*; certum enim habeo, qui Iacchum afferat, fore neminem. Crederes profecto, *mysteria Eleusinem* non magis portanda fuisse, quam aquas in mare mittendas; *γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, φασί*. Jam vero, si tamen graece scio, *ὄνος ἄγων μυστήρια* necessario esse debet *asinus*, qui *mysteria celebrat*; neque enim *μυστήρια ἄγειν* aliter dictum est, atque *ἄγειν Διονύσια*, *Ἀρθεστήρια*, *Θεσμοφόρια*. Quid, quod vox illa τὰ *μυστήρια* ne dicta quidem est unquam de rebus mysticis, quae tanquam onera transportentur. Nam inepte loquutus est Suidas s. *Ἀρόρηφορία* — καὶ Ἀρόρηφόροι αἱ τὰ ἄρόρητα φέρουσαι μυστήρια atque Etymol. M. p. 149, 15 *Ἀρόρηφόροι*: — παρὰ τὸ ἄρόρητα καὶ μυστήρια φέρειν. Quanto melius grammaticus Bekk. Anecd. p. 446, 28 *Ἀρόρηφορεῖν*: τὸ τὰ ἀπόρόρητα καὶ μυστικὰ φέρειν. Nihil huc pertinet Pollucis locus apud Lobeckium X, 191 ἔστι δὲ καὶ Ἑλένη πλεπτόν ἄγγεῖον — ἐν ᾧ φέρουσιν ἱερὰ ἄρόρητα τοῖς Ἑλενηφοροῖσι. Neque enim licet *mysteria* et festa portare; plane autem licet ferre sacra, velut apud Horat. Sat. I, 3, 11, ibid. II, 8, 13 et Cic. in Verrem II, 4, 3. Porro autem *ὄργια* quum saepe *orgiorum sacra vel sacrificia* declarent, ne his quidem exemplis quidquam effectum est, Plutarch. in Caesare c. 10 ἡ Ἀσκληλία τὰ μὲν ὄργια τῆς θεοῦ κατέπανσε καὶ συνεκάλυψε. Theocrit. XXVI, 13 οὐδ' ἐτάραξε ποσὶν μανιώδεος ὄργια Βάκχῳ. Statius Achill. II, 137 Quid si *Bacchea ferentes* | *Orgia*, Palladias aut circum videris gras? Quorum nihil eo poterit valere, ut qui cistas mysticas humeris ferat, (Graeci dixerunt *ἀπόρόρητα φέρειν* sive ἱερὰ ἄρόρητα φέρειν) is recte atque ratione dici videatur ipsa ferre *mysteria*. Nostro autem versu *ἔγωγ' οὖν* (vitium frequens pro *ἐγὼ γούν*) tandem aliquando correxit Bekkerus, incertum an e codicibus Rav. Ven. Mut. Pro *ἄγων* Ravennas legit *ἄγω*, quae manifestata est grammaticorum conjectura. Sed *ἄγων* hic agnoscent Photius l. l. sub *ὄνος ἄγων μυστήρια*, scholiastes in lemmate, Suidas bis l. l. Tarrhaeus; unus autem Hesychius habet glossam *ὄνος ἄγει μυστήρια* (non *ἄγων*). Recte vero *ἄγων* intellecto *εἰμι* e v. 158. Proverbia enim brevitati

student, plenam et integram orationem saepe respuunt. Igitur modo participiis utuntur, veluti *πρωτὸς λουτροῦ περιγιγνόμενος* (Vesp. 604), *ὄνος αὐτολυγέων* (Lucian. D. Meretr. XIV, 4), modo verbum ipsum intelligendum relinquunt, ut *ἄνω ποταμῶν*, vel *ἡ ἄμαξα τὸν βοῦν* vel *ὁ νεβρός τὸν λέοντα*.

V. 160. *αὐτὰρ Mutin. Ταῦτα* omisso nomine *τὰ σκεῦη, τὰ σφάματα* illustravi ad Thesmoph. p. 561. — Ibid. *τὸν πλείω χρόνον*] Recte habet articulus. Dobraeus affert Thucyd. IV, 117 *ἐς τὸν πλείω χρόνον*. Adde Nub. v. 462 *τὸν πάντα χρόνον*. Aeschyl. Prometh. 95 *τὸν μυριετῇ χρόνον*, Agam. v. 607 *ἐς τὸν πολὺν — χρόνον*, Eumen. 542 *εἰς τὸν αἰαντῇ χρόνον*. De industria autem servus hoc demum loco sarcinas abjicit, ut statim quinto abhinc versu cum spectatorum risu iterum eas tollere jubeatur.

V. 161. *φράζουσ' ἀπαξάπαν Venetus, ἂν deest in Mutin.* Tum omnes edd. ante Brunnkium *δέει*. Sed *δέη* tres codd. Parisini, Elb. Rav. Barocc. Ven. Mut. *δέη* Monac. Cantabr. I et II. Herculis persona abest a Cantabr. II.

V. 163. *οἰκοῦσι* edd. omnes ante Kusterum et cod. Elbing. Vix credo in Rav. Ven. Mut. esse *οἰκοῦσιν*. Jam vero quod initiatum ad ipsum Platonis ostium habitare dicuntur, id nequaquam temere finxit Aristophanes, sed vulgo ab omnibus creditum et hic et infra v. 436 repetit. Nemo enim ferme dubitabat, quin initiatum post mortem convictu deorum uterentur, ut apparet e Platonis Phaedone p. 69, e et ibid. p. 81, a. De ea re disputatum esse a Fischero ad Aeschin. Axioch. §. 10 et Wytttenbachio ad Plutarch. de aud. poet. p. 221 docuit me Lobeckius Aglaopham. p. 810. Ceterum ad hunc versum 163 spectare puto scholium, quod vulgo ad v. 158 referunt, *λόγος γὰρ ἐκράτει παρ' Ἀθηναίοις, ὥς ὁ τὰ μυστήρια διδάχθεις μετὰ τὴν ἐνθύνδε τελευτὴν θείας ἡξιοῦτο τιμῆς. διὸ καὶ πάντες πρὸς τὴν μύησιν ἔσπευδον*. Inaudiverat homo de hoc convictu deorum, sed idcirco minime debuit initiatum honores tribuere divinos.

V. 164. 165. *ὦ δελφὲ πολλὰ Mutin. Χαῖρε*, qua formula Hercules abiens et domum intrans utitur, ad mortuos, qui in Orcum descenderent, dici solitum esse Biagi (Monum. Gr. Mus. Nan. pp. 282. 287) et Beckius contendunt. Ita sane Eupolis in Demis p. 36 Rasch. *Ἀναθῶμεν νῦν χήμεις τοῦτοις ταοδὶ τὰς εἰρεσιδῶνας | καὶ προσαγγέλωμεν ἐπελθόντες. Χαίρετε πάντες*. (Chori verba sunt ad umbras demagogorum in Orcum redeuntes) et Virg. Aen. XI, 97 *salve aeternum mihi, maxime Palla | aeternumque vale*. Cf. eundem II, 644. III, 68 et quae infra dicturus sum ad v. 1176. Vicissim morientes et ad inferos descensuri saepissime ipsi dicunt *χαῖρε* vel *χαίρετε*, ut in Eurip. Phoeniss. v. 1453 et Aesch. Pers. 840. At haec omnia nihil ad locum nostrum; neque enim aut mortuus erat Bacchus, aut moriturus. Praeterea Bacchi responsio *νῆ Δία* longe aliam explicationem poscit. Quin

χαῖρε πολλά omnino est valedicentis: etiam atque etiam vale, multum vale. Aptissime, ut ne aculeos quidem desideres. Nam Bacchus, deus πάντων χαίρων τῷ χαίρειν, Orcum cummaxime subiturus erat, locum utique tristissimum. Sed magis festive respondet alter, νῆ Δία, καὶ σύ γε ὕγλαινε. Alias ὕγλαινε dicere solent, qui valedicunt discedentes, velut in Eccles. v. 477 XP. ἀλλ' εἰμι· σὺ δ' ὕγλαινε. BAE. καὶ σύ γ' ὦ Χρέμης. Verum enim Bacchus hoc potius vult: cura ut mente sis bene sana, σῶζε τὸν παρόντα νοῦν, ne forte, ut quondam, insanias et iterum furere incipias, mi Hercules. Nempe etiam qui sanam mentem alteri exoptant verbo ὕγλαινε utuntur. Notum est illud Athenaei VII, 289, e Μενεκράτης Ζεὺς Φίλιππον χαίρειν. — πρὸς ὃν ὡς μελαγχολῶντα ἐπέστειλεν ὁ Φίλιππος· Φίλιππος Μενεκράτει ὕγλαίνειν. Cum Athenaeo consentit Aelianus V. H. XII, 51., Plutarchus autem Philippo Agesilaum substituit in Agesilao c. 21. Sic etiam Augustus iratus apud Plutarchum Morat. p. 902 ad Fulvium secreti proditorem, Χαῖρε, Καῖσαρ dicentem, Ὑγίαινε inquit, Φούβιε. Eadem de causa Hephaestio paene extra se positus est, quum verbo lapsus Alexandrum ita alloquutus esset, Ὑγίαινε, βασιλεῦ, ut est in Luciano Pro Lapsu in Salut. c. 8. Ipse vero Lucianus quum in eundem errorem incidisset (dixerat autem ad summae dignitatis virum mane salutatum veniens ὕγλαινε pro χαῖρε) sui excusandi causa totum adeo libellum, eum ipsum quem modo dixi scribendum putavit. Quo quidem libello caute utendum est, quum Lucianus purgandi sui causa non solum voculam Ὑγίαινε mira laude efferat, sed etiam de industria justo loquatur obscurius, ut errorem a se commissum legat, qui nunc a nobis apertus est patetque omnibus. Recte tamen Lucianus c. 12 ἔτι δὲ ὁ μὲν χαῖρε εἰπὼν μόνον εὐφήμεν τῇ ἀρχῇ ἐχρήσατο καὶ ἔστιν εὐχὴ τὸ πρῶγμα· ὁ δὲ ὕγλαίνειν παρακλεινόμενος καὶ χρήσιμόν τι δοῦν καὶ ὑπομιμνήσκει τῶν πρὸς τὸ ὕγλαίνειν συντελούντων, καὶ οὐ συνεύχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ παραγγέλλει. Etenim ὕγλαινε proprie significat: cura ut sit mens sana in corpore sano. Recte etiam Lucianus χαῖρε olim matutinam solum salutationem fuisse negat c. 2, suo autem tempore fuisse ait c. 1. Cum his partim consentit scholiasta Luciani. Αἱ γάρ τοι τῶν παλαιῶν προσήσεις αἱ μὲν ἐσθιναι, χαῖρε, αἱ δὲ ἐσπεριναι, ὕγλαινε. Quin etiam Artemidorus I, 85 testatur, formulas ἐξόμσο atque ὕγλαινε non in agendi initio usurpatas esse, sed a discedente et cubitum eunte. Scilicet χαῖρε proprie significavit *salve* in prima salutatione, contra ὕγλαινε *vale*, quum alteri valediceres. Attamen verbum χαῖρε saepenumero est etiam *vale* atque adeo, quemadmodum latina vox *ave*, de utroque salutandi genere ponitur. Longe alia ratio est verbi ὕγλαινε, quod plerumque significat *vale* in discessu, per raro autem nec fore nisi ob certas causas *salve* in prima salutatione. Quare Lucianus multum sane laboravit, neque eo minus tamen praeclare

effecit atque demonstravit liquido, *ὕγλαινε* etiam latino verbo *salve* respondere. Primum enim callide usus est inscriptione epistolarum: quae quum vulgo a formulis *χαίρειν* sive *εὖ πράττειν* ordiri solerent, desinere autem in verba *ἔρῳσο* sive *ὕγλαινε*, Lucianus ostendit ab usitata ratione ita discessum esse, ut et Pythagorei (c. 5) et Epicurus (c. 6) et Ptolemaeus Lagi (c. 10) a verbo *ὕγλαινε* epistolas inchoare suas non dubitarent. Praeterea vero etiam tragicos poëtas atque comicos verbum *ὕγλαινε* ita ut esset *salve* usurpasse, aptissimis certissimisque exemplis monstravit duobus, altero Alexidis comici, altero tragici Achaei c. 6. *πολὺν δ' ἂν καὶ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ* (?) *καμφοδίᾳ* εὖροις τὸ *ὕγλαινε*ν, *πρῶτον εὐθὺς λεγόμενον* — ὁ δ' Ἄλεξις.

᾿Ω δέσποθ' ὕγλαιν', ὡς χρόνιος ἐλήλυθας.

ὁ δ' Ἀχαιὺς,

Ἦκω πεπραγὼς δεινὰ, σὺ δ' ὕγλαινέ μοι.

Denique cum nostro loco conferre licet Plaut. Curcul. II, 1, 20 Ca. Salve Palinure. Pa. o scelerum caput, | salveto. (Aegrotus tum erat Capadox.) Hic quoque Brunckius Plautum feliciter imitatus est versione sua: Sed multum vale, o frater. Bacchus. Ita fexit Jupiter! et tu quoque *valeto*.

V. 166. *πρὶν καὶ καταθέσθαι*;] Hoc vult, se onera vixdum deposuisse, sed utitur veritatis superlatione. Vide nostras Quaestl. Luc. p. 68.

V. 167. *μίσθω σέ τινα* Monac. et v. 165 *στροφάτ' Elb.*

V. 168. *ὅστις ἐπὶ τοῦτ' ἔρχεται*] scil. *ἐπὶ τὸ ἐκφέρεισθαι, ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν*, quicumque huc venit, ut efferatur. Alibi *βαδίζειν* sive *ἀκολουθεῖν* sive *ἀπαντᾶν* sive *ἦκειν ἐκ' ἐκφορὰν* significant exsequias ire, alienum funus celebrare. Vide Hemsterhusium ad Plut. v. 1009.

V. 169. *ἔάν δὲ μῆϋρω*;] Ita libri omnes praeter Elb. et Monac. in quibus est *ἂν δὲ μὴ εὖρω*. Crasis aliis in edd. aliter notata est, in Ald. Junt. I et II *ἔάν δέ μ' ἦυρω*; (vel *ἦύρω*;) in Bekkeriana *ἔάν δὲ μὴ ὕρω*; fortasse e Rav. Ven. Mut. Haec vero crasis *μῆϋρω* in dubium revocari non potest. Nam si *μὴ οὐ* semper unius syllabae est, si Aristophanes *μὴ αὐτὸν* in *μηϋτὸν* contraxit (vide ad Thesmoph. p. 524), non intelligo, quid tandem etiam *μηϋρω* pro *μὴ εὖρω* scribi impediatur, praesertim quum *μὴ* cum vocalibus facillime coalescat, ut in *μᾶλλὰ, μῆμεις*. An forte, quum multi nunc *ἦϋρον* scribere pro *εὖρον* non dubitent, parum atticus esse sonus videbitur *μηϋρω*? Et aptissime dicit, *ἔάν δὲ μὴ εὖρω* scil. *τινὰ τῶν ἐκφερομένων*. Scholiasta, *Ἐάν δὲ μῆϋρω: ἀντὶ τοῦ ἔάν δὲ μὴ εὖρω. γράφεται καὶ ἔχω, ἦγουν ἔάν δὲ μὴ ἔχω ἀργύριον ἵνα λείπῃ τὸ ἀργύριον*. Nimirum *ἔάν δὲ μὴ ἔχω* nihil amplius est, quam infelix conjectura grammatici, cui, ut erat cerebrosus, *μηϋρω* crasis raro alias obvia stomachum commoverat. Verissime Hermannus probat *ἔάν δὲ μὴ εὖρω*, alteram vero *μὴ ἔχω* repu-

diat, quo recepto certe non ἀργύριον, sed *τινα τῶν ἐκφερομένων* cogitatione addendum fuerit. Apud Sophoclem Antig. v. 225 πολλὰς γὰρ ἔσχον φροντίδων ἐπιστάσεις in quibusdam codd. εὖρον legitur, quod quum deterius esse vulgato Erfurdius vidisset, illico etiam in Aristophane probavit ἐὰν δὲ μὴ ᾿χω. At, credo, sua cuique loco natura est, nostra nostro. Praeterea μὴ ᾿χω probarunt Bothius quum olim, tum nuperrime et Dindorfius, qui ut ostendat εὖρον interpretationis speciem habere, in ed. tertia parum apte confert schol. ad Plut. 476 — ἵνα μὴ εὖρωσιν ἀνακύνθαι. At in hoc scholio diserte additus est Infinitivus.

V. 170. Vulgata lectio *τινες ἐκφέρουσι*, quae in Aldina Juntinis omnibusque edd. ante Dindorfium est, in codd. perpaucis reperitur, in Parisino C (qui idem τὸν νεκρὸν), in Veneto et (qui et ipse τουτονὶ τὸν νεκρὸν) Mutinensi. Plerique codd. exhibent *τινες φέρουσι*, Ravennas, Barocc. Cantabr. I et II. Parisini ABDE, duo Harlejani apud Elmslejum ad Acharn. v. 127 (p. 61 Lips.) Monacensis et (qui νενεκρὸν pro νεκρὸν) Elbingensis. Elmsleji correctionem *τιν' ἐκφέρουσι* post Dindorfium recepi. Nam ut *τινὲς* manifesto falsum, ita *ἐκφέρουσι* aptissimum, praesertim post v. 168 *τινὰ τῶν ἐκφερομένων*. Cavendum est autem, ne quis deceptus plurimorum librorum scriptura *τινες φέρουσι*, in quibus plane est etiam codex codicum, Ravennas, forte conjiciat *τιν' εἰσφέρουσι*. Mortuus enim tantum per scaenam, trans scenam a vespillonibus ferebatur, *εἰσφέρουσι* autem potius declararet, in scaenam inferunt, similiter atque *εἰσῆλθῆναι* Thesmoph. 1075 *εἰσαγ'* Acharn. 11 *εἰσακηρύττεται* Acharn. 135 *εἰσαγγέλλεται* Thesmoph. 597 cet. Contrarium est *ἐκφέρειν e scena efferre*, ut Acharn. 1182 sq., Eqq. 1404. In Vespis v. 162 *ὅτ' ἀντιβολῶ σ' ἐκφερέ με, μὴ διαβῶ* Bultmannus Gr. Gr. T. II p. 251 conjecit *ἐκφες*, motus fortasse versibus 125 et 156, loco tamen parum intellecto. Philocleo enim mendacium e mendacio serens, ut custodia liberetur, nunc fingit, uti docent verba *μὴ διαβῶ*, se cacaturire et tenesmo laborare. Atqui in tali causa aptissime dicit *senex ἐκφερέ με*. Cf. Nub. v. 1367 et de verbo *διαβῶ* Eccles. 370. Latrinae extra domum ante fores erant auctore Eubulo ap. Athen. X p. 417, d. Sed qua ratione Graeci *τινὰ — τουτονὶ* conjunxerint, olim demonstravi in Quaestt. Luc. p. 17 sqq., ubi qui me frustra vexavit p. 20 Sophoclis locus Oed. Col. 290. *ὅταν δ' ὁ κύριος | παρῇ τις, ὅμῳν ὅστις ἐστὶν ἡμέμων, | τότε εἰσακούμεν πάντ' ἐπιστήσῃ* eum non esse mutandum postea vidi cognita eadem syntaxi in Oedipo Rege v. 107 *τούτου θανόντος νῦν ἐπιστέλλει σαρῶς | τοὺς αὐτοέοντας χειρὶ τιμωρεῖν τινάς*. Apollo vindictam sumi jussit de certis quibusdam Laji interfectores, quos quum probe sciret (interfecerat autem Oedipus) nominare tamen noluerat. Quare in hoc altero loco *τις quidam* hominem certum declarat, ut in notissimo illo, *κακὸν ἦκει τινί*. Tum in Lysistrata v. 727 *πάσας τε προφάσεις ὥστ' ἀπελθεῖν οἱ*

καδε | *ἔλκουσιν*. ἡ δὲ γοῦν τις αὐτῶν *ἐρχεται*. | αὐτὴ δὲ ποῖ θείς; pro ἡδὲ γοῦν scribendum esse ἡδὲ γοῦν multo ante perspexi, quam vidissem, Elmalejo ad Acharn. v. 108 p. 53 Lips. ἡδὲ γ' οὖν partim recte partim secus placuisse. Ceterum hic non certum quendam civem recens defunctum vel propter avaritiam vel alio nomine carpi quum e toto loco, tum maxime e pronomine *τινὰ* v. 170 apparet. Immo mortui persona duas ob causas inducta est, primum quod fides facienda esset itineris in Orcum suscepti. Deinde illius temporis poetæ conici servorum bajulantium mollitiem varie solebant irridere. Adeo nunc Xanthias bajulus tanta est ignavia, ut vel hominem mortuum in suas partes succedere cupiat, profecto ille ingeniosior bajulis Phrynichi, Amipsiae aliorumque, qui *κίεζομαι*, *ὡς θλίβομαι*, quin etiam *ἀποπαρήσομαι* ad raucam ravim clamabant.

V. 171. *σὲ λέγω μέντοι*] hoc est, *σὲ μέντοι λέγω*, ut in Lucian. Catapl. c. 12 *σὺ μέντοι, φησὶν, ὃ μαρὸν ἀνθρώπιον* — D. Mort. XXVII, 7. Imagin c. 2 et iis in locis, quos collegi Quaestl. Luc. Praefat. p. XXVIII. Difficillime Bacchi clamores exaudire hominem mortuum apparet. Aple vero *σκενάρια*, non *σκεύη*, ne mortuus aut plane recuset aut magnam poscat mercedem.

V. 173. *πὸς' ἄττα*;] *πὸς' ἄττα* Ald. Junl. I et pleraeq. edd. ante Brunckium *πὸς' ἄττα* Junl. II et III *πὸς' ἄττα* Ven. II Wech. *πὸς' ἄττα* Ravennas, *πὸς' Barocc.* a m. pr. *ποῖ* ex em. *πὸς' ἄττα* Cantabr. I. Recte *πὸς' ἄττα* Cantabr. II. Venetus Mutin.

V. 175. Vulgo recte *ἐὰν ξυμβῶ*, quod soloecum esse narrat Bothius, Dindorfius autem nuper e Ravennate merito restituit. Scholiasta, *γράφεται δὲ καὶ ἵνα* et habent *ἵνα ξυμβῶ* Vatic. Mutin. Parisin. C. Denique *ἵν' ἂν ξυμβῶ* Venetus, Barocc. et pro varia lectione Cantabr. I. Etymol. M. p. 734, 30 *Συμβῶμεν: ἀντὶ τοῦ συμβιβασθῶμεν. Ἀριστοφάνης· ἀνάμεινον, ἵνα συμβῶμεν*. Fontem horum vitiorum monstrabit scholiasta, *Ἐὰν ξυμβῶ τί σοι: ἐὰν ξυμβῶ σοι γράφεται δὲ καὶ ἵνα: ἵνα ξυμφωνήσω σοι. ἔλεγον δὲ τὸ ἵνα ἀντὶ τοῦ ἐὰν. καὶ Ὅμηρος: ἵνα μὴ φέξωμεν ὦδε*. Nam in foedissimo isto versu II. ἡ', 353

ἔλκομαι ἐκτελέσθαι, ἵνα μὴ φέξωμεν ὦδε

multi grammatici auctore Herodiano *ἵνα* pro *ἐὰν* positum esse autumarunt. Ergo iidem grammatici in Aristophane alteram scripturam probarunt *ἵνα ξυμβῶ*, rati *ἐὰν* esse glossema. Porro quum forte *ἵνα ξυμβῶ* novo errore in *ἵνα συμβῶ* corruptum esset, fuerunt, qui metri causa *ἵν' ἂν συμβῶ* corrigerent. Qui et ipsi suum *ἵν' ἂν* sumserunt ex inepto isto versu Iliadis, quem Aristarchus ita scriptum ediderat,

ἔλκομαι ἐκτελέσθαι, ἵν' ἂν μὴ φέξωμεν ὦδε.

V. 176. *καταθήσης* Cantabr. I et versu sequente *λάμβαν'* Cantabr. I et Harlej. 6.

V. 177. *νῦν* pro *τῶν* Dindorfius. Etymol. M. p. 198, 36. *Βιφὴν*: *ἐπτε-κὸν*, *ὡς παρ' Ἀριστοφάνει*: *Ἀναβιφὴν νῦν πάλιν*. Hort. Adon. fol. 188, a — *φιλολήμεν οὕτως ὡς τὸ ἀναβιφὴν παρὰ Ἀριστοφάνει*. Elbing. *ἀναβιφόμεν*. Est autem haec solemnis imprecandi formula *ἀπολοίμην* in contrarium versa; ille enim non plus cupit reviviscere, quam plerique omnes emori, credo quod tristis fuit rei publicae status vel post victoriam navalem.

V. 178. Huic versui Bacchi personam, sequenti autem Xanthiae praefigit Cantabr. I. Pro *ὡς σεμνός* Junta I *ὡσαύτως σεμνός*.

V. 180. Apparet, Charonem remige usum esse, quem jubet verbis *ὦπ, παραβαλοῦ* ad citeriorem ripam appellere. Inepte enim finxit Brunkius, Charonem etiamtum in ulteriore ripa fuisse atque haec vectori imperasse, quem remigare coëgisset. Articulus *τὸ* abest a Cantabr. I. *ὦ ὅπ* Junta. I. II pleraeque edd. vetustiores et scholiasta Aldinus. Ceterum scenam hic oportet mutatam esse, de qua re nihil admodum docemur a scholiasta ad v. 181 *ἐνταῦθα δὲ τοῦ πλοίου ὑφ' ὅθεντος ἡλλοιωσθαι χρὴ τὴν σκηνήν, καὶ εἶναι κατὰ τὴν Ἀχερουσίαν λίμνην τὸν τόπον ἐπὶ τοῦ λογιείου ἢ ἐπὶ τῆς ὀρχήστρας μηδέπω δὲ ἐν ᾧδῳ*. Nemo erit tam divinus, qui sine ullo teste antiquo, cujusmodi fuerit haec scenae mutatio, probabiliter nos doceat.

V. 181. Editores, qui verba *τοῦτο λίμνη νῆ Δία αὕτη* *στὶν* barbare conglutinarunt, ne illud quidem senserunt, *τοῦτο* ad superiora verba *τοὺν τί ἐστι*; referendum esse. Quae res non latuit Dobraeum, qui sententiam pronominis recte hoc modo declaravit, *Rogas, quid hoc?* atque interpunxit *τοῦτο, λίμνη*. Nempe *τοῦτο*; interrogatio mirantis non aliam vim habet nisi *ὦ, τί τοῦτό ἐστι*; Cf. Ecclesiaz. v. 90, ubi eodem modo repetitum est *πληρομένης*; atque Hanovium in Exercitatt. crit. p. 94. Itaque non est, quod h. l. *τοῦτο*; in *τοῦθ' ὦ, τί*; convertatur, quamvis ita scriptum sit in Nub. v. 1229. Porro verba *λίμνη νῆ Δία* respondentis sunt, ut in Acharn. 732 *Δικ. τοὺν τί ἦν τὸ πρᾶγμα*; *Με. χοῖρος ναὶ Δία*. Post *τοὺν τί ἐστι*; nova persona infertur etiam in Vesp. 844 et Avv. 1030, non item in Lysistr. 350 et Thesmoph. 733. Praeterea in personarum vicibus v. 181 — 183 misere laboratur. Jam primum Bacchus v. 180 verbis *χωρῶμεν ἐπὶ τὸ πλοῖον* satis docuit, cognitam sibi esse totius loci naturam. Itaque v. 181 non Bacchus, sed Xanthias interrogare debet, *τοὺν τί ἐστι*; Continuo his verbis *τοῦτο*; — *καὶ πλοῖόν γ' ὄρῳ* Bacchus Xanthiam eorum oblitum miratur, quae de palude Acherusia naviculaque Charontis supra v. 137 — 139 Hercules dixerat. Postremo v. 183 Xanthias a Baccho admonitus tandem et ipse Charontem agnoscit. Aldina, Juntae omnesque edd. ante Brunkium ita personas ordinant, *Δι. τοὺν τί ἐστι*; *Ξα. τοῦτο λίμνη — κάστι γ' ὁ Χάρων οὐτός*. Cantabrigiensis I *καὶ πλοῖόν γ' ὄρῳ* peculiari personae tribuit, Xanthiae quidem, sed idem Dionysio assignat *αὕτη στὶν ἣν ἐφραζε* et mox vv. 183. 184 *νῆ τὸν Ποσειδῶ — Χάρων*. Parisini BD *τοὺν τί ἐστι*

dant Xanthiae, Dionyso autem τοῦτο λίμνη νῆ Δία eidemque vv. 182. 183. 184. Et hi quidem codices scribunt ut vulgo, inversis modo Dionysi Xanthiaeque personis. Quam esse perantiquam dubitationem scholiasta ostendit, Τοῦτο λίμνη νῆ Δία: τοῦτο οἱ μὲν τὸν Διόνυσόν φασι λέγειν, οἱ δὲ τὸν Ξανθίαν. Venio ad Rav. Ven. Mut. qui sic, Ξαν. τουτι τί ἐστι; Διο. τοῦτο λίμνη — ὁρῶ. Ξαν. νῆ τὸν Ποσειδῶ, κἄστι γ' ὁ Χάρων οὔτοςί. Parisini AC Xanthiae dant τουτι τί ἐστι; Dionyso τοῦτο λίμνη νῆ Δία et iterum Xanthiae αὕτη 'στὶν — ὁρῶ. Baroccianus Δι. praefigit ante νῆ τὸν Ποσειδῶ — Χάρων (v. 183. 184). Mutinensis v. 182 αὕτη exhibet pro αὕτη. In Brunckii editione, quem Dindorfius et Bothius merito sequuntur, personae sic ordinatae sunt, Ξαν. τουτι τί ἐστι; Διον. τοῦτο λίμνη — ὁρῶ. Ξαν. νῆ τὸν — οὔτοςί. Atque eo ipso modo in Rav. Ven. Mut. distinctum esse supra dixi Invernizii atque Bekkeri silentio confisus. Denique G. Hermannus personas, ut sibimet ipsae constant, hoc modo distribuit, Δι. τουτι τί ἐστι; Ξ. τοῦτο λίμνη. Δι. νῆ Δία, αὕτη 'στὶν ἦν ἔφραξε. Ξ. καὶ πλοῖόν γ' ὁρῶ Δι. νῆ τὸν Ποσειδῶ. Ξ. κἄστι γ' ὁ Χάρων οὔτοςί. Ac fieri per se utique poterat, ut idem Bacchus, qui modo dixisset τουτι τί ἐστι; tamen pergeret νῆ Δία αὕτη 'στὶν, ἦν ἔφραξε, similiter atque in Ecclesiāz. v. 328 unius ejusdemque personae haec sunt, Τίς ἐστιν; οὐ δῆπον Βλέπυρος ὁ γεῖννιῶν; | νῆ τὸν Δι' αὐτὸς δῆτ' ἐκείνος. Non rectius ego olim Bacchi timiditate motus personas distinxi, Διο. τουτι τί ἐστι; Ξα. τοῦτο; — ἦν ἔφραξε. Διο. καὶ πλοῖόν γ' ὁρῶ. Ξα. νῆ τὸν Ποσειδῶ — οὔτοςί.

V. 183. κἄστι γ'] κἄστιν Paris. E et Barocc., quae scriptura placere Brunckio non debebat.

V. 184. Quam et libri atque edd. omnes totum hunc versum Dionyso adjudicent, et cummaxime timido deo pavor injectus esse possit: Conzio ac Beckio assensus χαῖρ' ὦ Χάρων ter a Baccho eam ob causam repetitum esse censeo, ut animi angorem tegeter atque gratiam a Charone iniret. Attamen scholiasta conjicit, tres ex una persona faciundas esse hoc modo, Διον. Χαῖρ' ὦ Χάρων. Ξαν. χαῖρ' ὦ Χάρων. Νεκρ. χαῖρ' ὦ Χάρων. Quam conjecturam probant summi viri Bentlejus et Hermannus; Brunckius certe mediam salutationem Xanthiae tribuit; postremo scholiastam sequitur etiam Hotibius, felicior tamen Bothio, qui unius Bacchi personam defensurus Charonem surdastrum, quid quod non auribus modo sed etiam oculis omnibusque captum membris fingi suspicatur. At huic conjecturae obstat vel Achaeus, in quo Satyrorum chorus totum hunc versum pronuntiaverat. Credo autem futuros, qui grammatici conjecturam quam omnino frigidam atque exilem dicant, tum hominem illum mortuum hic iterum loqui posse audacter negent. Qui si una cum Baccho Charonis scapham conscendit, certe post v. 177 utpote καφὸν πρόσωπον penitus obmutuit; neque enim v. 178 — 270 ulla ejus mentio habita est. Huc accedit, quod ne tum

quidem v. 184 loqui mortuus iste potest, quem isto modo certe non ante v. 197 *εἴ τις ἐτι πλεῖ, σπενδέτω* in scenam iterum prodiasse apparet. Ceterum negare nolo, mortuum illum simul Charonis cymbam conscendisse, ut et fides fieret itineris vere ad Plutonium suscepti, nec tamen multorum mortuorum, umbris laetitia theatri turbaretur. Quantopere enim multorum hominum funera, luctuosum utique spectaculum, festivissimos illos Rana-
rum cantus et Bacchi turbassent, turbassent autem? immo plane obruis-
sent atque totum theatrum summa affecissent tristitia. Nam etsi v. 170
sqq. vere comica persona est mortui avari, bajulare jussi, vitam abomi-
nantis, denique in ipsa morte viventis: multi tamen mortui in cymba
Charonis quid aliud quam tristem imaginem mortis exhiberent et extin-
cti sensus omnes terrores repraesentarent? Immo tantum abest, ut multi
mortui suavissimis cantibus interesse possint, ut ne Xanthias quidem vi-
vus vidensque v. 193 scapha receptus sit, scilicet ne Bacchi animum te-
mere a ranuncolorum aemulatione avocaret. Jam Demetrius Ixion nos
docuit, Aristophanem singula hujusce versus verba ex Achaei Eretrien-
sis Aethone, satyrico dramate, mutuatum esse. Scholium ipsum in Rav.
Ven. hoc est, *χαῖρ' ὦ Χάρων: Δημήτριός φησιν Ἀχαιοῦ ὅλον εἶναι ἐκ τοῦ*
Ἀλθωνος. λέγουσι δ' αὐτοὶ σαπρὸι (recte Dobraeus *αὐτὸ οἱ σάτυροι*
et *σάτυροι* jam Bentley) jam Bentley)

Χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων, χαῖρ' ὦ Χάρων.

ἦπον (*εἶπον* Rav.) *σφόδρα θυμοῖ*. Tametsi autem extrema quoque *ἦπον*
σφόδρα θυμοῖ Achaeo contribuere licet, non prorsus impediēte anapaesto:
vix dubito tamen, quin haec scholiastae potius verba fuerint, ita maxime
corrigenda, *ἦγουν, μὴ σφόδρα θυμοῦ*. Iracundiam Charonis animique di-
ritatem attigit nuper Ambroschius De Charonte p. 50. Ceterum paronoma-
siam in verbis *χαῖρ' ὦ Χάρων* bene animadvertit Welckerus p. 123. Eu-
stathius p. 16, 34. — *ἀπὸ τοῦ ἦδω φασὶ παραχθῆναι τὸν ἦδην κατὰ ἀντί-
φρασιν, ὃ ἦδεται καὶ χαίρει οὐδείς. καθ' ὃ καὶ Χάρων μυθολογεῖται πορθη-
μὸς ἐν ἦδω, ὡς ἀπὸ τοῦ χαίρειν, καίτοι χαρτὸν οὐδὲν ποιῶν κ. τ. λ.* Eu-
stathii errorem Aristophanes sive Achaeus minime confirmant, quando
χαῖρ' ὦ Χάρων soni lusus est, non sententiae. Nec magis credo Aegy-
ptium nomen Charonis fuisse affirmanti Diodoro I, 92. Multi enim in
ipsa Graecia nomen *Χάρων* habuerunt. Quin etiam canis *Χάρων* oc-
currit in Aeschilo apud Pollucem V, 47. Cujus loci ope jam olim jocus
illum illustravi apud Lucianum in Demonacte c. 45 *Χάρων μὲ ἔδαιεν*.
Nempe unum idemque verbum graecum *χάρων* est et *χαροπός*, quod in-
primis de torvo vultu leonis usurpatur. Non male idem Eustathius p.
1703, 30.

V. 185. 186. *καὶ* ante *πραγμάτων* deest in Elb. Utrumque versum
affert Suidas s. *Ἀνάπαυλαν*, s. *Τίς εἰς ἀναπαύλας*; s. *Χάρων*. In duobus

postremis locis cod. Oxon. habet κακῶν πόνων καὶ πρ., in omnibus autem non ἡ 'ς ὄνου πόνας exstat, sed τίς εἰς ὄνου πόνας; In Aristophane Baroccianus ἡ εἰς ὁ. π. Solebant autem nautae, priusquam solverent, locos, quo navigaturi essent, vectorum causa magna voce recitare, quem morem Charon, ut recte scholiasta, hic imitatur. Quum vero mors omnium maiorum requies sit, apte fugit, certum quendam inferorum locum ἀνάπαν-
 λαι vocari (infra v. 195); cf. hic scholiastam atque Berglerum et nos supra ad v. 113. τίς εἰς τὸ Λήθης πεδίον] Schol. Rav. τὸ δὲ Λήθης πεδίον, Διδυμός φησι, χωρίον ἐν ᾧδον τετύπωκεν. Immo vulgaris opinio fuit, ἀσφο-
 δελὸν λειμῶνα, quem dixit Homerus Od. XI, 539. 573. nihil differre a Campo Oblivionis, id quod intelligere mihi videor e Luciano De Luctu c. 5. περαιωθέντας δὲ τὴν λίμνην εἰς τὸ εἶσω, λειμῶν ὑποδέχεται μέγας, τῷ ἀσφοδελῷ κατάφωτος, καὶ ποτὸν μνήμης πολέμιον· Λήθης γοῦν διὰ τοῦτο ὠνόμασται. Quid quod scholiasta Rav. ne percepit quidem sententiam Didymi. Quauquam enim etiam vulgatus scholiasta scribit, λήθης δὲ πε-
 δίον χωρίον διατετύπωκεν ἐν ᾧδον, eodemque modo tribus illis in locis Suidas: tamen hi quoque ad Λήθης πεδίον falso transtulerunt, quod Didymus de proximis tantum verbis ἡ 'ς ὄνου πόνας scripserat. Ita autem Didymus iudicaret, satis mirum Orci locum Ὅνον Πόνας ab uno Aristophane fictum esse, quemadmodum docet Hesychius, Ὅνον πόκαι: χωρίον ἐν ᾧδον διατετύπωκεν Ἀριστοφάνης, οὕτω λεγόμενον πλάσας — . Perutilis tamen scholiastae Ravennatis error est, quippe e quo discamus, Hesychii aliorumque grammaticorum glossis s. Ὅνον πόκαι Didymi potissimum sententiam contineri. ἡ 'ς ὄνου πόνας] De inaudita forma πόνας sic existimavit Buttmannus Gr. T. I p. 221 (p. 215 ed. II), non videri hunc metaplasma esse pro πόκους, sed recta proficisci a nominativo non alias obvio, recte tamen formato πόκη, quo non tam vellera lanae et floccos (πόκος), quam potius tonsuram declarari. Contra Lobeckius Paralipom. p. 106 tametsi metaplasmi patrocinium se suscepturum negat, recte tamen hic etiam vellus asini sive floccos dici potuisse censet nomenque tonsuram significans ποκή magis quam πόκη scribendum fuisse. Mirari tamen licet, Lobeckium comparato illo Hesiodi κρόκα nominativam πόκες defendisse unica scholiastae auctoritate, qui ad h. l. scribit, οὐδὲ γὰρ αἱ τοῦ ὄνου πόκες χρησιμεύουσι. At hoc vitium esse docent Suidae verba tribus, quos supra dixi locis, οὐδὲ γὰρ αἱ τοῦ ὄνου πόκαι χρησιμεύουσι, docent etiam caeteri grammatici, qui πόκαι, non πόκες ponunt omnes. Praeterea in Aristophane ne locus quidem est metaplasmo πόκα pro πόκη; neque enim atticae, sed epicae atque aeolicae formae sunt ἰῶκα pro ἰωκήν, κρόκα pro κρόκην, ἀλλῖ pro ἀλλῆ, de quibus vide schol. Ven. ad Il. ε', 299. sive Eustathium p. 549, 12. Ego vero magis laudandam puto Kusteri conjecturam ad Suidam T. II p. 700 ἡ 'ς ὄνου πόκους, quae etsi repu-

dianda est, recte tamen ille vidit, πόκαι non magis quam πόκες usitatum fuisse. Immo neque mutari forma πόκας debet, neque ullo modo hic locus demonstrat, pro πόκος Graecos etiam πόκη usurpasse. Qui dum? Quoniam nemo illud cogitavit, urbem locumve Orci hic fictum esse, neque ipsam asini lanam (ὄνον πόκαι), sed novam videlicet urbem lanae asininae ("Ονον Πόκαι, Esels Wollestadt) nominari, cujus terminationi aliae urbes, ut Ἀθήναι, Θήβαι exemplo esse debuerint. Ac ne quis οἱ ἰχθύς forum piscatorium, οἱ κόρακες sedem corvorum Graecis esse praefatus, poetam, nisi praeter ὁ πόκος etiam ἡ πόκη dictum esset, ὄνον πόκους scripturum fuisse pugnet: cogitet velim, oppidi notionem clare et distincte enuntiandam fuisse, quemadmodum in Avibus nova novorum coelicolarum urbs minime Νεφέλοκόκκυγες appellata est, sed potius Νεφέλοκοκκυγία. Jam quis non videt, talem inferorum urbem, in qua asini pecus sint lanigerum, eo consilio effingi, ut fabulae Manes et omnium de Orco fabularum vanitas rideatur? Prope a vero abfuit grammaticus (Didymus, ut supra conieci) apud scholiastam, quem Suidas s. Τίς εἰς ἀναπαύλας; et s. Χάραν partim descripsit, apud Hesychium in egregia glossa s. "Ονον πόκαι, apud Eustathium p. 531, 7 sqq. et p. 1788, 25, Photium p. 337, 25 et p. 338, 7 sive Suidam s. "Ονον πόκαι, denique Zenobium p. 136 ed. Leutsch. Hic vidit, quidnam velit poeta, fabulosas res inferorum non magis ulla cogitari posse, quam asinum liceat tondere; addit proverbium fuisse ὄνον πόκοι de re vana, irrita, negata, simillimumque proverbium adjicit scholiasta, λέγεται δὲ καὶ, ὄνον κείρεις. At hoc grammaticus ipse excogitavit teste Hesychio, ὥσπερ εἰ λέγοι τις, ὄνον κερεῖς (immo κείρεις et κερεῖς codex). Ego vero ne illud quidem proverbium ὄνον πόκοι cito agnoscam. Nam Eustathius id his verbis conceptum esse vult, εἰς ὄνον πόκους partim ex Aristophane; Hesychius absurde scribit, ἔστι δὲ καὶ παροιμία τις, ὄνον πόκαι scilicet ex Aristophane, et Photius modo affert proverbium ὄνον πόκοι, modo ὄνον πόκαι, et in Zenobio "Ονον πόκους ζητεῖς cod. Vatican. item habet πόκας et πόκαι exstat etiam apud Apostolium; postremo scholiasta de toto proverbio cum dubitatione loquitur. Ita apparet, grammaticum inopia alius scriptoris ex uno Aristophane id proverbiu eruisse. Ob eandem credo inopiam grammaticus similia proverbialia comparavit, quibus adde lanam caprinam de re vilissima Horat. Epp. I, 18, 15. τράγον ἀμέλγειν de opera inani Lucian. Demon. c. 28 et alibi, denique multa alia simillimi generis in schol. ad Vesp. v. 279 (280) et Phrynicho Bekkeri p. 69, 26 sqq. Sed quod ipsum illud ὄνον πόκοι alibi non inventum est, Aristophanes ea solertia profecto fuit, ut ejusmodi dictionem facile nullo monstrante reperiret. De caetero haud inutile fuerit in memoriam revocare promontorium Laconicae "Ονον Γνάθος quum in aliis tum Pausania III, 22, 8. (ubi vide Siebelisium). Enimvero

longe aliter, falso tamen nostrum locum explicaverat Aristarchus. Photius p. 338, 11. sive Suidas in *Ὅνον Πόκαι* — *Ἀρίσταρχος δὲ διὰ τὸ Κρατῶν ὑποθέσθαι ἐν Ἄιδου σχοινίον* (Suidas *τινὰ σχοινίον*) *πλέκοντα· ὄνον δὲ τὸ πλεκόμενον ἀπεσθίοντα· ὅλον ἀποκείροντα*. Non opus est, vero jam invento Aristarchum refellere, qui inopportuno loco meminisse videtur, Aristophanem Cratini joca haud raro imitatum esse: veruntamen quidnam dixerat ipse Cratinus, quidve in Aristophane Aristarchus molitus est? Et Cratinum quidem intelligere nihil negotii est comparanti pervulgatam fabulam de Ocnō, quam illustrarunt Pausanias X, 29, 2. Diodorus I, 97. Plutarchus Moral. p. 473, C. Propertius V (IV), 3, 21 et Plinius H. N. XXXV, 31. Fabulabantur enim Graeci, virum quendam, cui nomen esset Ocnō, restim perpetuo texuisse, asellum vero asellamve prope adstantem, quidquid ille texuisset, id totum abrosisse. Quam fabulam ad Orcum transtulerunt Polygnotus apud Pausaniam l. l., Cratinus, Plutarchus l. l., quum caeteri Ocnū apud superos fuisse tradant: quamquam Diodori et Propertii locos ambiguos esse fateor. Deinde Cratinus Ocnī fabula usus jocose aeternam hominis in Orco poenam finxisse videtur, qui haud felicior Sisyphus, Ixionibus, Tantalus funem contextuerit, asello contextam funis partem devorante. Sed Aristarchus ut Cratini locum atque fabulosum Ocnū ad Ranas traduceret, tum eo moveri potuit, quod fabulae sedem et quasi scaenam apud Cratinum fuisse infernam vidisset, tum etiam eo, quod ipsam fabulae sententiam pulchre in Ranas convenire animadverteret, id quod docet l. l. Pausanias, *Οἶδα δὲ καὶ ὑπὸ Ἰσώνων, ὅποτε Ἰδοίην τινα πονοῦντα ἐπὶ οὐδενὶ ὄνησιν φέροντι, ὑπὸ τούτων εἰρημένον, ὥς ὁ ἀνὴρ οὗτος συνάγει τοῦ Ὀκνου τὴν θάμμιγγα*. Cf. etiam Plutarchum l. l. At minime potuit Aristarchus, si sapuit, Aristophani ὄνον πόκας relinquere: neque enim tondebatur asinus iste neque tondebat. Quare vix dubito, quin inepta verba Photii et Suidae *ὅλον ἀποκείροντα* cuivis alii potius, quam Aristarcho tribuenda sint. Aristarchum vero necesse est in Aristophane saltem ἢ ἔς ὄνον πλοκάς conjecisse. Quanquam tantum abest, ut vel *asini spartum* commode dictum sit, ut Aristophanes, si Cratini locum in mente habuisset, haud dubie scripturus fuerit ἢ ἔς Ὀκνον πλοκάς. Postremo in Aristophane Conzsius, immemor ille quidem Aristarchi, Ὀκνον πλοκάς in mentem sibi venisse ostendit Pausaniae locum testificatus. [Bene nunc etiam Meinekius Fragm. Com. Vol. II P. I p. 204 „Aristarchus — fortasse aliam Aristophanei loci lectionem sequutus est, v. c. Ὀκνον πλοκαί.“ Aristarchi conjecturam propterea improbo, quod *πλοκή funem* vel *restim* vix usquam significat.]

V. 187. *Κερβερίους*] *κερβέρους* Barocc. ἡ *κερβερίους* λέγω ex h. l. affert Etymol. M. p. 513, 47. *Κιμμερίους*: — *γράφεται καὶ Κερβερίων· καὶ ἔοικε καὶ Σοφοκλῆς περιπεπωκέναι τῇ τοιαύτῃ γραφῇ· ὁμοίως καὶ Ἀριστοφάνης ἐν*

Βατράχοις· ὄλον, Ἡ Κερβερίους λέγω —. Ac Sophocles quidem Cerberios memorasse videtur in satyrica fabula Hercule. Cui dramati, ut olim Toupius in Epist. Crit. p. 123 ostendit, non *Ἡρακλῆς σατυρικὸς* potius, quam *Ἡρακλῆς ἐπὶ Ταϊνάρῳ* inscriptum erat; argumento enim fuerat Herculis e Taenaro ad inferos descensus abducendi Cerberi causa susceptus. Quamobrem Sophocles Cerberiis quibusdam nominandis certe jocatus est atque ita jocatus, ut Cerberi canis rationem haberet. Scholiasta, *τινὲς καὶ παρ' Ὀμήρῳ (Od. ι', 14) γράφουσιν ἐνθ' ἄδε (ἐνθα δὲ) Κερβερίων ἀντὶ τοῦ Κιμμερίων· ἢ μᾶλλον τοὺς Κιμμερίους φησὶ, παλῆται δὲ παρὰ τὸν Κέρβερον*. Eustathius p. 1671, 2 qui de Cimmeriis habet bene multa, *Κράτης μὲντοι Κερβερίους γράφει, ἀκολουθήσας οἷμαι τῷ Κομικῷ τόπον τοὺς βερβερίους (κερβερίους) παλῶντι*. Recte Eustathius ludi ab Aristophane judicat, rectius etiam scholiasta, ad Cerberum alludi. Contrarium statuere video Lobeckium in Aglaoph. p. 813, Cerberi nomen a Cerberiis (sic enim nostro versu Cimmerios vocari) fortasse traductum esse. At non amplius nomine tum Orci canis carebat, sed multo ante Cerberus vocari coeptus est, quam duo poëtae scenici fabulosos effingerent Cerberios. Cum Eustathio partim consentit scholiasta ad Homeri l. i. *Κιμμερίων*: — *ἐνιοὶ δὲ γράφουσιν Χειμερίων· οἱ δὲ Κερβερίων, ὡς Κράτης κτλ.* Crates intelligitur Mallotes, de quo plura Wolfus in Prolegom. p. CCLXXXVI sqq. Scilicet quoniam in satyrica fabula et in hilari comoedia Cerberii, nova gens et perfaceta subito exoriuntur, idcirco putat grammaticus doctior, quam sapientior, in illo Homeri,

Ἐνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε

conjici *κερβερίων* atque interpolari posse. Quamquam Cimmerii illi, qui apud Homerum sunt, plura et foediora grammaticorum monstra pepererunt. Satisne ergo constat, Cerberios plane eosdem atque Cimmerios fuisse? Grammatici quidem uno ore omnes fere conclamant, etiam schol. Rav. ad h. l. *Κερβερίους δὲ τοὺς Κιμμερίους λέγει*, Photius p. 156, 23 *Κερβερίοι: οἱ παρ' Ὀμήρῳ Κιμμέριοι· τὴν δὲ πόλιν οἱ μὲν Κίμμερον, οἱ δὲ Κερβερίαν*, Hesychius *Κερβερίοι: ἀσθενεῖς*. φασὶ δὲ καὶ τοὺς Κιμμερίους *Κερβερίους*. καὶ τὴν πόλιν οἱ μὲν Κερβερίαν καλοῦσιν, οἱ δὲ Κιμμερίην, ἄλλοι δὲ *Κίμμη* (codex *Κιμμη* . . .). ἔστι δὲ τόπος ἐν ἤδου, *Κερβερίος τρικάρηνος*. Albertus *ἄλλοι δὲ Κέμμερον* (vel *Κίμμερον*), Heinsius *οἱ δὲ Χειμερίην, ἄλλοι δὲ Κιμμερίην*. In extremo scripserim nova glossa, *Κερβερίος: τρικάρηνος*, ut adjectivum *Cerbericus* afferatur. At quum a Cerbero Cerberiorum gens nomen duxerit suum, et Cerberios et Cerberum eosdem incoluisse locos probabile est. Atqui Homerus a Cimmeriorum patria Erebum clare distinguit, neque in Cimmeriis fuisse inferorum canem, sed in Erebo scribit Il. θ', 368. Videlicet prope Oceanum in caliginosa terra Cimmeriorum,

sicut in Taenaro, descensus erat ad manes; aliquanto inferior Cimmeriis locus ac veluti transitus esse Erebus putabatur; rursus Erebo inferior erat ipse Hades; infimus denique rerum omnium Tartarus. Ita quum Cerberii nostri in Erebo habitaverint, neque a grammaticis illis nominum similitudine deceptis ad Cimmeriorum loca justo superiora evehendi erant, neque ab uno Hesychio (ἔστι δὲ τόπος ἐν ᾧδον) ad Haden usque detrudendi. Quod enim alii poëtae, ut Horatius Od. III, 11, 16. et Virgilius Aen. VI, 417 Cerberum in ipso Hade versari atque Plutonis aulam custodire faciunt, patet Cerberios ita a Cimmeriis longiore etiam intervallo directos esse. Quodsi fabulosos Cerberios in Erebo vivere et ducere spiritum potuissent negaveris: ne sic quidem nihil eos a Cimmeriis differre efficies. Pluribus enim atque adeo multis in locis descensus esse ad Cerberum et inferos putabatur. Quare ita demum grammaticis fidem habeo, si Sophoclem aliamve auctorem idoneum, non suam opinionem sequuti sunt. — Ibid. ἡ 'ς κόρακας] Ἐς κόρακας idem fere est, quod abi *Morboniam*, quando *Κόρακας* certum locum proprie dictum esse convenit. Jam scholiastes ad h. l. et ad Plut. v. 394 *Κόρακας* Athenis ipsis fuisse tradunt, hoc est scilicet, *Κόρακας* et notissimum illud *βάραθρον* differre negant; contra schol. ad Nub. v. 134 *Κόρακας* in Thessalia vel Boeotia fuisse locum tristitiae plenum atque squaloris confirmat.

V. 188. Legitur ποῦ vulgo et in plerisque codd., etiam Rav. Ven. Mut. Cantabr. II, et apud Suidam s. Πού σχήσειν δοκεῖς: —. Sed ποι scriptum in Vatic. Barocc. Paris. C Cantabr. I et Harlej. idque probarunt Kusterus, Bergler, Bothius, Dindorfius, dubitante Schaefero ad Bos. Ellips. p. 318. Scio, ποῦ pro ποι saepe librariorum culpa e dialecto alexandrina in atticam transfusum esse; at h. l. ποῦ difficilior scriptura est, ποι autem manifesta scribarum conjectura, quia ἐς κόρακας sequitur, ideo male ποι desiderantium. Aptè vero et ipsa Charonis verba v. 187 ἐς κόρακας retinentur, neque ποῦ σχήσειν — ἐς κόρακας ullo modo inter se pugnant. Quippe Graeci non solum ἐκείσε ἔχειν, κατέχειν illuc navem appellere dixerunt, ut Xenoph. Anab. V, 9, 33, (ubi vide Kraegerum), verum etiam ἐκεῖ ἔχειν, κατέχειν, uti demonstrarunt Dukerus ad Thucyd. I, 110, Musgravius et Hermannus ad Soph. Electr. v. 493, Siebelisius ad Pausan. I, 14, 4. T. I. p. 47 et l. l. Schaeferus. Profecto varietatis gratiam maioremque elegantiam huic loco addit σχήσειν duplici ratione constructum, praesertim in duobus membris. Quae constructio ne in unico quidem enuntiato fugienda est, veluti in Vesp. 1188. ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα πάπον' οὐδαμοῦ, | πλὴν ἐς Πάρον, ubi Bekkeri conjectura οὐδαμοῦ lubenter caremus. Namque οὐδαμοῦ τεθεώρηκα significat, nusquam fui θεωρός, alterum autem ἐς Πάρον τεθεώρηκα dictum est vulgari modo, ut θεωρεῖν εἰς πανηγύρεις, εἰς Ὀλυμπίαν.

V. 189. Inepte Venetus ἐς κόρακας Charoni dat, ὄντως Baccho. Pro Δία Ravennas δι (sic), quod ipsum saepius in codd. consonae literae male praeponitur. — Ibid. εἵνεκα] ita Ald. Junt. I (εἵνεκα Junt. II) et pleraeque edd. et pars codicum, in his Ravennas, qui haud raro εἵνεκα tuetur, et Suidas s. σοῦ γ' εἵνεκα. ἔνεκα Ven. Mut. Barocc. οὔνεκα Brunckius Dindorfiusque e Parisinis A B D Cantabr. I et II Elbing. Formam εἵνεκα Brunckius, qui in Dawesii verba jurare solebat, e toto expulit Aristophane, εἵνεκα pro ἔνεκα non magis attice dici ratus, quam εἶν pro ἐν. At in tanta linguae graecae libertate nihil potest fallacius esse analogiae specie. Plura alias; interim vide Buttmannum Gr. Gr. T. II. p. 293. Sed quum nautae, ut bene scholiasta, vectorum gratia quos hi maxime voluerint, petere locos soleant, aut certe ostendere se petituros, Charon nunc Baccho ita gratificatur, ut eum avecturus sit Morboniam.

V. 190. ἔμβαινε δὴ Baccho dant Rav. et Ven. inepte sane. Immo iterum ut scapham conscenderet, hortandus erat timidus iste Bacchus. Ἐσβαίνε scriptum in Rav. Cantabr. II et fortasse a p. m. in Cantabr. I, in quo nunc erasa syllaba et ἔμ alius suffecit. Venetus εἰσβαίνε. At ἔσβαίνε improbandum esse certo indicio est, quod v. 188 ταχέως ἔμβαινε libri servant omnes. Ceterum egregie observavit H. Stephanus Thes. L. Gr. p. 2540 L., ἔμβαινω usitatius esse, quam εἰσβαίνω, quod verbum neque in Luciano legere memini neque in Aristophane. Homerum, cui etiam εἰσβαίνειν est *navem conscendere* Od. ι', 103. 563 et saepius, Euripides sequitur in Med. v. 1335. Troad. 681. 1049. 1053. Helen. 1381. 1568. Iphig. Taur. 742. Plerique tamen scriptores id aut ἐμβαινω dixerunt, aut ἔμβαινω.

V. 191. Locus plane facilis est et ob id solum memorabilis, quod in sententia obscuranda et Alexandrini et interpretes nostri de industria videntur certasse. Ratio habita est proverbii ὁ λαγὼς τὸν περὶ τῶν κρεῶν τρέχει, quod recte explicarunt Photius p. 202, f et hinc Suidas s. Λαγὼς — : Λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν: παροιμία. δειλὸν γὰρ τὸ ζῶον ὁ λαγὼς — παροιμία δὲ τίς ἐστίν, λαγὼς τὴν (immo τὸν, ut Suidas) περὶ τῶν κρεῶν τρέχει, ἐπὶ τῶν διακινδυνεύόντων ταῖς ψυχαῖς καὶ πρὸς τοῦτο καρτερώς ἀγωνιζομένων ταττομένη. Cum his paene verbotenus consentit Hesychius in Λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν: tametsi haec glossa et mutila est et corrupta, quam Heinsius Valesiusque restituerunt. Denique cum Photio etiam paroemiographi conveniant, Zenobius IV, 85. et Diogenianus VI, 5. Quoniam igitur lepori aut currendum est aut verendum, ne confossus pulpamento sit: proverbium ὁ δεινὰ περὶ τῶν κρεῶν τρέχει nihil profecto aliud est, quam hoc: *aliquis summum adiū discrimen, pugnal de praesentissimo vitas periculo, de extrema pugnat salute.* Quam proverbii interpretationem mire confirmat Herodotus duobus locis, primum VII, 57. — ἔκτος γὰρ ἔτεκε λα-

γόν' εὐσύμβλητον αἶν τῇδε ἐγένετο, ὅτι ἐμελλε μὲν ἑλᾶν στρατιὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα Ξέρξης ἀγασρότατα καὶ μεγαλοκρεπίστατα, ὅπισω δὲ περὶ ἑωυτοῦ τρέχων ἦξεν ἐς τὸν αὐτὸν χώρον. Hic autem comparant Wesselingius atque Valckenarius locutiones τὸν περὶ ψυχῆς τρέχειν, τὸν περὶ σωτηρίας ἀγῶνα τρέχειν, quibus adjice Eurip. Orest. 878. Alter Herodoti locus est VIII, 140. μὴ ὧν βούλεσθε παρσιεύμενοι βασιλεῖ, στέρεσθαι μὲν τῆς χώρας. Θέειν δὲ αἰεὶ περὶ ὑμέων αὐτῶν· ἀλλὰ καταλύσασθε. Nec minus clares apparet e Plutarcho Moral. p. 1087, B. Παπαῖ, εἶπον ἔγωγε γελάσας, εἰς τὴν γαστέρα τοῖς ἀνδράσιν ἔοικας ἐναλίσθαι, καὶ τὸν περὶ τῶν κρεῶν ἐπάξειν, ubi ἀγῶνα cum Reiskio mente addendum est. Vim proverbii paullo post Plutarchus ipse his verbis declarat, Δοκεῖς οὖν μοι μὴ τὸ ἡδὺ ἐξαίρειν, ὥς φασιν, ἀλλὰ τὸ ζῆν ἀφαιρεῖσθαι τοὺς ἄνδρας, εἰ τὸ ζῆν ἡδέως μὴ ἀπολείψεις αὐτοῖς. Et Plutarchi quidem verba jam Palmerius cum Ranimis composuit, falsus in eo, quod a Plutarcho ad Comici versum alludi putat: vulgare enim proverbium tractamus, neque magis Plutarchus ab Aristophane suspensus est, quam Aristophanes ab Herodoto. Praeterea etiam Aeschilo proverbium illud videtur obversatum esse in Agam. v. 119. Sed ex his evidentissimum esse debet, quam ratione Aristophanes hic proverbio illo utatur. Quum enim τὸν περὶ τῶν κρεῶν τρέχειν ubique sit in extremo periculo versantis, τὴν περὶ τῶν κρεῶν (ναυμαχίαν) sine dubio dicit proelium de summa republica deque ipsa salute commissum. Recte et praeclare: primum eam ob causam, quod grammatice poscit, ut in verbis νενανμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν mente ναυμαχίαν addatur adeoque pugna ad Arginusas describatur in universum. Clamat vero etiam historia, Athenienses Sicilia amissa, amissa etiam classe pulcherrima, post tot sociorum defectionem, quum undique et a Peloponnesiis et a Siculis et a Cyro Persisque urgerentur, rebus suis prope desperatis ad Arginusas tanquam pro aris et focis pugnasse, neque id Aristophanes infra v. 704 dissimulat. Cf. Diodorus S. de hac ipsa atrocissima pugna ad Arginusas XIII, 99. Nihil scilicet ad sententiam ab Aristophanico τὴν περὶ τῶν κρεῶν differt vox Diodori τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων ἀγῶνα, ut in consimili re Aeschylus scribit Pers. v. 397. Praeterea etiam verba δοῦλον σὺν ἄγω, εἰ μὴ νενανμάχηκε flagitant, ut proximis illis τὴν περὶ τῶν κρεῶν causa insit, cur servi tum militarent, utique pugnam animo informemus de ultimo rerum discrimine pugnata. Constat enim servos, nisi extremo reipublicae tempore, non militasse: qui primum ad Marathonem pugnarunt (Pausan. I, 32, 3), tum ad Arginusas; deinde etiam Achaei ad interitum spectante Graecorum libertate servos manu missos armarunt (Pausanias VII, 15, 4); Romani denique post cladem Cannensem (Livius XXII, 57). Nempe Atheniensium servi alias esse solebant nautae atque remiges, in illa autem temporum miseria iidem erant hoplitae (Isocrat. De Pace p.

48, 1 Bekk.). Ceterum praeclare Aristophanes ita jocatur, quasi illis servis, qui ad Arginusas concertaverant, ut ab Atheniensibus data est libertas, sic etiam apud inferos eximius quidam honor habitus sit. Venio ad interpretes. Igitur ad proverbium ὁ λαγὼς τὸν περὶ τῶν κρεῶν τρέχει respici post Erasmus et Schottum ad Zenob. IV, 85. statuit Dukerus, sed idem cōsentit cum Aristarcho, qui nullam proverbii illius rationem duxit. Porro etiam Kusterus Aristarchi explicationem et proverbium, quod supra dixi, in unum commiscet quasi cinnum, neque proverbium ipsum intellexit. Denique proverbium illud spectari vidit etiam gravis auctor, Valckenarius ad Herodot. VII, 57., qui tametsi interpretationem nullam adjecit, optime tamen apposuit Suidae verba in Λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν: — ἐπὶ τῶν διακινδυνεύόντων ταῖς ψυχαῖς, quibus et Herodoti locus et Aristophanis juxta illustrantur. Jam Palmerius bene refutat Aristarchum, cujus opinionem memoria nostra Conzsius et Vossius sequuti sunt. Ipse vero Palmerius de Creone monte somniavit. Haud multo praestabilius conjectura Bentleji est, qui τὴν περὶ τὴν ἄκρην pro τὴν περὶ τῶν κρεῶν scribi posse suspicatus est. Ecce vero Gatakerus in diss. de stilo N. J. c. 10. sibi persuasit, poetam, quum dicturus esse videretur νενανμάχηκε περὶ τῆς ψυχῆς vel τῆς πατρίδος, praeter omnem expectationem subjecisse — τὴν περὶ τῶν κρεῶν, scilicet quo indicaret, servis cibum et carnes esse ipsius vitae instar: quae opinio Dukero satis ingeniosa esse, Kustero comicam festivitatem redolere, Spanhemio vera esse certaue videtur. At tum res grammatica poscebat εἰ μὴ νενανμάχηκε περὶ κρεῶν sine articulis illis τὴν et τῶν. Postremo Brunckius ad proverbium leporinum alludi propterea negat, quod absurde dictum sit: nisi qui in pugna navali fortiter dimicaverit; quomodo enim scire Charonem potuisse, an servus fortiter dimicasset? Adeo ne Brunckius quidem vim atque sententiam illius proverbii ullo modo assequutus est. Scilicet in Aristophane exhibent κρεῶν editiones omnes et plerique codices, etiam Rav. Ven. Mut. Cantabr. II. Parisinus B in textu scribit τὴν περὶ τῶν κρεῶν, σωμαίων addita glossa et explicatione Aristarchi. Perversa enim glossa est in Parisino D τῶν νεκρῶν σωμαίων. Vaticanus legit νεκρῶν, suprascripto pro varia lectione κρεῶν. Et νεκρῶν exhibent praeterea Baroccianus, Cantabr. I., Harlejanus, Parisinus C, Borgianus. Κρεῶν, ut vulgo, cum Aristarchi explicatione Suidas s. Κρέας: οὕτω καλοῦσι τὸ σῶμα οἱ Ἄτινοι. Εἰ μὴ περὶ τῶν κρεῶν νενανμάχηκε. Scholiasta Aldinae, φέρεται δὲ καὶ ἄλλη γραφή· τὴν περὶ τῶν νεκρῶν. Schol. Ravennas, διάφοροι αἱ γραφαί. οἱ μὲν κρεῶν, ὡς Ἀρισταρχος — πολλοὶ δὲ τὴν ἑτέραν γραφήν (scil. νεκρῶν) αἰροῦνται. Itaque jam temporibus Aristarchi de vera lectione dubitatum est videnturque jam tum fuisse, qui νεκρῶν corrigerent; multi tamen grammatici vulgatam scripturam κρεῶν alteri praeferebant. Sed quoniam et Brunckius νεκρῶν, quae Alexandrinorum conjectura est,

inepte glossam dixit e margine in contextum temere a librariis illatam, et caeteri interpretes scholia graeca ne hoc quidem loco intellexerunt: ostendam, non unam eandemque sententiam, sed quinque diversas in scholiis nostris inveniri. Ac primum quidem fuerunt, qui lectionem κρεῶν non solum tuerentur, verum etiam recte exponerent: schol. Ald. et Rav. ἐνθάδε οὖν, εἰ μὴ νενασμάχηκε περὶ τῆς ψυχῆς τῆς αὐτοῦ· ὥς ποτε τῶν Ἀθηναίων ἐν περιστάσει (h. e. in periculis) γενομένων καὶ ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἀγωνιζομένων προσλαβεῖν τοὺς δούλους, καὶ ὕστερον ἐλευθερίας ἀξιῶσαι. Quae planissime conveniunt cum interpretatione proverbii leporini ea, quam e Photio, Suida, Hesychio, Zenobio, Diogeniano supra attulimus. Et hujus quidem explicationis fortasse Didymus auctor fuit, cujus proverbia a Zenobio in compendium redacta sunt. Deinde Aristarchus defenderat ille quidem et ipse scripturam κρεῶν, attamen longe aliter erat interpretatus. Ad illam Aristarchi sententiam haec pars scholiorum referatur: Ald. ἦσαν γὰρ οἱ δούλοι τότε νασμαχίσαντες περὶ οὐδενὸς ἄλλου ἢ περὶ τῶν ἰδίων κρεῶν· τουτέστι σωματῶν. φησὶν οὖν ὅλον οὐ περὶ χρημάτων καὶ πατρίδος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἰδίου σώματος. κρέας γὰρ τὸ σῶμα. Et postea ὅτι δὲ καὶ κρέας τὸ σῶμα, καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν χρήσει· τοιοῦτος ὢν ἄρξεις τοῦδε τοῦ κρέως. Rav. οἱ μὲν κρεῶν, ὡς Ἀριστάρχος φησιν ἐπὶ τῶν σωματῶν λαμβάνεσθαι πολλάκις, καὶ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Χρῆσει· τοιοῦτος ὢν ἄρξει τοῦδε τοῦ κρέως. Nihil vidi magis festivum, quam pugnam navalem de corporibus pugnatam, hoc est, ut Aristarchus finxit temere, de corporibus tantum, non etiam de opibus neque de patria. Quo probato quidnam aliud restat, quam ut ad Arginusas meri servi cum servis meris manum conseruerint, neque ullum caput liberum interesse tanto proelio potuerit? Sophoclis autem e Chryse versum ita emendarunt Hemsterhusius ad schol. Plut. v. 681. Bentlejus, Brunckius, Τοιοῦτος ὢν ἄρξεις σὺ τοῦδε τοῦ κρέως; Recte fortassis: etsi quum scholiasta Rav. non ἄρξεις, sed ἄρξει legat, fieri etiam illud potest, ut dixerit poeta, Τοιοῦτος ὢν ἄρξεις τοῦδε τοῦ κρέως (fac praecessisse, δεινὸν ἂν εἶη, εἰ indignum fuerit, si —). [Veram esse conjecturam meam ἄρξει nunc docet haec ipsa lectio in cod. Florentino, quam jure probat Dindorfius.] Tertia explicatio ad scripturam alteram νεκρῶν pertinet: schol. Ald. — νεκρῶν. εἰη δ' ἂν λέγων περὶ τῆς ἐν Ἀργινούσαις ναυμαχίας, ἐν ἣ ἐνίκων μὲν οἱ Ἀθηναῖοι, τοὺς δὲ νεκροὺς ἐκωλύθησαν ἀνελίσθαι ὑπὸ χειμῶνος. — ἐπεὶ οὖν συνενασμάχον καὶ οἱ δούλοι, τοιοῦτό τι λέγει· δούλον οὐκ ἄγω, εἰ μὴ ἀνήρηται τοὺς ἐκ τῆς θαλάσσης νεκρούς. Rav. ἑτεροὶ δὲ φασιν αἰνίττεσθαι τὴν περὶ Ἀργινούσων ναυμαχίαν, ἣν διὰ τοὺς νεκροὺς ἠγωνίσαντο. Scio esse, qui lectionem νεκρῶν ad Metrium Ixionem retulerit, Photium p. 177, 3. Κρέας: — καὶ τὸ σῶμα. — τὴν περὶ τῶν κρεῶν: ὁ δὲ Ἰξίων γράφει τὴν περὶ τῶν νεκρῶν τῶν ἐν Ἀργινούσαις ἀτάφων, ὅπερ ὢν ἀνηρέθησαν οἱ στρατηγολ. At quum

scriptura νεκρῶν jam Aristarchi tempore exstitisse videatur, crediderim Demetrium maxime a Photio nominari, non quo primus hujusce conjecturae auctor fuisset, sed quod eam accuratius, quam alii defendisset. Nos vero aures cera obturemus, ne Charonis persona, tanquam aliquo Sirenum cantu deleniti parentem conjecturae τὴν περὶ τῶν νεκρῶν audiamus; id quod vel Bentlejo accidit, ut νεκρῶν optime personae Charonis aptari diceret. Immo vox νεκρῶν tota absurda est, sive eam ex historiae fide, sive e comoediae joco metiri placuerit. Erant autem in ipsa demum pugna sat multae Atheniensium naves cum classiariorum haud exigua manu fluctibus haustae atque demersae, quas servare eorum duces, quum valde cuperent, tempestatis vehementia prohibebantur (Xenoph. Hellen. I, 6, 35. I, 7, 29 sq. Diodor. XIII, 100 sq.). Quare si pugnam ad Arginusas, quod multi in ea mortem occubuerunt, ideo appellare τὴν περὶ τῶν νεκρῶν placet, eodem jure quodvis aliud proelium hoc dici nomine licebit. At, inquit Brunckius, salse Atheniensium stultitia ridetur, qui postea erga victoriae auctores duces in jus vocatos capitisque damnatos ita se gesserunt, ac si non de imperio, sed tantum de caesorum carnibus sive cadaveribus sepeliendis dimicatum fuisset. Primum περὶ τῶν νεκρῶν de ipsis mortuis, non de sepultura eorum significaret; deinde haud invenio, quomodo tale quidquam fingi vel in comoedia potuerit. Nam Atheniensium duces minime ab hostibus, qui jam profugerant, verum sola tempestatis injuria servare milites submersos impediti sunt; necesse est autem in verbis τὴν περὶ τῶν νεκρῶν genitivo eam ipsam rem, de qua pugnatum sit, contineri. Sequitur in scholiis quarta disputatio grammatici ignoti, qui conjecturam νεκρῶν refellere studet, Οὐκ ἔχει δὲ νοῦν τὸ λεγόμενον. ναυμαχίας γὰρ οὐδεμιᾷς ἔδει πρὸς τὴν ἀναίρεσιν. χεῖμωνι δὲ ἐκωλύθησαν. Hactenus bene; sed addit idem, διὰ τί δὲ τὸν δοῦλον μόνον ἐκώλυσεν, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τῶν ἐλευθέρων, εἴ τις μὴ ἀνήρηται τοὺς νεκρούς; παρήσει γὰρ τὸν Διόνυσον. Has grammatici argutias ut recte intelligas, memineris velim v. 50, in quo Bacchus se et ipsum ad Arginusas pugnasse gloriatur. Restat quinto loco nova et perridicula conjecturae νεκρῶν interpretatio, ἣ ἐπ' αὖ λέγων νεκροὺς τοὺς Ἀθηναίους, διὰ τὸ ἐσχάτως τότε πράττειν. Quam fuisse Apollonii grammatici doctrinam ostendit is, quem apte contulit Kusterus, scholiasta ad v. 423 ἐν τοῖς ἀνω νεκροῖς: οὐχ ὥς Ἀπολλώνιος πρὸς τὴν ἐξήγησίν τοῦ »εἰ μὴ νενασμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν« (verissime Kusterus νεκρῶν) ἀλλ' ὅτι (immo οὐδὲ ὅτι, quemadmodum edidit Bekkerus) διὰ τὴν κακοπραγίαν νεκροὺς τοὺς Ἀθηναίους λέγει· ψυχρὸν γάρ. κτλ. Patet vero Apollonium publicas Atheniensium miserias describi ratum a sententiae veritate non aberrasse, in eo autem vehementer lapsum esse, quod Atticos dici praemortuos, quasi ἐμψύχους νεκροὺς et proelium de mortuis Atticis commissum excogitavit. Hoc explodi satis est, nihil attinet subtiliter refutari.

V. 192. τὸν ἀβέστ a Barocc. et Monac. Statim Elbing. ὀφθαλμῶν. Ne Charon verba sibi data intelligat, servus et certum morbum et frequentem excusat, lippitudinem, quo malo multos tum Athenienses laborasse necesse est; adeo frequens lippitudinis mentio est apud Aristophanem.

V. 193. Legebatur οὐκοῦν περιθρέξει — sine interrogatione. Recte vero Beckius οὐκοῦν περιθρέξει —; quem Dindorfius Bothiusque sequuti sunt. In fine hujus versus τρέχων Ald. Junt. II pleraeque aliae edd. et pars codicum; sed κύκλω Juntina prima Rav. Ven. Vatic. Borg. Cantabr. I. Harlej. Parisinus C περιθρέξη — κύκλω. Barocciano tribuit Porsonus περιθρέξει λίμνην δῆτα κύκλω. Elbingensis Οὐκοῦν περιθρέξη (sic etiam Monac.) τὴν λίμνην δῆτα τρέχων. Scholiastes, ἀντὶ δὲ τοῦ τρέχων γράφεται καὶ, κύκλω. Optime autem judicat Dindorfius, κύκλω hic legisse videri etiam scriptorem argumenti, ὁ μὲν Ξανθίας — ὑπὸ τοῦ Χάρωνος οὐκ ἀναληφθεὶς, πείη τὴν λίμνην κύκλω περιπορεύεται. Nihil tribuendum est deteriorum librorum scripturae τρέχων ex errore natae, quippe quae in hujus versus finem e fine v. 191 a librariis translata sit. Illo enim loco verbis τὴν περὶ τῶν κρεῶν primum adscripta est glossa τρέχων (cf. Photium in Lexico p. 202, 4.), quae glossa quum textum occupasset, metro autem repugnaret, deinceps nostro versu temere intrusa est verbo κύκλω antiqua sede dejecto. Per se tamen graece dici posset περιθρέξει — τρέχων, curriculo curres, loquutione Plautina Mostell. II, 1, 15. Apte comparavit Bergler Eqq. 286 sq. Contra in Luciano D. Marin. IV, 3. Ἰδὼν εἶδον· ἀλλὰ τὸ πρῶγμα τεράστιον, τὸν αὐτὸν πῦρ καὶ ὕδωρ γίγνεσθαι pii monachi a Novi Foederis lectione recentes ἰδὼν addiderunt ex Act. Apost. VII, 34. ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου —. Locus etiam alioquin interpolatus e codd. Gorlic. atque Guelferb. corrigi debet in hunc modum: Εἶδον· ἀλλὰ τὸ πρῶγμα τεράστιον, ὁ αὐτὸς πῦρ καὶ ὕδωρ. Alias ejusdem verbi repetitio non ad augendam notionem valet atque intendendam, sed simplici initium rei, compositione autem finis continetur. Hujusmodi est frequentissimum illud φεύγοντα ἐκφεύγειν apud Porsonum ad Phoeniss. v. 1231. et Schaeferum ad Plutarch. V. p. 34. (Cic. Epp. ad Attic. 7, 24. — in fuga sit: modo effugiat.) Quare non miror, τρέχων a Bothio propter ipsam dictionis elegantiam defendi. Multa hujusmodi nuperrime composuit Lobeckius in Paralipomenis T. II. p. 532 sq. Verissime tamen alteram lectionem κύκλω Kustero probatam, a Brunckio rursus neglectam Dindorfius suscepit. Nam περιτρέχειν κύκλω attice dictum esse centenis locis ostendi potest. Sufficiant haec: Xenoph. Anab. I, 5, 4. Lucian. Hermot. c. 29. ibid. c. 53, ibid. c. 58. Amorr. c. 39 ἐν κύκλω παρεστᾶσι. Immo legendum περιεστᾶσι. Nam quod recens scholiasta τρέχων agnoscit neque κύκλω affert nisi pro varia lectione sentio, scholiastae auctoritatem antiquissimorum codd. pondere elevari.

Apud Homerum II. 2, 247 vulgo legebatur, *Αἰνείας δ' υἱὸς μεγαλήτορος Ἀγκίσσας*. Quid potest contemptius esse hac voce Veneti A scholiastae υἱὸς *μεγαλήτορος*: ἐν ἄλλῳ, υἱὸς μὲν ἀμύμονος. Et tamen ex optimis quibusque codd. Wolfius Heynio auctore μὲν ἀμύμονος recepit. Neque enim ut nostrae aetatis critici, sic etiam scholiastae codicum pondus quadam aurificis statera explorare solebant. Porro rectissime communem Graecorum opinionem descripsit Lucianus De Luctu c. 3 ἡ Ἀχερουσία λίμνη πρόκειται, πρώτη δεχομένη τοὺς ἀπαντῶντας, ἣν οὐκ ἐνὶ διακλειῦσαι ἢ παρελθεῖν ἄνευ τοῦ πορθμέως· βαθεῖα γὰρ περᾶσαι τοῖς ποσὶ καὶ διανήξασθαι πολλή. Quomodo igitur jubet Charon pedibus hanc paludem circumiri? Comparemus similem jocum Luciani ejusdem in Cataplo c. 18, ubi Micyllus tranare Acherontem incipit. Quum enim Bacchus singulare certamen cum Ranis initurus esset, Xanthiae persona in ipsa traiectione submoveri tantisper debebat.

V. 194. ποῦ] ποῖ Venetus. Pro παρὰ Baroccianus περί. — Ibid. παρὰ τὸν Αὐαῖνον λίθον] Huc spectat Eustathius p. 880, 64. — ἡ νέκρωσις ἀλλοφαντας ποιεῖ καὶ αὐαίνει· ἐξ οὗ καὶ ὁ παρὰ τῷ Κωμικῷ Αὐαῖνον λίθος ἐν ἔξδου πέπλασται. Scholiasta, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τοὺς νεκροὺς εἶναι· ὡς ὄντος τινοῦ ἐν ἔξδου οὕτως λεγομένου λίθου. φασὶ δὲ Αὐαῖνον λίθον τινὰ λέγεσθαι Ἀθήνησι, παρ' ὧν οὐκ ἐκείως ἀπὸ τοῦ „αὐαίνου“ παρήχθη, ἐπειδὴ οἱ πολλοὶ χρόνον περιμεινάντες τινὰς εἰώθασιν λέγειν „αὐτοῦ γέγονα περιμεινών“. ἔοικε δὲ θρυλλούμενον τοῦτο ἦδη. — Ἄλλως. — τὸ δ' ἀληθὲς οὕτως ἔχει· παρὰ τὸν λίθον αὐαίνου καὶ ξηραίνου. Mirum, qui scholiastis credere Bergler et Brunckius potuerint, ad Imperativum αὐαίνου hic simul alludi. Neque hic Auaenus pertinet ad expectationem Xanthiae herum suum opperientis, sed ad manium naturam succo vitali carentium, neque omnino αὐτοῦ γέγονα περιμεινών dixisse Graeci videntur. Ego vero scholiastam nostro etiam loco bona malis miscuisse contendo: cui ut illud unum assentiar, lapidem aliquem sive ipsis Athenis sive in terra attica Auaeni nominatum esse pluribus causis moveor. Primum enim tantum non omnes res inferiorum jam inde a v. 109 tali modo describuntur, ut apud superos versari et in media Graecia videre. Deinde cum Auaeni lapide alii veteris Graeciae lapides mirifice congruunt, ut *Μελαμπύγον* λίθος apud Herodotum VII, 216, ubi *Μελαμπύγον* pro *Μελάμπυγον* primum restituit Leopardus, *Μαντοῦς δίφρος* apud Pausaniam IX, 10, 3, *Sileni lapis* apud eundem I, 23, 6, apud eundem III, 22, 1. *Orestis lapis* ἰεὺς *καππώτας*, quem a Jove vindicavimus De Aeschyli Eumenid. I. p. 148. Hisce addidit Lobeckius in Aglaoph. p. 1298 *ἀνακλήθραν* Pausan. I, 43, 2. atque notissimam ejusdem Cereris sedem *Ἀγέλαστον πέτραν* in Apollodoro I, 5, 1 init. et alibi.

V. 195. *μανθάνεις* edd. omnes ante Brunckium Charoni continuant et pars codicum, in his Ravennas. Recte vero Dionysi personam praefigunt

Venetus Mutin. Parisini BCDE (hic cum glossa δ λέγει) Cantabr. I et II Elbing. et Bentlejo teste etiam Baroccianus. In Parisino A vacuum sine persona spatium est. Bacchi magis, quam Charonis interfuisse scire, an servus suus rem teneret, bene ostendit Brunckius. Praeterea Mutinensis ταῖσιν pro ταῖς, Baroccianus autem *μανθάνω* omittit. Hinc apparet fuisse, qui verum ita interpolarent,

ἐπὶ ταῖσιν ἀναπαύλαισι Δι. *μανθάνεις*. Ξ. πάνν.

Dolemus sane, Dobraeum in id ipsum incidere conjectura potuisse, qui tamen quum πάνν *μανθάνω* etiam in Ran. 65 et Avv. 1458 invenisset, cito rediit ad vulgatam.

V. 196. Quid est absurdius, quam hunc verum assignare Dionyso? Scholiasta tamen, *δύναται δὲ τοῦτο καὶ ὁ Διόνυσος καὶ ὁ Ξανθίας λέγειν*. Sententiam versus illustrabit Lucianus in Hermotim. c. 50. Eunuch. c. 6. Amorr. c. 39. Pseudolog. c. 17. Omninoque frequentissima sunt illius superstitutionis testimonia. Abit Xanthias.

V. 197. Libri omnes *ἐπιπλεῖ* praeter Baroccianum et Cantabr. I, in quibus est *ἐπιπλεῖν*. Certatim *ἐπιπλεῖ* emendarunt Duker, Kuster, Reiskius, probante Beckio idque merito recepit Dindorfius. Certe verbo *ἐπιπλεῖν* nullum hic locum relictum esse praeter Brunckium, qui plane tacuit et Bothium, quem tacuisse mallet, omnes concedent. Tum bene dixerunt Duker et Kuster, Charonem hic quoque nautarum morem referre, qui soluturi clamorem tollant, ut quam plurimos vectores bene nummatis acquirant.

V. 198. *ποεῖς-ποῶ* Rav. *ποεῖς* etiam Paris. C. *ποῶ* Barocc. *τι* pro *ὅ* *τι* Mutin.

V. 199. Ambigua sunt Charonis verba *κάθιζ' ἐπὶ κώπην*, quae primum significant *conside ad remum*, tanquam remex, qui a Graecis appellari solet *πρόσκυπος*, interdum etiam *ὁ ἐπὶ κώπῃ*. Deinde vero eadem verba significare possunt, *conside in remo*, *super remo*, quemadmodum loquitur Herodotus II, 55, ibid. VIII, 52. Plura collegit Matthiaeus Gr. Gr. p. 1169 ed. II. Hac igitur locutionis ambiguitate callide Bacchus utitur, qui a Charone ad remum considerare remigandi causa iussus in ipso potius remo consederit. Quae quum ita sint, ferri diutius non potest lectio vulgata, *οἷπερ ἐκέλευσάς με σὺ*, sed res ipsa atque sententiae vis *οὐδέπερ* effligitat. Nam ita demum *οἷπερ* recte habiturum esset, si Bacchus, uti iussus erat, tanquam remex ad remum consedisset. Neque *οἷπερ* accusativo *ἔγω* 'πὶ κώπην' defendi potest. Quod nisi poeta in ancipiti dictione *ἐπὶ κώπῃ* *ἔξειν* ludere voluisset, haud dubie nostro quidem versu scripsisset *ἔγω* 'πὶ κώπῃς. Itaque *οὐδέπερ* e Ravennate, Borgiano reposui. Rav. habet etiam scholium, *τοπικὸν τὸ οὐ*. Contra vulgatum *οἷπερ* hic invenerat Joannes Alexandrinus *Τονικ. Παράγγ.* p. 32, 13 *τὰ ἔχοντα τὴν οὐκ ἀποφύγον ἢ τὴν εὐ περιπῶνται*.

ἀριστοφάνης ἐν βατράχοις, ἔω 'πὶ κώπῃν, οἷπερ ἐκέλευσάς με σύ. Miror tamen, Dindorfium hoc uno argumento motum scripsisse his ipsis verbis: »*Verum est οἷπερ.*« Neque enim proverbium illud Ἐκ τῶν Διδῶς δέλτων ὁ μάρτυς natum est e testimonio Joannis Alexandrini. Praeterea Ravennas ἐκέλευες, non male profecto; modo enim Charon jusserat. Id quoque suscepi prò vulgari ἐκέλευσας, quod et ipsum retinet Joannes Alexandrinus. Denique Bérocc. με σύ γε.

V. 200. Elbing. καθ'εἰδῇ (sic etiam Monac.) — ἐντανθοῖ γάρστρων. Hunc versum omittit Cantabr. II, sequentem omittit Rav., in Borgiano autem v. 201 in margine ab alia manu scriptus est. Mirum, non etiam pluribus in libris alterum horum versuum excidisse, qui et incipiant eodem modo et desinant. Id vero risus causa sic instituit Aristophanes, ut in Eccles. v. 799 sqq. et in fragmento Senectae apud Athen. III, p. 109, f. Bekkian: »Considet nunc ad remum Dionysus, dum dicit ἰδοῦ, et mox ubi jubetur manus e pallio promittere (προβάλλεσθαι) et extendere versus remum, protendit eas sed nondum remum capit; gerit se admodum inepte.« Loquutionem προβάλλεσθαι τι explicavit Hermannus ad Nubes v. 973. Bacchum ventriosum in comoedia induci solere observat scholiasta.

V. 202. φλυαρήσης edd. ante Brunckium. φλυαρήσεις Rav. Venetus, Parisinus B, Elb. Monac. Vide infra ad v. 462. Caeterum alii etiam finxerunt, mortuos remigasse regente clavum Charone, neque eo minus tamen portorium et ipsos solvisse. Vide Hemsterhusium ad Luc. D. Mort. XXII, 2.

V. 203. Schol. R V ad h. l. ὁ κᾶτα ἀντὶ τοῦ καὶ. Eodem modo Apollonius Dyscolus in Bekk. Anecd. p. 496, 12. ΚΑΤΑ. Οὗτος πολλάκις ἐν ἱερῷ τῷ καὶ παραλαμβάνεται. οὐ γὰρ . . . οὐ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Βατράχοις τὸ

κᾶτα πῶς . . . ἤσομαι

ἀντὶ τοῦ καὶ παραλαμβάνεσθαι. Scholiastes Apollonii Dyscoli ibid. p. 969, 4. Ὁ κᾶτα εὐρίσκεται ἀντὶ τοῦ καὶ, ὅλον

κᾶτα πῶς δονήσομαι,

ἄπειρος, ἀθαλάττωτος, ἀσαλαμίνιος

ᾧν, εἴτ' ἐλαύνειν;

V. 204. Hesychius e nostro scilicet loco, Ἀθαλάττωτος: ἄπειρος θαλαττίου πλοῦ (codex Ἀθλάττωτος· ἄπειρος θαλάττιος πλοῦς) et iterum Ἀσαλαμίνιος: ἄπειρος θαλάσσης. οἱ δὲ, οὐ κοινωνικῶς ὑπὲρ Σαλαμινίων. Lege, οὐ νεοκοινωνικῶς τῆς περὶ Σαλαμίνα ναυμαχίας. Scholiasta, quem Suidas descripsit in loco admodum perverso s. Ἄπειρος, verbum non alias obvium ἀσαλαμίνιος aut ad Salaminiam navem Atheniensium publicam refert, absurde quidem, licet assentiente Berglero, aut intelligi jubet pugnam Salaminiam, cui se Bacchus interfuisse neget. Hoc alterum plerique se-

quiti sunt, ut Conzsius, Bothius et in Lexicis Schneiderus Passoviusque. At superbia Atheniensium, qui etiamtum Salaminiam pugnam saepissime jactabant, longe alio modo irridenda erat, uti fere ridetur in Eqq. 782, de quo loco audi Schaeferum ad Bos. Ellips. p. 423. nosque ad Thesmoph. v. 939. Immo vero ἀσαλαμίνιος significat non-Salaminium; Salaminios autem remiges fuisse constat. Hinc nobis etiam illud est in Eccles. v. 38, ubi scholiastes inter alia non probanda, ὡς ναυτικῶν ὄντων τῶν Σαλαμινίων. Porro Ajacis Sophoclei chorus e nautis Salaminiiis compositus est (Χορὸς Σαλαμινίων ναυτῶν). Nomen ipsum ἀσαλαμίνιος cum aliis ejusdem modi compositionibus ἀνηφαίστω πυρὶ, Ἀνελιθύνιαν Ἀθάναν, ἀνέλληνα στόλον egregie comparavit Porsonus ad Orestem v. 613.

V. 205. ἀκούσει] Parisinus C ἀκούση, et sic fere in similibus, Elb. ἀκούση et fere ubique sic Monac.

V. 206. τίνων;] τινῶν Rav. idque Charoni continuat.

V. 207. κατακέλευε] κατὰ κέλευε Mutin. et Barocc. Cur vero cum ranis olorum cantus conjunguntur, quos quidem nullos audituri sumus? Credo, per jocum pulcherrimorum carminum expectationem commovet et vixdum commotam frustratur. Ceterum a κελυστήν diversum fuisse constat τὸν τριηράνην, cujus erat αὐλεῖν εἰσεῖλαν τοῖς ἐλαύνουσι (Plutarch. in Alcibiade c. 32). Quare ad tibiam cantatus est Ranarum chorus, id quod apparet etiam e v. 212. ξύναυλον ὕμνων βοάν. Canit autem celeustes ap. Lucian. De Domo c. 16.

V. 208. abest a Ravennate. Venetus, ὃ ὁπόπ ὃ ὁπόπ ὃ ὁπόπ. Mutinensis ὠόποπ. In Cantabr. I. ὅπ bis deest, scilicet e. v. 180. Parisinus C ὃ ὅποπ bis.

V. 209—267. Scholiastes ad v. 211 — ταῦτα δὲ καλεῖται παραχορηγήματα (παραχορηγήματα recte olim Bisetus), ἐπειδὴ οὐχ ὁρῶνται ἐν τῷ θεάτρῳ οἱ βάτραχοι οὐδὲ ὁ χορὸς, ἀλλ' ἔσθθεν μιμουῦνται τοὺς βατράχους· ὁ δὲ Χορὸς ἐκ τῶν εὐσεβῶν. Supra in indice personarum vulgatae scripturae Χορὸς βατράχων Ravennas substituit βατράχων παραχορηγήματα. Secundarii chori, qui non in orchestra, sed aut in proscaenio, aut sicut Ranae intus caneant, tametsi proprio nomine Παραχορηγήματα dicebantur, de qua re disputavimus ad Thesmoph. p. 32 et p. 252, tamen quum iidem chori alterius loco ducerentur, nulla ratio fuit hic titulum Xo. Ba. ex arbitrio mutare. Enimvero Beckius ita judicat, si verum sit, quod dicit scholiasta, Ranarum chorum non in scena conspectum esse, sed extra eam auditum, ne posse quidem chori Ranarum strophas et antistrophos ullas cogitari. Immo neque scholiasta fallitur, neque qui strophas redintegrare student, metrici. Nam saltatio hic quidem profecto abesse debebat, quum et Ranae intus essent et Bacchus remigaret; attamen vel sic modi musici, metra, versus, strophae totae prorsus congruebant. Videlicet

hiscæ Ranarum et Dionysi versibus strophas contineri, quæ sibi invicem respondeant, tam clarum est tamque evidens, ut id duobus certe locis ipse adeo metricus scholiasta animadverterit. Totum vero carmen ad strophas suas revocare conati sunt Reisigius in *Conject.* p. 194 sqq., et qui partim artificiosas rationes minimeque probabiles attulit (omnes enim Aristophanis antistrophi magna simplicitate commendantur) Hermannus in *Elementis* D. M. p. 742 sqq. Sed etsi in summa re duumviros egregios opinio haud dubie fefellit, ambo tamen de singulorum emendatione locorum praeclare meriti sunt. Ceterum Aristophanes propter unicum Ranarum episodium, quod etsi lepidissimum est, tamen neque cum argumento fabulae cohaeret, neque magnam ejus partem complectitur, nec nisi hoc uno in loco interjectum est, recte tamen huic comoediae Ranarum nomen imposuit. Saepe enim a choro fabularum nomina repetuntur. In quo quidem poeta hoc unum videtur sequutus esse, ut fabulam novam sub Ranarum nomine professus populi expectationem ad meros ranunculos conversam mirifice deciperet, utili ad cavendum exemplo horum etiam temporum semidoctis, qui saepe comoediae argumentum in solo ejus nomine, tanquam in aqua fundamentum ponunt.

V. 209—220. Est proodus. Hic quoque strophas quaesivit I. I. Reisigius, quum caetera infeliciter, tum eo maxime, quod non cogitavit, nusquam in toto Aristophane singulos versiculos stropharum instar sibi invicem opponi. Paulo melius olim Hotibius opinatus est quaternis versibus stropham inesse 209—213 βρεκεκεκὲξ — ἀοιδᾶν, quaternis antistrophum ejus 214—216 κοᾶξ — λαγήσαμεν, quaternis denique epodum 217—220 ἡνίχ' — κοᾶξ.

V. 209 Βρεκεκεκὲξ] βρεκεκὲξ ubique Baroccianus (qui idem h. l. κοᾶξ idque forsitan ter), hoc autem versu βρεκεκὲξ Cantabr. I. (qui proximo versu quadrisyll.), βρεκεκεξ Elbing. βρεκεκὲξ etiam Suidas s. Βρεκεκὲξ κοᾶξ κοᾶξ: ἐφύμνιον παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Βατράχοις κ. τ. λ. et s. Αἰόλαν. βρεκεκεκὲξ hoc accentu Paris. C. Joannes Alexandrinus Τονικ. Παραγγ. p. 38., τὰ εἰς ξ λήγοντα ἐπιρροήματα ὀξύνεσθαι θέλει, πλὴν τῶν παρὰ προθέσεως· ταῦτα γὰρ βαρύνεται· ἀπριξ, κουριξ, κοᾶξ, ὑποδραξ, βρεκεκὲξ, λατταῖαξ (λατταταιᾶξ cum Dindorfio). Scriptura βρεκεκεκὲξ metro repugnat; neque ulla causa est, quamobrem Bentleji conjectura βρεκεκεκεκὲξ in toto carmine scribentis comprobetur. Vulgo autem legitur

βρεκεκεκεκὲξ κοᾶξ κοᾶξ

βρεκεκεκεκὲξ κοᾶξ κοᾶξ

inde ab Juntina II, quum in Aldina et Juntina I posteriore loco exstet

βρεκεκεκὲξ κοᾶξ κοᾶξ.

Cod. Ven. semel tantum habet βρεκεκεκεκὲξ κοᾶξ κοᾶξ.

V. 211. Perineptum est, quod habet Triclinius ad Soph. Oed. R. v.

1463 in edd. ante Brauckium, *κηρυαία λιμνῶν τέκνα*. Manifesto enim in verbis *λιμναία* et v. 216 *ἐν Λίμναισι* luditur.

V. 212. ὕμνον] ὕμνον Venetus. »Ξύναυλον ὕμνον alii.« Scaliger. Suidas, Ξύναυλον: παρ' Ἀριστοφάνει, ξύναυλον βοᾶν κ. τ. λ.

V. 213. φθελγόμεθ'] φθελγόμεθ' Venetus et Cantabr. I. scilicet e v. 241. φθελγόμεθ' Elbing. Tum libri omnes κοᾶξ κοᾶξ praeter Venetum, in quo κοᾶξ ter scriptum est.

V. 214. 215. Hi vulgo ita distincti,

ἦν ἀμφὶ Νυσήϊον Διὸς

Διόνυσον ἐν Λίμναισι λαχίσσαμεν.

Ravennas et Borgianus distinguunt, ἦν ἀμφὶ Νυσήϊον | Διὸς Διόνυσον ἐν Λίμναισι λαχίσσαμεν. Recte prorsus l. l. Hermannus,

ἦν ἀμφὶ Νυσήϊον

Διὸς Διόνυσον ἐν

Λ. λ.

idque recepit in tertia sua Dindorfius. Praeter Parisinum C, qui *Διόνυσος*, libri omnes *Διόνυσον*, quod correxerat jam Hotibius. Nam metrum postulat Homeream formam *Διόνυσον*, cui *Νυσήϊον* ionica et ipsa apprime congruit. Pessime Reisigius l. l.

ἦν ἀμφὶ Νύσειον

Διὸς Διόνυσον ἐν

Λ. λ.

nempe quod scholiastes in suis verbis plebejam posuit formam *Νύσειος* semet ipso illam digniorem, quam Aristophane. Monac. *Νυσκίον* pro *Νυσήϊον*.

V. 216. Libri omnes *Λίμναισι λαχίσσαμεν*, praeterquam quod in scholii lemme est *Λίμναισι*. Ceterum et aliis argumentis et hujus ipsius loci auctoritate ostendi in libello de Lenaeis III, p. 29, Nyseum Dionysum in Anthesteriis atticis cultum esse atque Anthesteriorum Dionysum et ab aliis Dionysis Liberalium vel urbanorum vel rusticorum et a mystico iaccho recte ut spero distinxī. Ranae igitur: hymnis, inquit, eum Bacchum extollamus, qui nunc a Charone paludem (*τὴν Λίμνην*) transvehitur, sicuti in Limnis Nyseum Dionysum die Chytrorum coaxando celebramus. Quales autem tempore Chytrorum hymnoi isti fuerint, ranae ipsae ingenue fatentur, *εὐγγερὺν ἑμὲν αἰοιδᾶν, κοᾶξ κοᾶξ*. Tum ἐν *Λίμναισι* Bergler comici esse dicit in ambiguitate ludentis, quoniam *λίμναι* et lacus sint ranarum sedes, et locus Athenis cum templo Bacchi antiquissimo. Idem visum Hermannō et Boeckhio De Lenaeis p. 85, qui non verbi solum lusum esse dicit, verum etiam sententiae. Sed de hac re melius grammatici antiqui statuerunt. Nihil enim magis frigidum cogitari posset isto verbi lusu, non etiam sententiae, *Λιμναία κηρυῶν τέκνα* — ἐν *Λίμναισι*.

σιν *λαγῆσαμεν*, nisi ingeniose pergeret Aristophanes, *χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος*. Nempe praeferoces ranae, quae in toto carmine ridicule cum Baccho certant, Bacchi templum in Limnis suum esse clamant, quod et in vicina palude habitent, et quia ipsum nomen *Λίμναι* ranarum magis domicilium, quam Bacchi monstrare videatur. Optime igitur scholiastae, *ἐμὸν τέμενος: λήγουσι τὸ ἐν Λίμναις τοῦ Διονύσου ἱερὸν*. πρὸς δὲ τὴν ὁμωνυμίαν, ὅτι ἐν λίμναις εἶδιν οἱ βάτραχοι, *Λίμναι* δὲ καὶ τὸ ἱερὸν. Contra adjectivum *λίμναϊα* v. 211 non ad Limnas Athenarum, sed ad paludem refertur Acherusiam, in qua nostrae ranae natare finguntur. Itaque alieno loco positum est scholium Rav. ad v. 211 *λίμναϊα*] *Λίμνη* (sic) *τόπος ἱερὸς Διονύσου, ἐν ᾧ καὶ οἶκος καὶ νεὼς τοῦ θεοῦ. Καλλιμαχος ἐν Ἑκάλῃ· Λίμναϊα δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς*. Quam explicationem vulgaris scholiasta recte verbis *ἐν Λίμναισιν* v. 216 accommodat, male tamen omissis vocibus *ἐν Ἑκάλῃ*. Mire autem de illo Callimachi fragmento erravit Hemsterhusius apud Blomfieldum p. 277 sq. Immo etiam apud Stephanum Byz. in *Λίμναι* p. 516 ed. Berkel, καὶ οἱ Λίμναῖοι χοροστάδας ἦγον ἑορτάς pro καὶ οἱ scribendum est *Ἑκάλῃ* sive *Καλλιμαχος Ἑκάλῃ*. Nam tribus minimum vitiis laborat Hemsterhusii conjectura ita Callimachum dixisse rati Καὶ οἱ (sc. Baccho) *Λίμναῖοι* δὲ χοροστάδας ἦγον ἑορτάς inprimisque miramur, unde doctissimus ille vir cognitos habuerit inauditos plane Limnaeos. Restat tenuis quaedam dubitatio de potestate aoristi *λαγῆσαμεν*. Hunc enim Ruhnkenius atque Brunckius ita vertunt, *cantare solemus*, contra *cantavimus* interpretantur Vossius, Boeckhius l. I., Hermannus. Neque enim vivi et videntes ranunculi, sed umbrae ranarum jam in Acherusia palude brecececexant, quae olim in hac vita Limnis coxaverant. At, dixerit quispiam, quomodo tantos clamores ranae edere possunt conclamatae atque mortuae? Quippini: narro tibi, ranas quoque immortales esse. Nempe Graecorum vulgus bruta etiam animalia nescio qua immortalitate donare solebat. Hoc enim docet Polygnoti tabula apud Pausaniam X, 28, 1. Docet praeterea, qui istam vulgi opinionem saepius risit, Lucianus in Cataplo c. 21. Jov. Tragoed. c. 32. De Luctu c. 3.

V. 217. *κραιπαλόκαμος*] vitiose Rav. *κραιπαλαίκαμος*.

V. 218. *τοῖς ἱεροῖσι Χύτρουσιν*] ita omnes edd. ab Aldina ad Kusterianam eodemque modo plerique codd., etiam Rav. Ven. Mut. Cantabr. II. schol. Pessime Brunckius e Parisino A edidit *ταῖς ἱεραῖσι Χύτρουσι*. Porro *τῆς ἱερῆσι Χύτρουσι* Parisinus E, *τῆς ἱερῆς χύτρουσι* Barocc., *τῆς ἱερῆς χύτρουσι* Cantabr. I. *χύτρουσιν* Elbing. Falso dicit Beckius diem illum etiam *Χύτραι* dictum esse; omnes enim, qui ubique Anthesteriorum meminere, mascula forma *Χύτροι* utuntur.

V. 219. Duo versus proximi superiores indicio sunt, hunc ita metiendum esse, — | ˊ ˊ — ˊ ˊ — ˊ ˊ — | ˊ ˊ — .

V. 220. *βρεννέξ* trisyll. Cantabr. I et semper posthac. Cantabr. II semper quadrisyll. Hunc versum omittit Baroccianus apud Bentlejum, tacente Porsono.

V. 221—267. Scholiastes metricus v. 221—227 pro strophā habere videtur, et v. 236—240 pro antistropho, etsi septem versus priore loco, altero autem quinque numerat. Idem a v. 251 tres strophas constituit, quarum duae priores v. 251—256 et v. 257—261 ad se invicem referantur. Vix operae pretium est Hotibium audire, ejus haec verba sunt. »V. 210—217. Haec procul dubio sunt strophica, pariter ac versus 229—236., 245—263. Versus 218—221., 264—270. pro epodis sunt habendi, versusque 222—228. item 237—244 pro monostrophicis.« Dindorfius »correxī pravā versuum descriptionem. Quorum eam esse rationem animadvertit Seidlerus, ut versui 228 respondeat 241., tum opposita sibi sint disparia systemata 229—231. et 242—247., rursus congruant extrema, v. 232—234. et 248—250.« Nescio, mirabilisne sit, talia a Seidlero excogitari, an probari potuisse Dindorfio. Deinceps Seidlerus Dindorfiusque tria systemata paria faciunt v. 251—255., v. 256—260., v. 261—265. Tum Reisigio l. l. v. 221—225 est strophā A, v. 236—240 antistrophus A, v. 226 strophā B, v. 227 antistrophus B, v. 228—235 strophā Γ, v. 242—250 antistrophus Γ, v. 240 strophā Δ, v. 241 antistrophus Δ, postremo Reisigius in paribus strophis inde a v. 251 multa turbat. Attamen versuum 221—250 rationem metricā paene idem perspexit, nisi quod eum latuit, aliquot verba excidisse. Hermannus l. l. in eo potissimum fallitur, quod v. 226. 227 habet loco mesodi, versus autem 240. 241 ad v. 211—213 referri putat. Caetera enim sic distribuit, 221—225 *στροφ.* γ', v. 236—240 *αντιστροφ.* γ', v. 228—235 *στροφ.* β', v. 242—250 *αντιστροφ.* β', v. 251—256 *στροφ.* δ', 257—261 *αντιστροφ.* δ', v. 262 sqq. *ἐποδ.* Verum enimvero certissimum est, versibus 221—235 stropham contineri, et v. 236—250 ejus ipsius antistrophum, tum autem inde a v. 251 tres sequi strophas pari magnitudine. Atque hoc fere idem postea etiam Seidlerum et Hermannum vidisse intelligo ex Hermanni literis ad me datis, in quibus ita scribit, et Seidlero et semet ipso iudice stropham inesse versibus 221—235, antistrophum v. 236—250, deinde tres strophas insequi pares cum epodo; caeterum majores strophas se neque quomodo Seidlerus correxerit scire, nec quomodo ipse probabiliter emendet habere.

V. 221 sqq. Notum est scenicos poëtas concinnitati ita etiam studere, ut in eisdem strophae et antistrophī locis modo unum idemque verbum, modo consimile ad sonum sententiamve, modo et simile et in ipsa tamen similitudine dispar ponant saepissime. Quam rem etiam hoc Ranarum carmine illustravit Reisigius Conj. p. 192 sqq., qui ibidem p. 137 verissime statuit, hanc vocum similitudinem miro acumine quaesitam rude quoddam

initium esse illius sonorum in extremis versibus convenientiae, qua nostrae aetatis poemata exornantur. — Hoc in versu *ἐγὼ δὲ τάλυσιν* edd. omnes ab Aldina ad Kusterianam, Cantabr. II et fortassis alii codd., *ἐγὼ δ' ἄλυσιν* Cantabr. I Barocc. Venetus, *ἐγὼ τ' ἄλυσιν* Mutin. τ' ἄλυσιν e Parisino C enotatum. Brunckius, quem Reisigius, Hermannus, Dindorfus bene sequuntur, tacite edidit *ἐγὼ δὲ γ' ἄλυσιν* forsitan e codd.; sic enim legitur in Ravennate.

V. 222. Post hunc versum vulgo legitur *Χο. βρεκεκμηξ κοᾶξ κοᾶξ*. Quae recte absunt a Cantabr. I, Barocc. et Veneto delevitque Hermannus auctore Dindorfus. Inapte Reisigius h. l. vulgatam servavit, in antistropho autem eadem verba suo periculo inseruit, violenter diremtis versibus, qui arcte cohaerent. Pro *ὄρον* Cantabr. I *ῥον*, pro *μέλει* Elb. *μέλλει*.

V. 226 sq. Vulgo e metricorum solicitet conjecturis

Δι. ἄλλ' ἐξόλοισθ' ἀντῷ κοᾶξ.

οὐδὲν γὰρ ἔστ' ἄλλ' ἢ κοᾶξ.

In Veneto deest *ἄλλ'*. Utroque versu *κοᾶξ κοᾶξ* exhibet Cantabr. I atque Ravennas et hoc accentu *κόαξ κόαξ* Barocc. *κοᾶξ κοᾶξ* Mutin. priore loco, qui versum 227 omittit. In Veneto utrobique semel exstat *κοᾶξ* secundum vulgatam. Pro *ἄλλ' ἢ* Borgianus *ἄλλο γ' ἢ*, Rav. Ven. Mut. fortassis *ἄλλ' ἢ*, ut recte edidit Dindorfus. Hermannus vulgatam sequitur, Ravennatem Reisigius. At metrum ita potius emendandum est, uti docet antistrophus, docent hic codicum lectiones,

ἄλλ' ἐξόλοισθ' ὦ κοᾶξ

ἀντῷ κοᾶξ. οὐ γὰρ ἄλλ'

οὐδὲν ἔστ' ἄλλ' ἢ κοᾶξ.

Ac primum *οὐδὲν ἄλλο ἄλλ' ἢ* saepius dixit Plato ap. Zeunium ad Viger. p. 476 sq. Deinde post *ἐξόλοισθ'* nihil aliud quam *ὦ κοᾶξ* excidisse manifesto demonstrant et in antistropho illud *ὦ φιλοφθόν γένος*, et orationis nexus ipsaque sententia, quum praesertim Dionysus etiam v. 222 pro *ὦ βάρβαροι* dixerit *ὦ κοᾶξ κοᾶξ*. Porro adolescens conieceram, *οὐδὲν γὰρ ἔστ' ἄλλ' ἢ κοᾶξ*, quemadmodum in Avibus v. 19. At recte a scholiasta ad v. 228, a Berglero, Brunckio, Dobraeo, *ἔστ'* pro secunda persona *ἔστι* habetur, ut est in Lysistr. 139 *οὐδὲν γὰρ ἴαμεν πλὴν Ποσειδῶν καὶ σκάφη*. Male Frischlinus, Kuster, Welcker *ἔστ'* pro *ἔστιν* accipiunt: nihil est enim, nisi coax h. e. nihil aliud de vobis audio. Quanquam sic quoque Graeci saepe loquuntur, ut Aristoph. Athenaei XII p. 525, a, Lucian. Alexand. c. 20, Pseudolog. c. 19, D. Meretr. VII, 1, et Romani ut Cicero ad Famil. II, 10. Hermanni in epistola conjecturas, quibus ne ipse quidem tribuere quidquam videtur, tamen afferam, propterea quod vir summus et ipse *ὦ κοᾶξ* post *ἐξόλοισθ'* vidit addendum esse,

στρ.

ἀλλ' ἐξόλωσθ', ὦ κοᾶξ,
αὐτῷ κοᾶξ. οὐ γάρ ἐστ'
ἄλλο γ' ἢ κοᾶξ κοᾶξ
οὐδέν. B. εἰκότως ἐγὼ, ὦ
πολλὰ πράττων. ἐμὲ γὰρ ἔστερ-
ξαν μὲν εὐλυροὶ τε Μοῦσαι κ. τ. λ.

ἀντιστρ.

ἀλλ', ὦ φιλοφθόν γενος
παύσασθε. B. μᾶλλον μὲν οὖν
φθονεῖσθε εἰ δῆποτε εὐ-
ηλοῖς ἐν ἀμέραις
ἡλάμειθα διὰ κυπείρου
καὶ φλέω χαίροντες φθῆς κ. τ. λ.

V. 226 sqq. Reisigius in strophæ antistrophique tres trimetros constituit trochaicos acatalectos, quod metri genus comoediae Graecorum nemo sane eripiet. At nostro loco legitimum systema dimetrorum trochaicorum ponendum esse et strophæ indicare videtur et antistrophus tam luculente ostendit, ut res oculis cerni queat et teneri plane manu. Quaeritur enimvero hoc unum, quomodo strophæ versus singuli partim corrigendi, partim inter se distribuendi sint; nam de antistrophi locis nulla esse potest controversia. Dimetros trochaicos recte agnoverunt et jam traditos nobis reliquerunt Hermannus atque Hotibius, ceterum iidem falso strophæ versus disposuisse censendi sunt. Ego igitur, ut stropham in ordinem suum redigerem, curae habui.

V. 228. εἰκότως γ' ὦ Ravennas et Bekkero teste etiam Venetus et Mutinensis. Hoc Beckius, Reisigius, Dindorfius et olim Hermannus jure sequuti sunt. Vulgo et in Cantabr. II legitur, εἰκότως ἐγὼ γ' ὦ. Porro εἰκότως σύ γ' ὦ exstat in Parisino C Vatic. Borg. Poggiano Cantabr. I et (cum glossa tamen τοῦτο βοᾶ) Harlejano. At ἐγὼ γ' metro repugnat, σύ γ' et metro et sensui. Utrumque pronomen interpretes male sedulos inseruisse et Beckius censuit et clare monstrat scholiasta, εἰκότως οὐδὲν ἄλλο ἐσμέν ἢ κοᾶξ· αὐτὸ γὰρ πράττομεν. (hic inserebat ἐγὼ scil. εἰμί) ἢ εἰκότως ἀλγείς τὸν ὄφθον· πολυπραγμονεῖς γὰρ (hic οὐ inserebat).

V. 229—231. In omnibus edd. ab Aldina ad Brunckianam versus ita distincti sunt,

Ἐμὲ γὰρ ἔστερξαν εὐλυροὶ τε μοῦσαι
καὶ κεροβάτας Πάν
ὁ καλαμόφθογγα παῖζων.

Veruntamen Ravennas et Borgianus teste Invernizio dimetrum faciunt Πάν, ὁ καλαμόφθογγα παῖζων. Patet et metrum ruere, et distinctionem versuum laborare. Lenissime igitur correxi, ἐμὲ γὰρ εὐλυροὶ τε Μοῦσαι | ἔστερξαν, [ἐμὲ δὲ] καὶ κεροβάτας | Π. ὁ κ. π. Venuste Ranae confirmant, suum cantum diis curae esse, adeo ut et Musae et Pan et ipse Apollo titillari se eo demulcerique sentiant, quem superbissimae aures ventriosi Bacchi audebant respuere! Hermannus metri causa μὲν post ἔστερξαν inseruit, Reisigius μάλ' eodem loco.

V. 230. κεροβάτας] Scholiasta, quem Suidas s. Κεροβάτης negligenter

descripsit, ὁ εἰς τα κέρατα τῶν ὀρῶν βαίνων (confunditur cum diversissima voce κεραβάτης, de qua Albertus ad Hesychium s. Κέρατα), ἢ ὁ ἐπὶ κέρατος βαίνων, ἢ (dele ἦ) ἐπειδὴ χηλὰς ἔχειν δοκεῖ τράγον, διὸ καὶ ἀλγιβόταν (lege, ἀλγινόδαν) καὶ τραγοβάμονα λέγουσι. Δίδωμος δὲ φησιν, ἢ ὅτι κέρατα ἔχει, ἢ ὅλον κεροβάτης (leg. κερατοβάτης), τὴν βάσιν ἔχων κερατίην, εἴπερ ἰσχυρεῖται τὰ κάτω τράγον ἔχειν. ὥστε ἀπὸ τῶν ποδῶν κεροβάτης. [Recte cod. Ven. pro αἰγιβόταν scribit αἰγοβάταν. Idem liber addit, οὕτω γούν καὶ αἰγίπους.] Utramque Didymi explicationem repetunt Photius p. 158, 5. Κεροβάτας: ὁ Πάν· ὅτι κέρατα ἔχει ἢ κερατίνας βάσεις et Hesychius, Κεροβάτης: ὁ Πάν· ἦτοι ὅτι κέρατα ἔχει, ἢ ὅλον κερατοβάτης τὴν βάσιν ἔχων κερατίην. Pan κεροβάτης manifesto est, qui cornu i. e. ungulis corneis veluti hircus incedit, quemadmodum equus a latinis poëtis cornipes dicitur. Inepte enim Reisigius ad Oed. C. C. C. p. 296 scribit, κεροβάτης h. l. non esse corneis cruribus, ut Welkerum et scholiastam ineptire (at recte verterat etiam Welker der Hornfuß Pan), sed cornibus praeditum, in fronte videlicet, δικέρωτα dictum in Hymno Homérico v. 2 et v. 37. Quasi non in illo hymno scriptum sit, ἀλγινόδη, δικέρωτα —, quasi denique Πάν capite cornuto, non pedibus corneis incesserit. Tantum enim abest, ut in hac compositione, sicut in δειπνῆχος nihil significare — βάτης possit: ut si cornua illa, quibus incedere dicitur, utique in fronte fuerint, plane fieri nequeat, quin Pan capite ac fronte cornuta, tanquam pedibus scilicet obambulaverit. Ceterum Mutinensis κερωβάτας, Cantabr. I κερωβότας sed schol. κερωβάτης. Mox Venetus καλαμόφογγα eodemque modo lemma scholii Aldini καλαμοφθόγγα Suidas s. Κεροβάτης.

V. 232. φορμικτὰς] φορμικτὰς Mutin. φορμικτῆς Barocc. Cantabr. I. Harlej. Caeterum in libris unicus versus est, προσεπιτρέπεται δ' ὁ φορμικτὰς Ἀπόλλων. Quae ut cum antistrophicis congruerent, duo versus constitui, inserto, quod in libris deest, participio ἐπαῖων.

V. 233. ἔνεκα δόνακος, ὃν ὑπολύριον—] De h. l. manifesto erravit Scaliger ad Manil. p. 421 ed. Raphael. (p. 380 ed. Argentorat.), quem hic Duker, Kuster, Brunckius et plerique alii sequuti sunt. Hi vel veterum magistrorum auctoritate ab errore suo revocari poterant. Ac primum scholiasta et Suidas s. Κεροβάτης temere ad v. καλαμόφθογγα transtulerunt, quae grammatici unice ad δόνακα τὸν ὑπολύριον spectare voluerant, ὅτι οἱ ἀρχαῖοι καλύμφ ἀντὶ κερατίον ἐχρῶντο. Σοφοκλῆς Αἰχμαλώτισιν· ὕφηρέθη σον κάλαμος, ὥσπερ (ὥσπερ εἰ jam dudum e Polluce restitutam est) λύρας. ἢ ἦδσαν μὲν τὸ κέρας, ἀπέφερον δὲ τῷ ὀνόματι ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν χρῆσιν· καὶ χορδὰς λέγομεν ἔτι τὴν τὰς ἐκ τῶν νεύρων, ὅτι τὸ παλαιὸν ἐντέριναι ἦσαν. [Sophoclis versus in cod. Ven. ita scriptus, ὕφηρέθη σοι κάλαμος ὥς περὶ λύρας. Idem liber explicationis causa haec habet, ἡ γὰρ δὲ ἡδὺ ἀπὸ τῆς λύρας ἀνεπέμπετο. Corrigo, ἡγὰρ δὲ ἡδεῖα ἀπὸ τῆς λύρας ἀνεπέμ-

πτο.] Pollux IV, 62. καὶ δόνακα δὲ τινα ὑπολύριον οἱ Κωμικοὶ ἀνόμαζον, ὡς πάλαι ἀντὶ κεράτων ὑποτιθέμενον ταῖς λύραις. ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐλομένην ὑψηλῆς σου κάλαμος, ὥσπερ αἱ λύραις. Hesychius, Δόνακα ὑπολύριον: πάλαι γὰρ ταῖς λύραις κάλαμος ἀντὶ κέρατος ὑπετίθετο. Etymol. M. p. 283, 6. Δόνακες: — πρότερον γὰρ ταῖς θύραις (λύραις cum Scaligero) ἀντὶ κέρατος ἐτίθειεν (ὑπετίθειεν cum Jungermanno) καλάμους. Aelius Dionysius Eustathii p. 1165, 26. Ἄλλιος δὲ Διονύσιος εἶπεν, ὡς δόναξ καὶ τὸ λύριον, ἐπάγει· τὸ γὰρ παλαιὸν ἀντὶ τοῦ κέρατος ὑπετίθεντο κάλαμον. ἐμφαίνει δὲ τοιοῦτόν τι καὶ ὁ Κωμικὸς ἐν Βατράχοις ὑπολύριον εἶπεν δόνακα. Salmasii conjectura ad Solin. p. 502 (p. 714 ed. sec.), Ἄλλιος Διονύσιος εἶπεν ὡς δόναξ ὑπολύριον — non solum inutilis est, sed etiam vitiosa. Scripsisset certe — ὡς δόναξ ὑπολύριος —, quoniam in Aristophane tam ὑπολύριον quam ἔνυδρον vim habet adjectivi. Duker autem fide Salmasio adjuncta Lexica adeo, in quibus δόναξ ὑπολύριος coniungitur, audet reprehendere. Hi igitur grammatici magna consensione tradunt, inferiori cuidam lyrarum parti olim δόναξ sive κάλαμος, postea autem, quum jam e cornu, non ex arundine conficeretur, nomen κέρας fuisse. Quare inventa iusta significatione nominis κέρας priscus calamus lyrae inventus est. Mirari autem licet, duo gravissimos locos Ciceronis a Scaligero omissos esse, De Nat. Deor. II, 57. Sed duros et quasi corneolos habent introitus (aures) multisque cum flexibus, quod his natura relatus amplificatur sonus. Quocirca et in fidibus testudine resonatur aut cornu. Et paullo post ibidem c. 59. Itaque plectri similem linguam nostri solent dicere, chordarum dentes, nares cornibus iis, qui ad nervos resonant in cantibus. Hinc enim liquido patet, κέρας illud fundum significare resonantem (den Resonanzboden). Magis id ipsum confirmat Hesychius, Κάλαμος: — καὶ τὸ ἐπιτιθέμενον τῆς λύρας (immo ὑποτιθέμενον cum Salmasio et fortasse τῇ λύρᾳ cum Guyeto) ἡχείον. et iterum, Κάλλιμος: κάλλιστος. ἡ λύρας τὸ ἡχείον· οἱ δὲ κάλαμος. Lyrae echeum κάλαμος appellabatur. Et ἡχεία inter lyrae partes recensuit Pollux IV, 62, ubi Hemsterhusius inepte recepit alteram lectionem πῆχια. Idem agnovit, falso tamen explicavit Hesychius, Ἠχείον: — οἱ δὲ μουσικοὶ τὸ πρὸς τῇ μαγᾷδι χάλκωμα. Neque solum lyrarum ἡχεία, verum etiam magna illa theatrorum, quae e Vitruvio cognita habemus, eo valebant, ut sonus varie relatus amplificaretur. At enimvero Scaliger et caeteri sine ullo teste sinxerunt atque excogitarunt, κάλαμος, δόναξ ὑπολύριος, κέρας fuisse ponticulum, (τὴν μαγᾷδα sive τὸ μαγᾷδιον), quo chordae quasi veherentur. Idem Scaliger, abs quo Duker et Brunckius toti pendunt, in Polluce IV, 62. κεράτων absurdissime legi contendit pro κέρατος, quum κέρατα sint οἱ πῆχεις manubria sive brachia lyrae. Immo in recentiore demum lyra οἱ πῆχεις dici κέρατα solebant; in lyra autem antiqua, quae plurimum ab altera discrepabat, inferior pars apta ad reso-

nandum et δόναξ, κάλαμος, κέρας et δόνακες, κάλαμοι, κέρατα promiscue appellabatur. Nam et Cicero multitudinis etiam numero cornibus utitur et Euripides, in cuius loco κέρατα non magis lyrae brachia esse possunt, in Ione v. 897 ὦ τὰς ἐπαφρόδιον μέλιων | κιθάρας ἐνοπὴν ἃ τ' ἀγραυ-
λους | κέρασιν ἐν ἀφύχοις ἀγεί | Μουσᾶν ὕμνους εὐαχέτους —. Prorsus vero contra se Scaliger ipse attulit Hymn. in Mercur. v. 47 sqq. Mercurius per oras testae supinae ejusque cavae, qua parte alvus testudinis fuerat, sectos calamos trajecit, deinde testam corio circumdedit bovino, ac tum denique manubria, jugum, chordas addidit. Cur tandem ille testam sectis stravit calamis eique terginum bubulum quasi aliquod operculum agglutina-
navit? Nempe ut resonantiae fundum lyrae substerneret. Quae quum ita sint, δόναξ ὑπολύριος apud Aristophanem haud dubie eos calamos signifi-
cabit, qui in fundo lyrae antiquae apte ad resonandum inserebantur. Hic tamen fundus resonans lyrae peculiaris est nec quidquam attinet ad ranas, quae proprio quodam ac suo δόνακι ὑπολύριον gloriantur. Apparet vero, quemadmodum fidibus calami in imo fundo resonant, sic etiam ranarum cantibus arundines, in quibus illae potissimum strepunt, resonare dici. Scholiasta, Δόνακος δὲ τοῦ λεπτοκαλάμου μέρος ἀποτελοῦντος τῇ τοῦ ἀνέμου συγκρούσει. Scaliger vero etiam de Sophocleo versu e Capti-
vis Mulieribus erravit, Ὑψηθέθι σοι κάλαμος, ὡς περὶ λύρας. Putavit enim vir magnus, haec in illum dicta esse, qui statim obmutuisset: propterea quod lyra absque equuleo muta est neque jam chordae sonum ullum red-
dere possunt. Immo verba, *Subtractus est tibi calamus fundusque resonans, tanquam lyrae* nihil aliud declarare possunt, quam hoc: noli tam vehe-
menter inflare, sed remitte spiritus mementoque, te nunc imbecillum esse ac debilem. Credo, regia mulier e captivis Troadibus, cui nihil e pristina fortuna praeter inanem superbiam relictum erat, monetur, ut aliquando meminerit, pinnas sibi dudum incisas esse. Quanquam non impedio, quin haec in senem potius imbecillum dicta esse censeas. Adeo Sophoclis versui mira similitudo intercedit cum dictione Aristophanis, qui senes ca-
pulares in Acharn. v. 651 παρεξηγημένους appellat h. e. *similes tibiis ve-*
tustis, quarum ligulae vetustate corruptae sint. Praeterea cum Sophocle conferamus Eqq. 530, ubi scribit Cratini jam senis mentem valde debilita-
tam esse, ἐκπιπτονσῶν τῶν ἡλέκτρων, καὶ τοῦ τόνοιο οὐκέτ' ἰόν-
τος, | τῶν δ' ἀρμονιῶν διαχασκονσῶν —. Hic plerique interpretes scholiastam, Suidam, Photium, Etymologum sequuti τῶν ἡλέκτρων absurde
de partibus quibusdam et ornamentis lecti acceperunt easdemque nugas
repetiit Buttmannus in Commentat. Academiae Berolinensis a. 1818 p.
45 sqq. In qua opinione magis eo confirmati sunt, quod vidissent, etiam
vocabula τένος et ἀρμονία quodammodo ad lectum accommodari posse.
Quasi vero non Cratinum poetam comicum describat Aristophanes, sed

nescio quem lectorum scriniorumque opificem. Tantum abest, ut de lecto cogitare nobis liceat, ut certissimum sit, τῶν ἡλέκτρων pariter atque τοῦ τόνου — τῶν δ' ἁρμονιῶν unice ad lyram omnia referri. Sed quanam lyrarum vel partes vel ornamenta Athenis αἱ ἡλέκτροι appellatae sint, fateor nos hodie penitus nescire. Juvabit tamen Suidam haec ipsa Equitum verba explicantem audire, Ἠλέκτρα: ἰδίως τὰ ταῖς κλίταις ἐπιβαλλόμενα ἐλεφάντινα οὕτως ἐκάλουν ἡλέκτρας. Nimirum lyra etiam ebore ornata erat et quasi vincla, quippe quam ἐλεφαντόδετον φόρμιγγα (Avibus v. 218) dici videamus. Ac fortasse res conficitur loco Luciani Adv. Indoct. c. 8 et 9 κιδάραν — σφραγῖσι δὲ καὶ λίθοις ποικίλοις κατασκευασμένην — σπλέγγων χάμοθεν τῆς κιδάρας τὰς σφραγίδας· ἐξεπαπτάκεσαν γάρ, ubi Solanus apte confert Ovid. Met. XI, 167 instructamque fidem gemmis et dentibus Indis. Ceterum soli in Equitibus sapiant Wielandius, Beckius, Francogallus interpretes atque Vossius noster, qui ἡλέκτρον epitonia lyrae (κόλλοπας) fuisse suspicantur. Denique cum illo Sophocleo comparemus Aristoph. Daetalensium p. 47 ed. meae,

A. ἀλλ' εἰ σορέλλη, καὶ μύρον καὶ ταινίαι.

B. Ἰδοὺ σορέλλη· τοῦτο παρὰ Λυσιστράτου.

Ipse adeo interlocutor stupet voce σορέλλη audita, quam in senem h. l. dici Galenus diserte ostendit. Sed non amplius probare audeo σορέλλη (quid enim postrema — ἔλλη significant?), sed potius utrobique scribo σορελλῇ. Fuit enim τορελλῇ lugubris sonus tibiae ejus, qua in naeniis funeribusque utebantur, quem sonum τορελλῇ ποῦτα mutavit in σορελλῇ alludens ad τὴν σορὸν, quo magis capuli decus significaret. Auctores habeo Eustathium p. 1330, 13. — καὶ σορέλληνες, περὶ οὗ καὶ προεγράφη (p. 1289, 16 et 18.). τούτου δὲ καὶ θηλυκὸν φασιν ἐπὶ πρεσβύτου τὴν σορέλλην ἀνάνηρονσιν. atque Hesychium, Τορελλῇ: ἐπιφώνημα θρηνητικὸν σὺν αὐλῷ θορυκικόν.

V. 234. ἐν λίμναις] Recte schol. Rav. ἐν τοῖς ὕδασι, quando paludes dicuntur in universum. Ineptissime Spanhemius Limnas Athenarum prope arcem animo informavit. Neque magis de sola Acherusia palude cogitandum est, quam caeteroquin arundinosam faciunt Hermesianax Athenaei XIII, 597, b et alii apud Siebelisium ad Pausan. X, 28, 1 (T. IV. p. 255). Elb. λίμναις.

V. 236. Particulam γ' in editione sua Brunckius expunxit tacito, non ille quidem Parisini C (is enim γ' retinet), veruntamen unius credo alteriusve codicis Parisini auctoritate: constat enim γ' abesse a Mutinensi et Elbingensi. Affert hunc versum Suidas s. Φλότταιναι, ubi γ' vulgo scriptum est, sed deest γ' in cod. Oxon. Ἐγὼ δὲ γε sive ἐγὼ δὲ — γὲ ego vero adeo significat. Bene Reisigius p. 193 γ' defendit ipsa strophae con-

**cinnitate. Pustulas traxit e remorum duritie; eidem vero sudat doletque
culus, quod in transtris sedet.**

V. 238. ἐγκύψας] ἀγκύψας Baroccianus apud Bentlejum et Parisinus C. Est hic aut calamorum error aut grammaticorum conjectura et alioqui docta et iis commoda, qui forma ἀμβλαστάνειν delectantur. At recte Bergler demonstravit, tropum quendam his verbis inesse ac proprie expectari ἐγκύψας ἀποπαρήσομαι sive ἐγκύψαντος ἐμοῦ ὁ πρῶτος ἐρεῖ: quippe et homines vulgo pedere incurvos et Bacchum ad remigandum quoque incurvari.

V. 239. Libri omnes haec Dionyso continentur usque ad *πάντασθε*, Chori persona ante *μᾶλλον* demum posita. Mihi vero Reisigius p. 195 optimam emendationem praeripuit, quam miror plane a viris doctis jacere contemtam. Omnino enim Dionysi cantus facetissime a ranis interpellatur atque exclamationes istae *Βρεκεκεκεξέ κοῦξ κοῦξ* Choro assignandae sunt. Nam qui stropham contulerit, eodem loco eosdem a Choro tolli clamores videbit. Neque vero ut ranae, sic etiam podex brececececat coaxatque, sed nimirum ille vociferatur

ἀτρέμας πρῶτον παππὰξ παππὰξ, κἄπειτ' ἐπάγει παππαππὰξ,
 χῶταν χέζη, κομιδῇ βροντᾶ παπαπαππὰξ.

Reisigius bene animadvertit, ita aptius pergere Dionysum orantem, ut tandem aliquando coaxare desinant. Hic $\kappa\alpha\acute{\iota}$ semel ponit Mutinensis.

V. 240—243. Vulgo et in plerisque codd. *φθνεξόμειθ'*, in Cantabr. II *φθνεξώμειθ'* haud dubie e v. 213, in Ravennate *φθνεξόμεισθ'* itaque certatim emendarunt Reisigius, Seidler, Dindorfius. Pro *δήποτ'* Rav. *δήποτε*. Tum libri omnes *εὐηλόις ἐν ἀμέραισιν* praeter Cantabr. I in quo est *εὐη-
λίοισιν ἐν ἀμέραις*. Parisinus C. *ἡμέραισιν*. Elb. *ἐξ μέρεσιν* pro *ἐν ἀμέραισιν*. Praeterea in libris versus ita distinguuntur,

ἀλλ' ὃ φιλοδὸν γένος πᾶν σάσθαι.

Χο. μᾶλλον μὲν οὖν φθονεζόμεθ', εἰ δέποτε' εὐ-
ηλίοις ἐν ἀμέφαισιν.

Ravennas Invernizii recte ita: ἀλλ' ὃ φιλωδὸν γένος παύσαθε. Χο. μάλλον μὲν οὖν φθεγγόμεθ', εἰ δὴ ποτ' εὖ — et sic porro; de qua distinctione tacet more suo Bekkerus, recte tamen Ravennati tribuens φθεγγόμεσθ'. Quae omnia emendatis strophae vitiiis sana esse efficitur. Ad v. 240 spectat Suidas s. Φιλωδὸν γένος.

V. 243. ἡλάμεσθα] ἡλάμεθα Rav. Ven. Mut. Barocc. ἡλάμεθα Parisinus C. Suidas s. Φλίων affert Ἡλάμεθα (sic) — μέλει.

V. 244. *φλέω* | *φλέως* Parisinus A., de qua scriptura disseruit Lobekius ad Phryn. p. 294. Ravennas et in textu et in scholio *φλέω*, qui accentus invenitur saepius, ut in codice Jungermanniano Pollucis X, 178 et apud Theophrastum. De ipsa planta praeclare exposuit Salmasius ad Solinum p. 393 ed. Paris.

V. 245. Vulgo πολυκολύμβοις. Monac. πολυκολύβοις. Rav. Venetus et Suidas πολυκολύμβοις. Meam emendationem πολυκολυμβήτοισι putavi recipiendam esse. Nam πολυκολύμβητος active usurpatum eandem vim habet, quam πολυκολύμβος. Vid. Hemsterhus. ad Lucian. Halcyon. c. 3. Porson. ad Hecub. v. 1117 Blomfield. ad Pers. v. 108. In Hermannii correctione, quam Dindorfius adscivit, ἐν πολυκολύμβοις μέλεσιν praepositionem haud satis intelligo.

V. 246. ἡ διὸς ὄμβρον φεύγοντες lemma scholii.

V. 247. Scholiastes, Τὴν νῆξιν χορείαν εἶπε. καὶ φθέγγεται μὲν ἐν τῷ βυθῷ, ἀλλ' ἀνέκραγεν. ἀπλούστερον δὲ εἰρηται. Legendum videtur οὐδ' addito, οὐδ', ἀλλ' ἀνέκραγεν. [Rectius etiam Ven. et partim Rav. καὶ οὐ φθέγγεται μὲν — ἀλλ' ἄνω κέκραγεν. Repugnant haec poetæ verbis, sed conveniunt scholio ad v. 241 ὅτι ἐν τῷ χειμῶνι φοβούμενοι φεύγουσι καὶ ἀποσιωπῶσι.]

V. 248. ἐφθελγέμεσθα] ἐφθελγέμεθα Barocc. Parisinus C. et Suidas s. Αἰόλιαν, ubi haec paullo aliter scripta affert, Αἰόλιαν χορείαν ἐφθελγέμεθα βρεκεκέξ.

V. 249. πομφολυγοπαφιάσασιν Rav. Ven. Barocc. Poggianus et Suidas s. v. in ed. Mediolanensi. Lemma scholii πομφολυγοπαφιάσασιν. Mutinensis πομφολυγοπλάσασιν. Cantabr. I et II Elbing. Suidae cod. Oxon. et Juntina II πομφολυγοπαφιάσασιν. Denique Ald. et Junt. I πομφολυγοπαμφλάσασιν. Πομφόλυγες sunt bullae sive exorientes sive ruptae, cujusmodi bullas imber (v. 246) in aquis efficere solet. Classicus de his aquarum bullis locus Luciani est in Charone c. 19. Vulgo igitur sic explicant, cantavimus ad bullarum ruptarum sonos, (quas bullas imber effecerit). At sic non usurpatur dativus. Quare ita potius haec accipio, cantavimus sonis bullarum ex imo bullientium (ut hae bullae ranarum cantu excitatae sint.) [Idem fortasse voluit schol. Ven. verbis βοήμασι καὶ κερράγμασι. Accedit, quod παφλάζω significat ἀναξέω.]

V. 250. βρεκεκεκέξ κοᾶξ κοᾶξ] haec Baccho dat Venetus. Res est gravissima, de qua paullo post dicturus sum.

V. 251—267. Tria restant stropharum systemata paria. Sed de interpretum errore plane insigni primum dicatur, qui a sententia horum versuum longissime aberrarunt. Etenim in toto hocce loco Bacchum paene enectum, cujus brececececxando atque coaxando aures a ranis obtusae essent, silentium aliquando fieri jussisse, illud quidem inter viros doctos convenit. At vero quam ratione Bacchus silentium ranis imperaverit, inprimis magna quaestio est. Et interpretes quidem ad unum omnes certum habuerunt, Bacchum operam dedisse, ut ranarum clamores suis ipsius clamoribus superaret atque exstingueret. Hoc est monstra quaedam narrare, non interpretari. Siccine ergo? Aristophanemne ea commentum esse et multis versibus dixisse, quae certe inficetiora sunt inficeto rare?

Quomodo enim clamoribus non extinctis, sed auctis et duplicatis silentium potest consequutum esse, si huic pesti Bacchus, tanquam malus medicus *ῥυμιοπαθῶς* occurrere coepisset? Quomodo autem Bacchus usque eo mente captus est, ut iniquissimo se certamini ultro offerat experturus, ipse an ranae clariore voce didicerint clamare? Certe enim victus omnium sibilis explodetur: quando ranarum hoc unum opus est ad extremum vitae spiritum coaxare, ipse autem ad istos clamores minime institutus est. Illud vero ridiculum est, quod viri docti quum slexerunt vociferando coaxandeque cum ranis Bacchum certare, tum in toto loco Bacchum ne semel quidem omnino coaxare iidem iusserunt. Omnino singula propemodum verba clamant, quaenam sententia hisce versibus subjecta sit. Sed clarissime res apparet e v. 257, ubi Bacchus utitur verbo *οἰμῶς τε*, id est *vapulate*: necesse est igitur ranas a Baccho vapulasse. Nam quum Bacchus neque precibus neque minis neque execrationibus praecludere ranis vocem potuisset, ratus vi non jure in eas grassandum esse, inde a v. 251 remis suis ranas pulsavit eisque quasi pugnos in loquacissimum os impegit.

V. 251. Ausus sum et h. l. et his infra a principio strophae unius-
cujusque certa sententiae vestigia non codicum sequutus contra omnes,
inquam, libros exclamationes Βρηκνεκελ καὶ καὶ Baccho assignatas re-
stituere. Sed praeterquam quod isti rudes soni, quum his omnibus locis
proxime antecedant, facili negotio excidere potuerunt, insignibus Veneti
ac Ravennatis librorum indiciiis in illa audacia valde confirmatus sum.
Tametsi enim nobile par codicum vulgatae assentiens famae v. 250 et v.
261 semel tantummodo brececececoaxat, tamen Venetus v. 250, Raven-
nas autem v. 261 has exclamationes non ut vulgo ranis tribuit, sed Dio-
nyso, eademque personarum ratio est v. 267 rursus in Veneto. Ante om-
nia vero illud a me majore in modum deprecabor, ne quis me putet
inepta interpretnm opinione occaecatum Baccho toties exclamationes istas
eo tribuisse, quod cum ranis artificio isto deus certaret. Immo Bacchi
coax esse remorum plagas testificor, neque eum canendi causa, ut ranas,
sed nimirum pulsandi easdem mittere voces contendo: qui quum ranas
male mulcaverit pulsaveritque, inter pulsandum eos ipsos sonos de indu-
stria ore edat, ne punctum temporis dubitare ranunculi possint, cujusnam
maleficii causa a Baccho plectantur. Quamobrem Bacchus vicissim coa-
xans hoc dicit: *En vestrum brecececeax coax coax!* Sequitur, ut, cur tri-
bus locis hunc versum inseruerim, causas perspicuas planeque necessa-
rias aperiam. Jam primum res postulat metrica, ut versus iste aut ter
addatur aut ne semel quidem. Ita metri causa etiam secundo loco ad-
dendus erat, in quo apte pergit Dionysus οἰμώζεις. Sed in tertia strophe
v. 262, nisi hic versiculus proxime antecesserit, pronomen τοῦτω in ver-
bis τοῦτω γὰρ οὐ νικήσετε ne intelligi quidem ullo modo potest. Nostro

nus et Mut. γὰρ Ravennas. τ' ἀρα Venetus. Recte τὰρα Hermannus in Elementis l. i. Dindorfius atque Elmslejus ad Acharn. v. 323. Mire vero quum alibi saepius, tum hic quoque cecidit, ut Elmslejus suam ipsius emendationem nullas intelligeret. Dicit enim vir eximius, in formula δεινὰ πείσονται solenne esse τοι, quod quidem quale sit, nemo expedit. Quin potius τοι cum gravitate quadam ponitur in apodosi sententiae conditionalis (εἰ — τοι si — tum, si sciens fallo, tum me iste Jupiter —), sive protasis addita est, sive cogitatur. Late patet hic Graecorum usus, quem attigi ad Lucian. D. Deor. p. 53. Adde Aeschyl. Agam. 870. Eumen. 888. Sophocl. Electr. 323. Ajac. 456. Oed. Col. 1351. ibid. v. 1366. Oed. Tyr. 1445. ibid. v. 1469. et alibi apud Sophoclem, ut in Trachiniis: εἰ γὰρ ἐμ-φανῶς ἡμύνατο, | Ζεὺς τῶν συνέγνω ξὺν δίκῃ χειρουμένῳ. Haec igitur causa est una verissima, propter quam cum Elmslejo et h. l. τὰρα restitui debeat et in Acharn. 323. Χο. οὐκ ἀκουσόμεθα δῆτα. Δι. δεινὰ τὰρα (pro γ' ἀρα) πείσονται. Quod non sensisse Elmslejum tanto magis miramur, quum haud minima pars exemplorum, quae ipse attulit, ejusdem sit generis. At ille quum semel in animum induxisset, δεινὰ τοι πείσονται formulam fuisse solennem, lepide apud Thucydidem III, 13 οὗτε γὰρ ἀπο-σῆσται ἄλλος, τὰ τε ἡμέτερα προσγενήσεται, πάθοιμεν τ' ἂν δεινότερα scripsit τῶν sublata constructione; in Lysistr. v. 1098 δεινὰ γ' αὖ πεπόν-θαμες pessime conjecit versu proximo deceptus, δεινὰ τῶν ἐκπρόνθευ; in Thesmoph. 86 νῆ τὸν Ποσειδῶ, καὶ δίκαια γ' ἂν πάθοις, ubi καὶ — γὰρ manifesto est et quidem, item pessime τῶν; postremo in Eccles. v. 95. Οὐκοῦν καλὰ γ' ἂν πάθοιμεν et ibid. v. 794 χαρίεντα γοῦν πάθοιμ' ἂν, quibus in locis γὰρ et γοῦν ironice ponuntur usu notissimo, Elmsleji conjecturae καλὰ τῶν πάθοιμεν et χαρίεντα τῶν πάθοιμ' ἂν pejores sunt pessimo. Magnus et singularis vir fuit Elmslejus, haud paullo major futurus, si a ratione pendere, quam ab exemplis maluisset. Ibidem. πεισόμεθα] πεισόμεθα Rav. et Borg. Post πεισόμεθα Brunckius e solo Parisino A addidit tanquam singularem versum, εἰ σιγήσομεν, quam lectionem multis verbis frustra defendit Reisigius p. 197 sq. At miser iste pannus scholiastae nescio cujus repugnat metro, repugnat grammaticae (futurum est enim σιγήσομαι, non σιγήσω, ut recte Dindorfius), repugnat denique ipsi sententiae, nec plus fidei meretur, quam similis glossa scholiastae Victoriani, εἰ κωλύσεις ἡμᾶς τοῦ βοᾶν. Videlicet nihil habet admirationis, aliquem scholiastam explicandi causa εἰ σιγήσομεν adjecisse, idque vel ipse Reisigius mirari desisset, si considerare voluisset plane absurdum scholium Aldinae, πάθοιμεν ἂν ἐκ τῆς βοῆς, ἣν ἐπὶ τοσοῦτον παρατενούμεν, ἐφ' ὅσον οἱ τοι τε ᾤμεν. Sed pannus iste εἰ σιγήσομεν, licet viri docti hanc explicationem sequuti sint, a vera tamen sententia aberrat, quae haec esse

debet: indigna tum patiemur, pessime nobiscum agetur, si *vapulabimus*, si *plagas a te accipiemus*, minime, si tacebimus.

V. 254. Falso in vetustis edd. comma post *ἐλαύνων* positum est; recte autem Duker, quem vulgo sequuti sunt, verba *ἐλαύνων* / *εἰ διαφθαρῆσομαι* voluit conjuncta. Nam Bacchus etsi non solum remigandi labore, sed etiam acerbioris malo, de quo cummaxime agit, clamoribus ranarum co-axantium angitur, hic tamen indignum esse dicit, si ipse remigando dirumpatur. Desiit enim remigare, ex quo ranas pulsare coepit.

V. 257. [*Βρεκεκεκὲς κοᾶξ κοᾶξ*] Haec addidi conjecturam sequutus. Vide supra ad v. 251. Ibid. *οἰμῶς* Graecis saepissime est *vapula*, ut Luciano Gall. c. 30. Timone c. 45 *οἰμῶζεται* c. 55 *οἰμῶζεται* c. 58 τὸ σύνταγμα τῶν οἰμῶζομένων. Parvi id facio, inquit, vos a me vapulare. Memento ejusdem Bacchi verba v. 224 ὑμῖν δ' ἴσως οὐδὲν μέλει.

V. 258. *κεκραξόμεθα* Barocc. Elbing.

V. 259. Feminini ἡ φάρυγξ causa his utitur Thomas M. p. 570 B (p. 223 R) ubi in plerisque codd. est ὅσον χανδάνη ἡμῶν ἡ φάρυγξ. In Aristophane ὁ φάρυγξ Vaticanus et qui ὁ φάρυγξ ἡμῶν ἂν Parisinus C. Nempe observarant grammatici, etiam ὁ φάρυγξ dici idque postea in textum e scholio irrepsit. Hodie scholiasta non habet nisi haec, *θηλυκῶς δὲ τὴν φάρυγγα λέγει*. Grammaticos redolet etiam scriptura φάρυξ in Rav. Ven. Cantabr. II et qui ἂν om. sed supra habet Cantabr. I. Mutinensis φάρυγξ. Apud Thomam quoque duo libri φάρυξ.

V. 261. *βρεκεκεκὲς κοᾶξ κοᾶξ* non Choro, sed Dionyso dat Ravennas, de qua re supra dictum est.

V. 262. [*βρεκεκεκὲς κοᾶξ κοᾶξ*] Haec in libris desunt. Vide supra ad v. 251. Ibidem γ' ἄρ' Mutin. *νικήσετέ μς* Barocc. scil. *je glosse mate*. Ravennatis scriptura τοῦτο pro τούτῳ in causa fuit, ut Hermannus conjiceret, τοῦτ' ἔγωγε — i. e. *has plagas non vincetis*, quod dictum est permire. Quid quod eadem manebit sententia, sive τούτῳ sive τοῦτ' legerimus. Nam νικᾶν τι cum accusativo rei Graecis est in aliqua re vincere, veluti γνώμην νικᾶν Nub. 431. Vesp. 594. Nunc autem praemissis, quae adhuc deerant exclamationibus apparet τούτῳ verissime dictum esse. Tametsi enim aliam vim habet coax ranarum, aliam Dionysi, utrique tamen de hoc ipso coax inde a v. 251 inter se concertant. Nimirum: hocce coax, inquit, me non vincetis. Quamobrem ne altero quidem loco v. 266 vulgata scriptura ἕως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τῷ κοᾶξ deserenda erat. Qua permale deserta et librarii haud pauci τοῦ κοᾶξ (vel τὸ κοᾶξ) et plerique editores substituerunt non sane alia de causa, quam quod dativum haud magis, quam totum locum intelligere potuissent.

V. 263. ἡμᾶς σὺ] ἡμᾶς γε Ravennas, ἡμᾶς γε σὺ Barocc. Vocula γὰρ nata est e proximis verbis ὑμεῖς γε.

V. 264—267. Edd. ante Brunckium post πάντως ita pergunt,

Δι. Οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γε δὴ με
Οὐδέποτε· κεκράξομαι γὰρ,
Κἄν με δεῖ δι' ἡμέρας,
Ἔως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τῷ κοᾶξ.

Χο. Βρεκεκεκεξ κοᾶξ κοᾶξ.

Δι. ἔμελλον — .

Eadem versuum distinctio est in Rav., credo etiam in plerisque aliis codd. Sed Parisinus A

οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γ' ἔμ' οὐδεπώποτε.
κεκράξομαι γὰρ, κἄν με δέη δι' ἡμέρας,
ἔως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τῷ κοᾶξ etc.

Etiam Mutin. οὐδεπώποτε et praeterea τ' pro γ'. Primus versus in Rav. Ven. Mut. hic est, οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γ' ἔμέ. Et δὴ abest etiam a Barocc. Cantabr. I et qui γ' ἔμ' οὐδέποτε Borgiano. Ante κεκράξομαι in Cantabr. I est persona Χορ., sed statim deleta. Porro vulgatum δεῖ est in Cantabr. I et II Mutin. et plerisque Parisinis, quorum unus A δέη. Rav. Ven. δῆ apud Bekkerum (apud Seidlerum Dindorfii Rav. δῆτ Ven. δῆ). Porro ὑμῶν κρατήσω Barocc. Porro vulgatum τῷ κοᾶξ servant Parisinus A et Borgianus; τὸ κοᾶξ Barocc. Cantabr. I. Harlej. Mutin. Rav. τὸ κοᾶξ κοᾶξ Venetus; τοῦ κοᾶξ Cantabr. II. Elbing. Parisini B et D (hic cum glossa ἔως ἂν ἐπικρατέστερος γενήσομαι τοῦ κοᾶξ ὑμῶν). Porro Chori exclamationes sive versum 267 cum Dionysi persona ante ἔμελλον omittit Barocc. Has exclamationes Baccho dant Venetus et Mutin., choro Ravennas ut vulgo. Habes omnem lectionum discrepantiam. In Parisino A v. 265 trimetrum substituerunt, in eodem atque in Mutin. etiam v. 264 partem trimetri. Hinc igitur nata est interpolatio ista, οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γ' ἔμ' οὐδεπώποτε. quam a viro eximio olim susceptam esse hoc magis miror, quod οὐδεπώποτε cum Futuro a Graecis nunquam conjunctum est, neque potuit conjungi. Ad haec vitia in cumulum accesserunt commentitiae personarum vices. Quum tertia strophæ primæ secundaeque par esse debeat, versus 264 οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γ' ἔμέ Dindorfio auctore expungendus est. Scilicet verba sunt scholiastarum, qui οὐδέποτε solum per se positum ita explicarunt, οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γ' ἔμέ νικήσετε οὐδέποτε. Tum ante trimetrum ἔως ἂν ὑμῶν — excidisse oportet ephymnium βρεκεκεκεξ κοᾶξ κοᾶξ, quo hae strophæ omnes finiuntur. Hoc vidit jam Reisigius, qui non debebat v. 267 idem ephymnium delere. Nam etsi ultima strophæ ante trimetrum ἔως ἂν ὑμῶν — finita est, nihil tamen impedit, Bacchum usque verberantem hos

sonos sine cantu repetere. Jam quod Bacchus, qui hic ubique clamans verberat, ita loquitur, *κεκράξομαι*, sic intelligendum est, *πατάξω κράζων*. Ceterum vel sic tamen minutus quidam error ex his locis tollendus est. Mire enim Dionysus dixerit in tertia strophā *κεκράξομαι γάρ, κἔν με δῆγ δι' ἡμέρας*, quum jam in secunda praecesserit id ipsum, *Ἄλλὰ μὴν κεκράξομεσθα γ' — δι' ἡμέρας*. Necessario enim plus in tertia, quam in secunda dicendum est et utendum exaggeratione. Quocirca in tertia strophe restitui *δύ' ἡμέρας*. Quin invenio nunc v. 265 *δύ' ἡμέρας* in editione Frischlini docetque me Beckius, *δύ' ἡμέρας* legi in Crat. Ven. I. II. Wech. Brub. Raph. Et, quod gravius est, *δύ' ἡμέρας* exstat etiam in vetere libro Scaligeri. Ac fortassis etiam Baroccianus, codex sane praeclarus exhibet *δύ' ἡμέρας*, e quo codice Porsonus per errorem *δι' ἡμέρας* omnium (ut putant) librorum scripturam consignavit: nisi forte Porsonus pro „*δι' ἡ*. B.“ scribere voluit *δεῖ δι' ἡ*. vel mea causa *δῆ δι' ἡ*. [Nunc ita censeo, etiam v. 265 *δι' ἡμέρας* retineri posse. Quamdiu enim ranae clamaturae sunt, tamdiu etiam Bacchus et clamare vult et male mulcare ranas.] Etenim *δύο* ab Atticis etiam cum plurali conjunctum esse ostendit Elmslejus ad Medeam v. 798 adnot. Adde Nub. v. 1171 et v. 1204, Eurip. Phoeniss. 434, Helen. v. 1090. Omninoque saepius etiam Attici *δύ' ἡμέρας* dixerunt, quam *δύ' ἡμέρα*. In Acharn. v. 502 vulgo scribitur, *ἀντεξέκλειψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο*. Nescio tamen, an praestet *πόρνας δύο*, ut est in omnibus codd. Athenaei XIII p. 570, a. Apud Plutarchum in Pericle c. 30 vulgo legitur *Ἀσπασίᾳ πόρνα δύο*, sed Parisinus cod. *Ἀσπασίας* et *πόρνας*. Sequor tamen ut in re dubia Ravennatem. Contra in Nub. v. 1164 *μὴ ἡμέρα γίνονται ἂν ἡμέραι δύο* probo equidem Ravennatis scripturam *ἡμέρα δύο* comparoque Vesp. 928 *μία λόχη κλέπτα δύο*. Contra *δι' ἡμέρας* v. 260 *toto die* significat, ut in Pac. 56, Vesp. 1058, Horis ap. Athen. IX, 372, c et Pseudo - Xenophonl. De Rep. Athen. I, 16. Italia dicere puderet, si puditum esset vel Harpocratonem s. *Δι' ἐνιαντοῦ* similia dicere, vel ipsum Athenaeum ita loqui VII p. 276, c *Τῶν δὲ παρόντων γραμματικῶν τις ἀποβλέψας εἰς τὴν τοῦ δείκνον παρασκευὴν ἔφη· Εἶτα πῶς δεικνύσμεν τοσαῦτα δείκνα; Ἰσως διὰ νυκτός; ὥς ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης ἐν Αἰολοσίῳ εἶπεν, οὕτως λέγων οἰοῖται δι' ὅλης νυκτός*. Pejor evadet Athenaei causa, si Aristophanis verba non fuerint nisi haec duo, *διὰ νυκτός*, uti Brunckius Dindorfiusque credidisse videntur. At quum Naucratis in toto opere, id est in convivio inepte excogitato ubique ad antiquos suos auctores quam citissime reverti soleat, prorsus assentior Casaubono ad Aeolosiconem haec referenti, *Εἶτα πῶς δεικνύσμεν | τοσαῦτα δείκν'; Ἰσως διὰ νυκτός*, in quibus ultima *Ἰσως διὰ νυκτός* alius personae esse arbitror ad interrogata respondentis; neque enim unquam *Ἰσως* pro *ἄρα* in ipsa ponitur interrogatione. Potest vero etiam certo demon-

strari, haec omnia ab ipso Aristophane scripta esse. Nam e primis Athenaei verbis ἀποβλέψας εἰς τὴν τοῦ δείπνου παρασκευὴν liquet, lautissimas epulas ab Aristophane memoratas esse; ex iis autem, quae propter ipsum Aeolosiconis locum continuo subjecta sunt, πρὸς ὃν ὁ λατρός ἐφη Δάφνος, Ὁρελιμώτερά ἐστι, φίλτατε, τῷ παντὶ σώματι τὰ νυκτερινὰ δεῖπνα κ. τ. λ. necessario efficitur, nocturni convivii in Aeolosicone mentionem factam esse. Atqui si ex Aristophane haec duo tantum vocabula διὰ νυκτὸς afferrentur, neque lautum convivium, neque nocturnum, neque ullum omnino convivium in Aeolosicone celebratum esset. Huc accedit, quod Athenaeus plane solet gravioribus rebus, quarum causa antiquorum poetarum versus affert, tennes adnotationes e genere grammatico paucis adicere. Evolvamus verbi causa VI p. 258, f. Δοκεῖ δέ μοι οὗτος, ἄνδρες φίλοι, ὁ καλὸς γάστρις οὐκ ἂν ἀκνημέναι εἰπεῖν καὶ τὰ ἐξ Ὀμφάλης Ἰωνος τοῦ τραγωδιοποιοῦ, Ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν λέγειν ὅλον καθήμερινήν. Ita omnes codices, qui tantum inter ἐνιαυσίαν et ἐναυσίαν fluctuantur. Porsonus in Adversar. p. 88 (p. 77 Lips.) »Lege ἄγειν, inquit, pro λέγειν,« partim recte partim secus. Tu vero lege, »Ἐνιαυσίαν γὰρ δεῖ με τὴν ἑορτὴν (sive mavis ὁρτὴν cum Dindorfio) ἄγειν.« λέγει δ' ὅλον καθήμερινήν, quae postrema verba sunt Athenaei. Dindorfius quum Porsoni emendationem suscepit, tum male iudicavit, ὅλον καθήμερινήν a librario adscripta esse. Oblitus erat Lobeckii ad Phryn. p. 53, qui ὅλον καθήμερινήν ab Athenaeo addita esse pulchre suspicatur. Itaque clarum et perspicuum est, in aliquo Aeolosiconis loco eoque haud dubie longiusculo lautum convivium noctu agitatum esse. [Confer nunc Bergkium ad Aristoph. Fragm. p. 944. Ionis versum sic corrigit Meinekius Exerc. in Athenaeum I p. 22 ἐνιαυσίαν γὰρ τὴν ἑορτὴν δεῖ μ' ἄγειν.] Similiter in Daetalensibus chorus in Herculis delubro epulabatur, de qua re diximus in commentatione p. 23. Nunc revertamur ad brececece et ad criticorum pericula transeamus. Ac Brunkius quidem librum A Parisinum maxime sequutus edidit pessime profecto,

Δι. οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γε δὴ μ' οὐδέποτε.
 κευράξομαι γὰρ, κἄν με δέη, δι' ἡμέρας,
 ὥς ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τοῦ κοῦξ.

Χορ. Βρεκεκεκέξ κοῦξ κοῦξ.

Brunckium sequutus est Bothius, praeterquam quod ephymnium Dionysio continuavit. In qua re Bothio praeiverat Reisigius p. 196 scribens ille,

Δι. οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γ' ἔμ' οὐδ' ἐν (!)
 οὐδέποτε, κευράξομαι γὰρ,
 κἄν με δεῖ δι' ἡμέρας,
 βρεκεκεκέξ, κοῦξ, κοῦξ,

ἕως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τοῦ κοᾶξ.

ἔμελλον — .

Sane in his Reisigius duas res vidit haud indignas buccina, qui ephymnium et justo loco inseruerit, et chori personam ante ephymnium deleverit. Ranae enim, inquit, si iterum coxassent, non posset gloriari Dionysus, tandem se oppressisse coxantes. Praestitisset tamen ephymnium in fine strophae addere, non deleto ephymnio v. 267. Ceterum etiam sic a Reisigio et plurima vitia et maxima apparet relictas esse. Reisigium plane sequutus est in edd. I atque II Dindorfius, nisi quod verbum *Οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γε δὴ με* recte delevit, utpote grammaticorum supplementa. Idem vir doctus in edd. III et IV ita scripsit itaque continuo post πάντως perrexit,

Δι. οὐδέποτε· κεκράξομαι γὰρ,
καὶν με δὴ δι' ἡμέρας,
ἕως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τοῦ κοᾶξ,
βρεκεκεκλεῖ κοᾶξ κοᾶξ.
ἔμελλον — .

At scire discupio, quonam modo vir doctissimus unicum trimetrum defensurus sit in medio systemate dimetrorum. Denique Hermannus non in Elementis, sed in epistolio collaudato Reisigio ita scribi jubet,

Χορ. οὐδὲ μὴν ἡμᾶς σὺ πάντως
οὐδέποτε· κεκράξομαι γὰρ.
καὶν με δὴ δι' ἡμέρας
βρεκεκεκλεῖ κοᾶξ κοᾶξ.

Deinceps sequi epodum iudicat atque Bacchum usque verberantem ita pergere,

Δι. οὐδὲ μὴν ὑμεῖς γ' ἐμέ,
ἕως ἂν ὑμῶν ἐπικρατήσω τοῦ κοᾶξ.
ἔμελλον — .

Versu 266 ἐπικρατήσω τοῦ κοᾶξ nequissimorum codicum scripturam probarunt Brunckius, Reisigius, Hermannus, Bothius, Dindorfius. Ceterum et hanc interpolationem, quae e v. 268 sumta est, et alteram, quam in optimis codd. inventam ipsum metrum prodiit, ἐπικρατήσω τὸ κοᾶξ satis refutavi ad v. 262. Denique v. 265 vulgatum δεῖ in δέη mutavi librum Parisinum A et Brunckium sequutus. Adeo δέη in unam syllabam coalescit, sicuti etiam apud Philetaerum Athenaei X, 416, f et Menandrum Plutarchi in Alexandro c. 17, cujusmodi locos verissime ad synizesin relatos esse censeo a Meinekio ad Menand. p. 207 atque p. 211 et jam antea in Curis Crit. p. 14. Nam pernirio errore Reisigius in Conj. p. 44 statuit, Coniunctivum atticum δεῖ potius quam δέη fuisse: quod quum verbo explosum esset a Dobraeo ad Pluti v. 216, ab Elmslejo autem ad

Medeae v. 387 etiam irrisum, tamen quia a Buttmanno postea defensum est (Gr. Gr. T. II p. 108 sive p. 151 ed. II), accurate refellendum videtur. Nituntur autem illi duumviri potissimum Aldi Hortis Adonidis p. 187, b., ubi quidem etiam *δεῖ*, *κλει*, *ῥεῖ*, *ζεῖ*, *χεῖ*, *κῑται* conjunctivos atticos esse unico probatur loco Pluti v. 216 *κᾶν δεῖ*. Quae ubi lego, ita me amet Festivitas, ut mihi tum non Favorinos solum, verum etiam omnes Thomas, Tzetzas, Planudas, Lecapenos oculis conspicere videor. Nam quod Buttmannus *δεῖ* pro *δέη* similitudine formae *δηλοῖ* pro *δηλόει* (immo *δηλοῖ* pro *δηλόη*) defendit, infirmum est; plane falsum autem, quod non dubitat, quin praeceptum istud ex antiquiore atticista fluxerit, scilicet, quia praeclarus auctor vocabulis utitur etiam apud infimos scholiastas frequentibus *ἐν τῇ συνθηκῇ, χρήσει, παρὰ τοῖς ῥήτορσι*. Enimvero quum ubique grammaticos graecos, qui nihil aliud quam Plutum Aristophanis aut, si forte, Euripidis Hecubam afferre soleant, imi subsellii iudicamus, tum vero τοὺς ἐν Ἀδώνιδος κήποις minimi pretii esse satis constat. Nimirum legerat iste grammaticae emendator in suo codice Pluti, *κᾶν δεῖ*; de vitio nihil quidquam suspicari potuit suo et scholiastarum graecismo *ἐὰν δεῖ*, *κᾶν δεῖ* assuefactus: ne multis, nata est regula novitia. Non magis autem e variante scriptura ad Ranas et Plutum perspicitur, ullum grammaticum antiquum Atticis *δεῖ* pro *δέη* tribuere ausum esse. Tenendum est enim inprimis, in utroque loco *δέη* una syllaba enuntiari: quod librarii quum nescivissent ideoque *δέη* repugnare metro putassent, temere correxerunt *κᾶν δεῖ*, in qua correctione *δεῖ* ipsis ne erat quidem Subiunctivus. Ita luce clarius est, Coniunctivum *δεῖ* nulla auctoritate, nullo prorsus fundamento niti, sed totum esse commentitium. Accedit, quod in Ranis Venetus atque Rav. δῆ, Parisinus liber adeo *δέη* exhibent. In Pluto autem v. 216 ita loquitur Chremylus

. ἐγὼ γὰρ, εὖ τοῦτ' ἰσθί, κᾶν δεῖ μ' ἀποθανεῖν,
αὐτὸς διαπράξω τὰντα. ΚΑ. κᾶν βούλῃ γ', ἐγώ.

Et hic quidem *κᾶν δεῖ* omnes dant codices praeter Vaticanum, Dorvillianum, Harlejanum, Baroccianum et ultimum Mutin., in quibus est *καὶ δεῖ*. Nos vero miramur criticos, qui hic *κᾶν δεῖ* teneant, non eadem opera *κᾶν βούλει* scripsisse e plerisque codd., e Rav. Ven. tribus Mutin. Harlemano, Barocciano. Et vero etiam in Pluto *κᾶν δέη μ' ἀποθανεῖν* scribendum est. Nam qui alteram scripturam *καὶ δεῖ* probarunt, Brunckius, Elmslejus, Dobraeus, minime considerarunt, neque hanc esse antiquioris lectionis *κᾶν δεῖ* correctionem sat recentem; neque concinnitatis gratia ipsis etiam *καὶ βούλει γ' ἐγὼ* conjiciendum fuisse; nec denique scripturam sibi probatam ab ipsa adeo sententia abhorrere. Etenim in toto illo loco Chremylus optimum habet animum neque ullo modo veretur, ne si visum Pluto restituerit, sibi moriendum sit. Quare necessario ei dicendum est

καὶν δέη μ' ἀποθανεῖν, quod non est morituri, sed sine ullo aut periculo mortis aut metu extremum illud ponentis simpliciter et tantum cogitantis, sicuti in Lysistr. v. 123 Thucydide VIII, 81 et alibi. Contra καὶ δαὶ μ' ἀποθανεῖν ei tantum dicere licet, qui morti proximus sit, certe quidem ipse plane existimet sibi cito emoriendum esse, veluti in Soph. Oed. R. 669 (ubi cf. v. 659), Eurip. Med. v. 392., Ione v. 760 (ubi cf. v. 756). Denique verbo commemoranda est Dindorfii sententia, qui ita censet, δέη, ubi quidem syllabae sit unius, in δῆ contrahi debere, allatis duobus locis, altero Homeri II. σ, 100 ἐφθιτ', ἐμῖο δὲ δῆσεν (pro ἐδέησεν) ἀρχῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι, altero Sophronis apud Athen. VII p. 306, δ ἄ δὲ γαστήρ ὑμέων καρχαρίας, ὄκκα τινὸς δῆσθε. Qui loci si ex atticis scriptoribus depromti essent, facile Dindorfio assentirem. Nunc autem unica ista lectio Ravennatis ac Veneti in unis Ranis δῆ profecto eam vim habere non potest, ut atticos δῆ pro δέη dixisse arbitremur, quum quidem synizesi plane attica nos uti ratio nulla vetet. Quodsi quid majoris rei sub lectione δῆ subest, summum hoc concedamus, grammaticum graecum unum pluresve δέη, ubi quidem monosyllabum esset, in δῆ converti voluisse, invitante fortassis exemplo illo Homeri.

V. 268. τοῦ κοᾶξ] τῷ pro varia lectione inter lineas Barocc., scilicet e v. 266. Elbing. duobus versibus,

ἔμελλον ἄρα παύσειν

ποθ' ὑμᾶς τοῦ κοᾶξ.

Rav. ποτε. Mutin. παύσειν post ὑμᾶς ponit atque etiam schol. ad v. 257 citat ἔμελλον ἄρα ὑμᾶς παύσειν. Schol. ad nostrum locum, σιωπῶσι λοιπὸν οἱ βάρβαροι, καὶ βρεφὸς εἰσέρχεται χορὸς, ὡς προείπομεν, ὁ τῶν μυστῶν, ὃς ἐστὶν ἀναγκαῖος. Ratio habita est scholii ad v. 257. δεῖ δὲ νοεῖν, ὡς οἱ βάρβαροι ὑπὸ σκηνήν εἰσιν, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ φανερό· ἡ μέντοι φωνὴ αὐτῶν ἔξακούεται, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ κατὰ λήμνην ἤχοῦσιν. ἐπεὶ οὖν διαλειοίπασιν καὶ χορὸς ἐγγόνει, διὰ τοῦτο λόγον ἐποίησεν ὁ Διώνυσος λέγων· ἔμελλον ἄρα ὑμᾶς παύσειν. At mystarum chorus minime v. 270, sed infra demum v. 323 in conspectum venit. Tum ἔμελλον ἄρα ποτὲ — eos dicere constat, qui magno labore, quod contenderint, tandem effectum se reddidisse arbitrentur. Hermannum, qui in praefat. ad Oed. Col. p. XXVI ἔμελλον ἄρα pro ἄρα dici posse negabat, fugit locus perquam luculentus Vesp. 460. ἄρ' ἐμέλλομέν ποθ' ὑμᾶς ἀποσοβήσειν τῷ χρόνῳ, id est videlicet ἐμέλλομεν ἄρα ποθ' ὑμᾶς —. Nam etai et acutissima et vero utilissima est Hermanni de singulis locis disputatio, in summa tamen re assentiri non audeo. Scilicet Hermannō ἄρα non videbatur ferendum esse, ubi neque interrogationi neque exclamationi locus esset; mihi vero recte adhuc omnes statuuisse videntur, poëtas metri causa pro ἄρα etiam ἄρα dicere non dubitasse. Neque enim placet ob tam tenuem causam plurimos versus alio nomine

haudquaquam suspectos corrigere, veluti ANV. v. 161 ὅμεις μὲν ἄρα ζῆτε νομφίων βίον et ibid. v. 1686. ἐς καιρὸν ἄρα κατεκόπησαν οὐτοεῖ.

V. 269. Juntina II per errorem haec tribuit Xanthiae. Pro ὃ Dindorfius ὦ non male. — Ibid. παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ] Photius p. 380, 10. παραβαλοῦ, παύου. κυρίως δὲ παραβάλλειν λέγεται τὸ παῦσαι τὴν κώπην τῆς ἐλρεσίας. Cf. II. Stephani Thes. L. Gr. p. 2631 Lond. Supra v. 180 eandem notionem habet παραβαλοῦ. Hic vero dativus τῷ κωπίῳ de industria additus est tacitae oppositionis causa: (ne ranas pelle remo, sed potius) appelle remo.

V. 270. Huc spectat Suidas, Ναῦλος: τὸ ναῦλον. ἀρσενικῶς ὁ ναῦλος. » Καὶ ναῦλος ἡμῖν τῆς νεῶς ὀφείλεται. « καὶ Ἀριστοφάνης· ἀπόδος τὸν ναῦλον. Versum καὶ ναῦλος — ὀφείλεται apud Suidam omnes libri recte tuerentur; unus in margine habet, caeteri in ipso contextu. Ultima tantum verba, καὶ Ἀριστοφάνης· ἀπόδος τὸν ναῦλον in duobus libris male desunt. Itaque Suidas versum καὶ ναῦλος — ὀφείλεται eo consilio affert, ut ναῦλος etiam masculini generis fuisse doceat. Quo magis mirum accidit, quod Musurus eundem versum feminini ἡ ναῦλος causa proferre videtur. Aldina ad h. l. Ἀπόδος τὸν ναῦλον: Καλλίστρατος, ὅτι τὸν ναῦλον ἀρσενικῶς, ἀλλ' οὐχὶ τὸ ναῦλον εἰσῆθαι λέγειν. διασώζεται δὲ καὶ ἐν τισιν ἡ γραφή. καὶ ὅτι παρὰ τοῖς νεωτέροις καὶ ἡ ναῦλος ἡμῖν τῆς νεῶς ὀφείλεται· οὐ μόνον δὲ ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς δύο λέγεται ἢ ναῦλλος καὶ ναῦλλον. Sed hoc ipsum scholium aliquanto rectius in Ravennate ita legitur, τὸν ναῦλον: Καλλίστρατος, ὅτι τὸν ναῦλον ἀρσενικῶς, καὶ οὐχὶ τὸ ναῦλον εἰσῆθαι λέγειν. διασώζεται δὲ ἡ γραφή [καὶ ἔστι recte puto addunt schedae Seidleri] παρὰ τοῖς νεωτέροις. καὶ ναῦλος ἡμῖν τῆς νεῶς ὀφείλεται. οὐ μόνον δὲ ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ διὰ δύο ἢ, καὶ οὕτως ναῦλλον λέγεται καὶ ναῦλλος. [schedae Seidleri — διὰ δύο ἢ λέγεται καὶ οὕτω ναῦλλον. Falso Invernitiis, — διὰ δύο ἢ, καὶ οὐ ναῦλλον λέγεται, ἀλλὰ ναῦλλος]. Versum sive Menandri sive alius poetae aequalis ita, ut supra posui, scribit Ravennas et Invernitiis, et ipsius Bekkeri, et vero totidem verbis καὶ ναῦλος ἡμῖν τῆς νεῶς ὀφείλεται Suidas, qui plerumque cum scholiis Ravennatis mirabiliter consentit. [Citius coelum dirueris, quam fidem feceris, Ravennatem pro καὶ ναῦλος ἡμῖν exhibere καὶ ἡ ναῦλος ἡμῖν, id quod Seidleri schedis tribuere videtur Dindorfius.] Quamobrem Ravennatis Aldinaeque scholium apparet hoc modo corrigendum esse, Καλλίστρατος (scil. φησὶν), ὅτι τὸν ναῦλον ἀρσενικῶς, καὶ οὐχὶ τὸ ναῦλον εἰσῆθαι λέγειν. διασώζεται δὲ καὶ ἐν τισιν ἡ γραφή, καὶ ἔτι παρὰ τοῖς νεωτέροις, » καὶ ναῦλος ἡμῖν τῆς νεῶς ὀφείλεται. « οὐ μόνον δὲ ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ διὰ δύο ἢ λέγεται ναῦλλος· οὕτω καὶ ναῦλλον. Masculinum ναῦλος tum in aliquot membranis Ranarum servatum esse dicit, tum in versu recentioris poetae. Hunc autem versum rectissime affert, quum forma ὁ ναῦλος tam raro inveniat, ut tertium ejusmodi locum

frustra quaesiverim. Itaque etiam sententiae nexus postulat, ut alter poeta ναῦλος genere dixerit masculino. Disputatum est a grammaticis tantum de formis ὁ ναῦλος atque τὸ ναῦλον, de tertia autem plane barbara illa ἡ ναῦλος nemo ne cogitavit quidem. Scilicet non solum codicum inter τὸν ναῦλον et τὸ ναῦλον fluctuantium scripturae, verum etiam Callistrati memoria, qui diserte τὸν ναῦλον, neque vero τὸ ναῦλον scribi jubet, plane ostendunt, grammaticos, utrum h. l. τὸν ναῦλον an τὸ ναῦλον probarent, inter se dubitasse. In alterius poetae versu ὁ insererem scriberemque χαῖ ναῦλος, si opus esse videretur articulo; dici enim potest certae navis aliqua vectura, aliquod portorium. Deinde Attici ὁ ναῦλος, τὸ ναῦλον, τὰ ναῦλα ad eundem plane modum, quo ὁ ζυγός, τὸ ζυγόν, τὰ ζυγά et similia dixerunt; alias minus attici saporis est masculinum (ὁ ναῦτος,) τὸ ναῦτον. τὰ ναῦτα et (ὁ ἐπίδεσμος,) τὸ ἐπίδεσμον, τὰ ἐπίδεσμα. Leviter hoc genus attigit Buttmannus Gr. Gr. I p. 215 (p. 210 ed. II). Neque vero, si in Aldina pro καὶ ναῦλος ἡμῖν facili errore καὶ ἡ ναῦλος ἡμῖν scriptum est, ideo ἡ ναῦλος inauditam formam et analogiae repugnantem comminisci licet. Quid, quod femininum ἡ ναῦλος jam olim improbasse videtur gravis auctor H. Stephanus in Thesaur. L. Gr. p. 6305 ed. Lond. Itaque mihi a Dindorfio dissentendum est, qui V. III p. 391 scholiastae verba sic dicit scribenda esse, καὶ ὅτι παρὰ τοῖς νεωτέροις καὶ ἡ ναῦλος. » ἡ ναῦλος ἡμῖν τῆς νεῶς ὀφείλεται.« Similiter conjecit Toupius ad locum Suidae. [Vitium ἡ ναῦλος in duobus codicibus exstat recens collatis, Florentino, qui scholium ita scribit, καὶ ἔστι παρὰ τοῖς νεωτέροις καὶ ἡ ναῦλος ἡμῖν τῆς νεῶς ὀφείλεται, partim ut Aldina, et Mediolanensi, qui sic Καλλιστράτος τὸν ναῦλον ἀρσενικῶς φησὶ καὶ οὐχὶ τὸ ναῦλον. καὶ παρὰ τοῖς μεταγενεστέροις, ἡμῖν ἡ ναῦλος τῆς νεῶς ὀφείλεται. Toupio atque Dindorfio tacite assensus est Meinekius Fragm. Com. Graec. Vol. IV p. 686.] Redeo ad Aristophanis versum, in quo τὸ ναῦλον exhibent Barocc. Cantabr. I Harlejanus libri notae optimae. Vulgo legitur τὸν ναῦλον, quomodo etiam citant Suidas s. Ναῦλος, Eustathius p. 946, 54. et grammaticus Hermanni p. 366. ἐκβαίνει ἀντὶ τοῦ ἐξέρχεται γενικῇ. καὶ Ἀριστοφάνης ἐκβαίνει τῆς νηός (sic): ἀπόδος τὸν ναῦλον idque tuetur etiam Callistratus apud scholiastam. Apparet, plurimos h. l. τὸν ναῦλον legisse eaque scriptura tanto certius retineri debet, quod difficilior est quam altera τὸ ναῦλον. Plerumque enim Graeci neutrum genus τὸ ναῦλον usurparunt, quam rem mirum si negare ausus est Callistratus. Omittamus autem locos ambiguos Strabonis VIII p. 573, A. et Juvenalis Sat. VIII, 97. Sed neutrum genus inveni et apud Demosthenem Adv. Zenothemin 2, 4 B. ἡμᾶς τὸ ναῦλον σφετερίσασθαι nulla tot codicum discrepantia; quo in loco τὸ ναῦλον non ut vulgo vecturam, sed merces significat: et apud Plutarchum 7, 729. Οὐκ οὖν παραπόλλυμι τὸ ναῦλον, εἰ πανταχοῦ εἰμί. Eustathius vero non solum

agnoscit etiam neutrum genus p. 1888, 10. ὃν καὶ ὁ μισθὸς ἦτοι ὁ ναῦλος ἢ οὐδέτερος τὸ ναῦλον πορθμεῖον λέγεται, verum etiam novo id exemplo confirmat p. 946, 54. ubi agit de generis metaplasmo, ἔτι δὲ καὶ τὸν ναῦλον, ὃν ὁ μὲν Κωμικὸς ἀρσενικῶς προάγει, ὁλον· ἀπόδος τὸν ναῦλον, ἄλλοι δὲ κατὰ γένος οὐδέτερον, ὁλον· λαλῶν τὰ ναῦλα καὶ δ' ἀνεί' ἐρυγγά-νων. Versus est Diphili ap. Athenaeum VII p. 292, b. Rectius autem Eustathius formae ὁ ναῦλος formam τὸ ναῦλον, quam pluralem τὰ ναῦλα opposuisset. Deinde etiam Pollux I, 75 atque X, 20 ναῦλον pro neutro, non masculino habuisse videtur. Accedunt grammaticorum glossae, quae haud dubie ex atticis scriptoribus derivatae sunt, Etym. M. p. 598, 34. Ναῦλον: τὸ εἰς τὸ στόμα τῶν νεκρῶν ἐμβαλλόμενον νομισμάτιον. Eodem modo Hesychius et praeterea, Ναῦλα: τὰ ἐφόδια atque Ναῦσθλον: ναῦλον. Quin etiam mira quadam aliorum verborum similitudine neutrum genus magnopere commendatur. Etenim Charonis merces a Graecis non solum τὸ ναῦλον nuncupata est, verum etiam eadem τὸ πορθμεῖον et in plurali τὰ πορθμεῖα, et τὸ ἐπίβαθρον et τὸ κατιτήριον, de quibus verbis supra ad v. 140 exposui. Ac licet cum neutro τὸ ναῦλον haec quoque comparare τὸ ἐλλιμένιον, τὸ ἐμπόριον, τὸ ἐμφόρβιον, τὸ τελώνιον, quae attigit Valckenaerius Diatrib. p. 280, b. Naulum vero post transvectionem demum Charon accipit auctore etiam Luciano, veluti in Cataplo c. 21. De ipso autem Charone nuper admodum disseruit J. A. Ambroschius in commentatione Vratislaviae edita *De Charonte Etrusco*, in qua p. 23 sqq. Charonem graecum et p. 45 sqq. Charonem scenicum descripsit.

V. 271. Personarum inscriptiones ab omnibus editoribus additas delere nolui, ut commoditati lectorum prospicerem. Etsi nova tantum comoedia in actus scenasque distributa est, minime vero antiqua, cui solus Chorus nunc veniendo nunc abeundo moram attulisse videtur. Alioquin illa semper ad exitum festinat, sicuti etiam hoc loco, ubi Bacchus sine ullo paene intervallo pronuntiavit verba ἔχε δὴ τῶβολῶ et ὁ Ξανθίας —. Ibid. ἡ Ξανθίας;] ἡ ποῦ Ξανθίας Rav. ἡ Ξανθία Venetus. » ἡ Ξανθίας, vel ὁ Ξ. Scaliger. ἡ Ξ. ed. Veneta II. Interjectio ἡ alibi non legitur. Aliam vim habet ἡ ἢ Nub. v. 105. Hoc dicere videtur, ὦ ἡ Ξανθία, eho Xanthia! Quare e codice Veneto Ξανθία scripsi pro Ξανθίας. Similis versus est Terentii Andr. V, 2, 30. Age Pamphile, exi Pamphile: ecquid te pudet?

V. 272. λαῦ.] Scholiasta, μίμημά ἐστι συγκιμοῦ. At Suidas, 'λαῦ: καὶ τοῦτο σχετλιαστικὸν ἐπίδημα. Ejulantis est simillima vox λαοῖ iuxta v. 1029. [Schol. Ven. μεταβέβληται ἡ σκηρὴ καὶ γέγονεν ὑπόγειος.]

V. 276. γῶγε] ἔγωγε Rav. γε Barocc. Cantabr. I. Harlej. Deinde καὶ δὴ v. Cantabr. I. Harlej. δ' Venetus, pro γ' ut puto. Equidem, inquit, istos jam ante vidi (κατεῖδον v. 274), atque adeo nunc ipsum video.

Recte jam olim scholiasta censuit, Bacchum haec dicere ad spectatores conversum, inter quos sibi visus sit parricidas cernere atque perjuros.

V. 277. *δρῶμεν*] Elbing. *δρῶ*. Tum *βέλτιστον* Baroce. *νοῖ* Venetus. [Hoc est *νό*. Dindorfius.]

V. 279. *ἔφασκεν* Elb. *ἔφασκε κείνος* Cantabr. I.

V. 280. *ἀλαζονεύεθ'* Mutin. Hunc versum et sequentem citat Suidas s. *Ἡλαζονεύετο*, ubi pro *φιλοτιμούμενος* legitur *καὶ φιλοτιμούμενον*. Sequentem iterum citat s. *Μάχμος*, ubi vulgo item legitur *καὶ φιλοτιμούμενον*, in Oxon. autem aliisque codd. *καὶ φιλοτιμούμενος*. In Aristophane Venetus *φιλότιμον γένος* pro *φιλοτιμούμενος*.

V. 282. Suidas, *Γαῦρος*: *στεφθόν, μέγα, ἀκλινές, ἀκατάπληκτον*, deinde hunc versum subjicit. Recte huc refert Tittmannus Zonaram quoque p. 422 *γαῦρον*: *τὸ ἐπρηκμένον*. *Ἀριστοφάνης* δὲ *τὸ στεφθόν καὶ μέγα καὶ ἀκλινές καὶ ἀκατάπληκτον γαῦρον λέγει*. Falluntur. Nam *γαῦρος* hic de arrogantia et quasi tumore dici satis ostendunt verba *ἡλαζονεύετο* et *φιλοτιμούμενος*. Scholiasta, *παρὰ τὰ ἐκ Φιλοκτήτου Εὐριπίδου· οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον ὥς ἀνὴρ ἔφν*. Cf. Plutarchum Moral. p. 779, d. Dionem Chrys. LII p. 551, B. et Hesychium s. *γαῦρος*, cujus tamen explicatio parum accurata est. Immo in Euripide verbum *γαῦρος*, quod optime interpretatur l. l. Dio *οὕτω μεγάλωφρον ᾧμα καὶ φιλότιμον*, dictum erat de immoderata gloriae cupiditate. Ex eodem Dione apparet, versum e prologo sumtum esse, in quo Ulixes suam ipse vanitatem reprehendebat, qui tantis se laboribus frangeret, quum procul a negotiis vivere beato liceret. Verum non sine summa temeritate Valckenarius in Diatriba p. 118, quem parlim sequitur Matthiaeus p. 278, quum conjecit *Ἄλλ' οὐδὲν οὕτω γαῦρον ὥς ἀνὴρ ἔφν*, tum vero hunc versum cum aliis fragmentis conglutinavit, quae apud Euripidem modo in vicinia posita erant, minime vero perpetuo ordine cum nostro versu cohaerebant. Sed vocabulum *γαῦρος* infra fortasse restituam v. 592 *ἀνανεάζειν πρὸς τὸ γαῦρον* —.

V. 283. *δέ γ' εὐξάιμην ἄν*] *δ'εὐξάιμην* Baroccianus, *δ'εὐξάιμην ἄν* Suidas s. *Ἀγώνισμα* ubi hunc versum citat cum sequente. Admodum lepide poeta dicit *ἀγώνισμ' ἄξιόν τι τῆς ὁδοῦ*, tantum certamen, cujus causa operae pretium sit vel in Orcum descendisse. Nec minus lepide Bacchus, quo hic etiam nihil gloriosius est, jactationem Herculi exprobrat, et qui suam extollere animi fortitudinem coeperit, reperitur continuo ignavissimus. Fortis et idem timidus est etiam Polynices Eurip. Phoeniss. v. 269 *ἀπλισμένος δὲ χεῖρα τῷδε φασγάνῳ | τὰ πλοῖτ' ἐμαντῶ τοῦ θράσους παρέξομαι*. | *ὦή, τίς οὗτος; ἢ κτύπον φοβούμεθα*; Quae mihi satis comica videntur. Sed hunc locum jam Bergler comparavit.

V. 285. Recte in edd. veteribus omnibus post *ῃ τὸν Δία* interpunctio est, quam inepte sustulerunt Brunckius, Dindorfius, Rothius ducti fortasse

versu 288 καὶ μὴν ὁρῶ, νῆ τὸν Δία, θηρῶν μέγα. Quasi vero tanta verborum trajectio ferenda sit. Saepissime autem formula νῆ Δία et νῆ τὸν Δία ponitur ironice. Non male tamen in ed. Lugdunensi minore interrogatur, νῆ τὸν Δία; ita per Jovem? (ist das Gttnft?) Cf. Plut. 395 sq.

V. 286. Librorum scripturas consideranti non erit obscurum, quoniam causa fuerit hujus versus depravandi. Namque quum primum νῦν ἔθι' pro ἔθι' e sequente versu male hic irrepsisset, alii metrum ita sustentarunt, ut deletio 'στὶν sive 'στ' scriberent,

ποῦ, ποῦ Δ. 'ἐξόπισθεν. Δ. ἐξόπισθε νῦν ἔθι',

alii autem metri causa ἐξόπισθεν in ὀπισθεν mutarunt,

ποῦ, ποῦ 'στ'; Δ. ὀπισθεν. Δ. ἐξόπισθε νῦν ἔθι'.

Ego quum vidissem et bis ἐξόπισθε scribendum esse et νῦν plane delendum, ante multos annos restitui id, quo vel optimorum codicum vestigiis animus fertur,

ποῦ, ποῦ 'στὶν; Δ. ἐξόπισθεν. Δ. ἐξόπισθ' ἔθι'.

Multo post editae sunt Dobraei adnotationes postremae, in quibus haec ipsa emendatio proponitur. Dobraeum sequuti sunt Bekkerus et qui antea Brunckii exemplum imitatus est, in edd. tertia quartaque Dindorfius. Ravennas Inverniti, ποῦ ποῦ 'στὶν. Δ. ἐξόπισθεν. Δ. ἐξόπισθεν ἔθι'. Eodem modo Ravennas Bekkeri, praeterquam quod 'στὶν omittit. E Veneto enotatum 'ἐξόπισθεν. ἐξόπισθεν αὐ' ἔθι', e Barocciano Bentleji atque Porsoni, ποῦ ποῦ 'στὶν. Δ. ἐξόπισθεν, e Vaticano Kusteri et Parisino C. ποῦ, ποῦ; Δ. ἐξόπισθεν. De Cantabr. I et II ambigue Dobraeus » Vulg. 1. 2. (ἐξόπισθεν 1). α ut nescias, utrum in optimo libro sit ἐξόπισθεν pro ὀπισθεν, an ἐξόπισθεν νῦν pro ἐξόπισθε νῦν. Contra ποῦ, ποῦ 'στὶν; Δ. ὀπισθεν Parisini BD Borg. Elbing. (qui mox habet ἐξόπισθεν pro ἐξόπισθε). Hos libros sequitur Brunckius. Parisinus A et Mutinensis, ποῦ, ποῦ; Δ. ὀπισθεν. In extremo ἐξόπισθε νῦν ἔθι' habere credo plerosque codd., e quibus nihil enotatum est. Editiones omnes ante Brunckium, Δ. ποῦ ποῦ 'στ'; Δ. ὀπισθεν. Δ. ἐξόπισθε νῦν ἔθι', praeter Juntinam I, in qua est, δι. ποῦ 'στ'. caetera eodem modo.

V. 287. Versus primo omissus, sed mox in margine repositus in Cantabr. I, qui bis πρόσθεν. Elb. πρόσθεν νῦν. Pro νῦν fuit, qui νῦν scriberet absurde.

V. 288. sqq. Hos versus usque ad v. 295 — θάττερον asserti Suidas s. Ἐμπουσα.

V. 289. γοῦν] οὖν Barocc. et ita tacite edidit Brunckius. παντοδαποῦν γοῦν Cantabr. I δ Mutin. pro γοῦν. οὖν etiam Suidae cod. Oxon. teste Porsono. Idem Suidas γίνεται et sic in Aristophane edd. veteres.

V. 290. τοτὲ μὲν βοῦς — τοτὲ δ' αὐ' γυνή edd. ante Kusterum, qui primum μὲν γε edidit idque habent Rav. Ven. Baroccianus Bentleji, Vatic.

Cantabr. I et II, Suidas; deest γε in Mutin. et Elbing. ποτὲ μὲν — ποτὲ δ' αὖ ut vulgo etiam Suidas; τότε μὲν — τότε δ' αὖ Ravennas; ποτὲ μὲν — ποτὲ δ' αὖ Cantabr. I et Parisius C; ποτὲ μὲν — ποτὲ δ' αὖ Venetus Mutin. Barocc. Parisinus E et Poggianus. Denique αὖ deest in Parisino A et Elbingensi, si fabula vera. Hinc pessime ediderunt Brunckius atque Dindorfius

ποτὲ μὲν γε βοῦς, νυνὶ δ' ὄρεῦς, ποτὲ δὲ γυνή
numeris durissimis. Nihil verius est lectione vulgata, dummodo γὲ inseratur. Ceterum mihi item ut Beckio placet non mentitum esse Xanthiam, sed potius machinae cujusdam ope tale quiddam in scena exhibitum, quod in varias formas mutari videretur.

V. 291. 'στὶ] 'στὶν Rav. φέρ' deest in codicibus Suidae, sed iis solis, ut minime conjiciendum sit, ποῦ 'στὶν, ἵν' ἐπ' αὐτὴν ἴω. Verborum ἐπ' αὐτὴν ἴω, quae tam in hostem cadunt quam in amatorem, quaesita est ambiguitas. In amatorem, sicuti apud Lucian. D. Marin. VI, 2 ὁ Τρίτων, οὐ μετρίως με διετάραξας εἰπὼν τὰ περὶ τῆς παιδός· ὥστε ἴωμεν ἐπ' αὐτὴν. In hostem, ut apud Thucyd. I, 82 ἄμεινον ἦδη, ἦν δοκῇ, πεφραγμένοι ἴμεν ἐπ' αὐτούς. Nam in Bacchum quoque illud dici potest, quod Sophocles scribit de Aegistho, Electr. v. 302 ὁ σὺν γυναιξὶ τὰς μάχας ποιούμενος.

V. 293. ἔμπουσσα Venetus idemque codex v. 305 ἡμπουσσα. — τοῖνυν Brunckius ad v. 321 e Pariss. C, E Rav. Barocc. et codicibus Suidae. Vulgo et in Ven. Mutin. τοῖνυν γ'. — Vulgo ἄα. πνρὶ — ἔχει. Δι. νῆ — θάτερον. ἄα. σάφ' ἴσθι. [Vulgata distinctio est in schol. Rav. Ven. Flor. τινὲς ἐν πρόσωπον ὅλον λέγειν.] Recte Brunckius ἄα. πνρὶ — πρόσωπον. Δι. καὶ — ἔχει; ἄα. νῆ τὸν — ἴσθι et sic Rav. Ven. Mut. Parisinus E. Baroccianus. Eodem modo Parisinus A, praeterquam quod σάφ' ἴσθι tribuit Dionysio. Cantabr. I et liber Poggianus ἄα. πνρὶ — Δι. καὶ σκ — ἄα. νῆ τὸν — Δι. καὶ β — ἄα. σάφ' ἴ. Eodem modo Harlejanus 6, nisi forte hic aliter ante νῆ τὸν π. Cantabr. II ἄα. πνρὶ — τραποῖμην. Διο. ποι δ' — ξυμπότης. Apparet Bacchum modo suspicatum illam Empusam esse, nunc quo certius rem e notissima Empusae forma cognoscat, interrogare, an etiam crus habeat aeneum. Dindorfius interrogandi signum post ἔχει delevit infelicitur, neque cogitavit, Empusam ab uno Xanthia describi posse, quum Bacchus tanto pavore perculsus sit, ut monstrum horrendum ingens rectis oculis intueri nequeat.

V. 295. Hic versus in codicibus Suidae deest. — βολίτινον] Antiatticista Bekkeri p. 86, 9. Βότινον (sic): 'Αριστοφάνης Βατραχίους. βόλβιτον 'Ιππώναξ. Hunc versum affert celato auctore Etymol. M. p. 204, 29. Athenaeus XIII p. 566, e καὶ ὁ Κύνουλκος, Ταῦτα (ita MSSti Casauboni; vulgo et in Veneto ταύτη) καὶ τολμᾷς σὺ λέγειν, οὐ δοδoάκτυλος

οὐσα κατὰ τὸν Κρατῖνον (ita optimi codd. etiam Venetus; alii παρκλινον variatione solemni), ἀλλὰ βολίτινον ἔχων θάτερον σκέλος, ἐκείνου τοῦ ὀμω-
νύμου σοι ποιητοῦ τὴν κνήμην φορῶν — . Male Kusterus ad h. l. dubitat,
utrum Athenaeus Aristophanis verba in suam rem converterit, an potius
Aristophanes hic usus fuerit verbis Cratini. Male Casaubonus ad Athe-
naeum contendit, e Cratino descriptam fuisse Empusam, Aristophanem
vero hic in Ranis Cratini vestigia sequutum esse. Male Schweighaeuserus
statuit, Cratinum Empusam, priusquam pedem habens asininum appa-
ruisset, ῥοδοδάκτυλον induxisse, sicuti eadem in Aristophane primum ut
formosissima mulier appareat. At enimvero Dobraeus in Addendis ad
Plut. v. 555. p. (106) quum Athenaei in detorquendis veterum poetarum
locis consuetudinem diligenter observasset, praeclare demonstravit, e
Cratino hunc tantummodo hexametrum afferri,

Ταντὶ καὶ τολμᾷς σὺ λέγειν, ῥοδοδάκτυλος οὐσα;

Citius crediderim, haec de pulchra aliqua puella intelligi debere quam de
portento isto Empusae, cujus etsi frequentissima mentio a comicis poetis
facta esse dicitur, vix tamen fidem inveniet, fatale hoc monstrum cum
aliis sermones unquam servisse. Quare tantum abest, ut Aristophanes
hic quidem Cratinum ullo modo imitatus sit, ut illa Athenaei verba βολί-
τινον ἔχων θάτερον σκέλος ex unis Ranis deprompta sint. Jam vero Myr-
tilum Athenaei claudum fuisse et ex hoc ipso loco colligitur et certo pa-
tet e XIII p. 568, e ὅπως γὰρ „ἄριστα χαλῶς οἰφεῖς.“ Ita βολίτινον σκέλος
Athenaeus interpretari videbitur bubulum crus comparanti Homeri verba
εὐλίποδας βοῦς. At βολίτινον dici non potest pro βόειον, etsi scio in Eqq.
v. 656 τοῖς βολίτοις legi, hoc est ταῖς βοσσί. Immo βολίτινον σκέλος si-
gnificat crus e stercore bubulo compositum. Est vero Graecis indigna et
nimis profecto vel in tali monstro monstruosa imago. Scholiasta et Sui-
das interpretati sunt crus asininum probante ad Athenaeum Schweighaeu-
sero. Schol. ἔνιοι δὲ ὄνον σκέλος λέγουσι, διὸ παρὰ τισι καλεῖσθαι ὀνόκω-
λον. — Βολίτινον δὲ ὄνειον· βόλιτος γὰρ κυρίως τὸ τῶν ὄνων ἀποπάτημα.
Suidas l. l. Ὀνοκώλη δὲ ὅτι ὄνον πόδα ἔχει· ὃ λέγουσι βολίτινον, τουτέστιν
ὄνειον. βόλιτος γὰρ κυρίως τῶν ὄνων τὸ ἀποπάτημα. At boni viri mentiu-
tur: quando τὸ βόλιτον semper bubulum stercas designat, non asininum,
quod graece dicitur ὄνις Pac. v. 4. Recte Pollux V, 91. καὶ ἵππον κόπρον
φασί, βοὸς δὲ βόλιτον, ὄνον ὀνίδα καὶ ὄνθον. [Apud scholiastam pro ὀνό-
κωλον Venetus habet ὀνοσκελέα. Hoc est ὀνοσκελέα, qua forma bis utitur
Lucianus V. H. II, 46 et 47.] At isti nullo alio argumento ad asininum
crus deducti sunt, quam quod vidissent, Empusam alibi ἢ ὀνοσκελῆς sive
ἢ ὀνοκώλη appellari. Multo illa quidem post tempora Aristophanis, veluti
a Luciano in loco paene classico Verr. Hist. II, 46., ubi manifesto Em-
sam nutu et significatione ostendit eamque magis etiam deformat. Adde

disertum auctorem schol. ad Eccles. v. 1048. Ἐμπουσαί τις: ἦν καλοῦ-
μεν νῦν Ὀνοσκελίδας. Noster autem scholiasta et Suidas ita incipiunt,
Ἐμπουσα: φάσμα δαιμονιώδες ὑπὸ τῆς Ἑκάτης ἐπιεμπόμενον καὶ φαι-
νόμενον τοῖς δυστυχούσιν, ὃ δοκεῖ πολλὰς μορφὰς ἀλλάσσειν. Verba φαινό-
μενον τοῖς δυστυχούσι, quae etiam in Etymol. p. 336, 45 et Zonara p. 701
leguntur, paullo pinguius expressa sic accipio, quibus Empusa malo omine
apparuisset, eos postea infortunium habuisse, secundum illud Homeri,
Δυστήνων δέ τε παῖδες ἔμψ' ἔμνει ἀντιώσων. Mala est enim H. Valesii
conjectura φαινόμενον τοῖς στοιχοῦσιν, qui comparat ille quidem Phi-
lostratum Vit. Apoll. II, 2 ἐπορεύοντο γὰρ ἐν σελήνῃ λαμπρῇ. φάσμα δὲ
αὐτοῖς Ἐμπούσης ἐνέπεσε —, veruntamen maxime nititur Harpocratiōne,
Ἐμπουσα: Δημοσθένους —. φάσμα τι φασιν εἶναι τῆς Ἑκάτης, ὅπερ στοιχοῦ-
σιν ἐφαίνετο· πλήρης δὲ τοῦ ὀνόματος ἡ κομφιδία. At etiamsi τοῖς στοι-
χοῦσιν correxeris, quod fortasse legitur in cod. Mediceo, tamen στοιχεῖν
nunquam significabit πορεύεσθαι. Nuper autem etiam in Harpocratiōne
Bekker e codicibus τοῖς δυστυχούσιν edidit. Ego ignota etiamtum hac
scriptura conjeceram — ὅπερ τοῖς Χοῦσι ἐφαίνετο, quod apparebat Choib-
us. Noster enim scholiasta sive Suidas ita scribunt, δοκεῖ δὲ (ἡ Ἐμπου-
σα) καὶ ταῖς μεσημβρίαις φαντάζεσθαι, ὅταν τοῖς κατοικομένοις ἐν-
αγίζωσιν. Atqui inferiae manibus publice offerri solebant Choibus, id
quod clarissime perspicitur e Theopompo apud schol. Acharn. v. 1040
(1075), scholiasta ipso ad Acharn. 925 (960), Photio p. 269, 22. Porro
fuisse, qui Empusam nihil ab Hecate differre vellent, tradunt Suidas l. l.
Ἐνιοὶ δὲ τὴν αὐτὴν τῇ Ἑκάτῃ atque Hesychius, Ἐμπουσα: — Ἀριστοφά-
νης δὲ τὴν Ἑκάτην ἔφη Ἐμπουσαν. Ipsum Aristophanis locum servavit
scholiasta ad v. 293. ἔνιοι δὲ αὐτὴν (τὴν αὐτὴν) τῇ Ἑκάτῃ, ὡς Ἀριστο-
φάνης ἐν Ταγηνισταῖς »χθονίας Ἑκάτης πείρα σοφῶν ἐξελεξιμένη.« εἰτα ἐπι-
φέρει· »τί καλεῖς τὴν Ἐμπουσαν;« Felicissime correxit Seidler De Arist.
Fragm. p. 21

χθονία σ' Ἑκάτη

σπείρας ὀφέων ἐλελιζομένη

plaudente Hermannō in Opusc. II. p. 250. Postea Dobraeus p. 61 simil-
limam edidit emendationem Porsoni,

χθονία θ' Ἑκάτη

σπείρας ὀφέων ἐλελιζομένη.

Nempe scribendum est,

χθονία θ' Ἑκάτη

σπείρας ὀφέων ἐλελιζομένη.

Ad sententiam Seidler in primis comparat Sophoclem in Πιζοτόμοις apud
schol. Apoll. Rhod. III, 1213 — στεφανωσαμένη (scil. Ἑκάτῃ) | θρῆνοι καὶ
πλεγκτοῖς | ὡμῶν σπείραισι δρακόντων, qui addere poterat eximium locum

Luciani Philopseus. c. 22, alia Porsonus ad dictionem similia, quibus adjice Eurip. Ion. 1164 *σπείλαισιν ελλίσσονται* et Virgil. Aen. XII, 848 serpentum spiris. Ceterum in Tagenistis, ut recte Hesychius, Hecate in Empusam, non in Hecaten Empusa mutata est; primum enim Hecate et nominatur et vulgari modo describitur, tum eadem nomine appellatur Empusae. Verum quod Welcker p. 128 suspicatus est, joco tantum pro Hecate Empusam nominatam esse, fugit eum res paullo reconditior, qua una Aristophanis fragmentum optime illustratur. Nimirum Empusa erat *δαιμόνιον τι περὶ τὴν Ἐκάτην*, ut recte Eustathius ad Dionys. v. 723. Atqui planum fecimus ad Thesmophor. p. 195, saepius fieri in religionibus Graecorum, ut ministrantium nomina cum ipsa dea praeside earum communicerentur. Praeterea etiam cum Lamia confundi Empusam docet Philostratus IV, 8, ubi dicit Empusas ab aliis *Λαμίας* et *μορμολυκῆα* nominari easque carnis humanae appetentes esse. Tum in Suida vulgo legitur, *Ἐμπουσα δὲ εἰρηται παρὰ τὸ ἐνὶ ποδὶ ποδίζειν, ἡγουν τὸν ἑτερον πόδα χαλκοῦν ἔχειν*. Sed a codd. abest *εἰρηται*, item ab ed. Mediol., quae exhibet *παρὰ τὸ ἐνὶ ποδίζειν*. Quod non receperisset Bernhardius, si cogitasset, *ποδίζειν* verbum esse inauditum. Tu vero scribe, *Ἐμπουσα δὲ παρὰ τὸ ἐμποδίζειν, ἡγουν* —, ex Etymol. M. p. 336, 41 et Zonara p. 701, ubi eadem verba leguntur, *Ἐμπουσα δὲ παρὰ τὸ ἐμποδίζειν, ἡ ἀπὸ τοῦ τὸν ἑτερον πόδα χαλκοῦν ἔχειν*. Similiter Lex. Rhet. p. 249, 30. *Ἐμπουσα δὲ ἀπὸ τοῦ ἐμποδίζειν τοὺς ἀνθρώπους, ἡ ἀπὸ τοῦ τὸν ἑτερον πόδα χαλκοῦν ἔχειν, τὸν δὲ ἑτερον βολίτινον*. Vanissima est haec originationis; vanior altera, qua Empusae unicus pes tribuitur. Schol. ad h. l. *καὶ οἱ μὲν φασιν αὐτὴν μονόποδα εἶναι καὶ ἐτυμολογοῦσιν οἷον ἐνὶ πόδα, διὰ τὸ ἐνὶ ποδὶ κρησθῆναι*. Hesychius, *Ἐμπουσα: — καὶ, ὥς τινες, ἐνὶ ποδὶ κρησμένον*. Etymol. M. l. l. *ὅτι Ἐμπουσα ψιλοῦται, εἰ καὶ δοκεῖ παρὰ τὸ ἓνα συγκρίσθαι*. Ex his manifesto intelligitur, grammaticos, qui de unico Empusae pede fabulati sunt, ab uno omnes Ranarum loco pendere, in quo quum et aeneum Empusae crus et alterum *βολίτινον* invenissent, et propter originationem verbi *Ἐμπουσα* ridicule philosophari coepissent, sic opinati sunt, Empusam aeneo tantum pede incessisse, non etiam altero, qui utpote *βολίτινος* ad usum ineptus esset, adeoque verbum *Ἐμπουσαν* omnino *ἐνὶ πόδα* explicari posse, id est non quae haberet unicum pedem, sed quae duo pedes haberet, altero autem uti non posset. Tantum valent grammaticorum argutiae, ut duo non plus uno esse demonstrarent. Quare unius pedis Empusam utpote in cerebrosorum hominum cerebello natam omittamus. Permiare autem Boettiger De persona Furiarum p. 61, cui Welcker bene se assentiri negat, conjicit, Aeschyli Eumenidas in causa fuisse, ut Empusa fingeretur, quum Furiae Aeschyleae hac Empusae specie in ludibrio versae esse videantur. Immo apte licebat Aeschylí nomine misso ipsas Furias, quae in

multis aliis tragoediis fuerunt terrori (Plut. v. 423. Ἐρινός ἔστιν ἐκ τραγωδίας), cum Empusa componere, cui spectro proprius erat in comoedia locus. Poterat etiam χαλνόπους Ἐμπουσα (hic v. 294 καὶ στέλος χαλνῶν ἔχει;) cum Sophocleo Electr. v. 491 χαλνόπους Ἐρινός satis apte comparari. Jam vero in Ecclesiāz. v. 1056 anus libidinosa, deformis, ulceribus obsita vocatur Empusa, Ἐμπουσά τις, | ἐξ αἵματος φλύκταιναν ἡμφιεσμένη. Attamen ex illo loco colligere vix ausim, Empusam ipsam furunculis deturpatam in scena apparuisse. Nam verba ἐξ αἵματος φλύκταιναν ἡμφιεσμένη non ad veram Empusam spectant potius, quam ad anum furunculis plenam, cujus deformitatem quo gravius describeret, videt^{ur} Aristophanes de industria vel ipsi Empusae speciem dedisse insolitam. Similis jocus paullo post movetur ibidem v. 1072 πότερον πύθηνος ἀνάπλεως ψιμυθίου —; Huic loco similis est ille Demosthenis, in quo Aeschinis matri propter vitam meretriciam Empusae cognomen datum esse affirmat De Corona p. 130, 7. — τὴν δὲ μητέρα σεμνῶς πάντα Γλαυκοθέαν ἀνόμασεν, ἣν Ἐμπουσαν ἄπαντες Ἰσασι καλουμένην, ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν δηλονότι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας τοχοῦσαν· πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Alciphronis III, 62 imitationem post Berglerum Wagnerumque indicavit Schaefer T. II p. 197. Apud Demosthenem vero scriptura optimi codicis Parisini (Σ) ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν καὶ γίνεσθαι δηλονότι resedisse videtur ex ejusmodi scholio, margini primū adscripto, ὅτι ἡ Ἐμπουσα πάντα γίνεσθαι δοκεῖ. Nempe Empusam in omnes se formas mutasse recte tradit praeter alios Lucianus De Saltat. c. 19, qui tamen Empusam perinepte conjecit saltatricem fuisse. Sed Demosthenis interpretationi aliam opponere ausi sunt grammatici. Nam verba, ἣ ὅτι ἀπὸ σκοτεινῶν τόπων ἐφαίνετο τοῖς μινυμένοις, quae a Suida s. Ἐμπουσα, ab Etym. M. p. 336, 42., a Zonara p. 701 nimis absurde ad ipsius Empusae originationem trahuntur, unice valent ad enucleandum cognomen Empusae, quod Glaucidi Aeschinis matri inditum est. Res apparet vel e Lex. Rhet. p. 249, 32 — ἐκλήθη οὖν ἡ μήτηρ Αἰσχίνου Ἐμπουσα, ὥς μὲν λέγει Δημοσθένης, ἀπὸ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν — καὶ γὰρ τὸ φάσμα παντόμορφον — ὥς δὲ Ἰδομένης φησὶ δημαγωγὸν, ἐπεὶ ἀπὸ σκοτεινῶν τόπων ἀνεφαίνετο τοῖς μινυμένοις. Immo scribendum est, ὥς δὲ Ἰδομενέες φησι Περί Δημαγωγῶν Idomeneus in libro de demagogis. Multis enim modis sententiae repugnat Lobeckii in Aglaoph. p. 121 opinio, qui accusativum δημαγωγὸν ita explicat, ut mente addiderit διὰ τούτων ἐδήλωσεν ὁ Δημοσθένης. Neque id in opinionem venire Lobeckio potuisset, si tempori meminisset Vitam Aeschinis 5, 1 B. — ταύτην δὲ (scil. τὴν Γλαυκοθέαν) σκοτεινῶν ἐκ τόπων ὀρεωμένην καὶ φοβοῦσαν καὶ δας καὶ γυναῖκας Ἐμπουσαν ὀνομασθῆναι, ἐπεὶ συντερινὸν φάντασμα ἡ Ἐμπουσα. Sic enim recte edidit Bekkerus e cod. Helmstadiensi. Quapropter Idomeneo auctore Glaucis eam ob causam dicta est Empusa, quod tan-

quam Empusa in tenebris subito appareret eoque pueros ac mulierculas, quae initiarentur, quasi aliquod spectrum perterrefaceret; omnino enim nocturnum spectrum fuit Empusa, quod etiam in Ranis (vide v. 273) in maximis micat tenebris. Errat vero Lobeckius l. l. etiam in eo, quod Glaucidem in magicis sive Hecaticis mysteriis apparuisse censet. Immo vero Phrygiis sacris atque Sabaziis Glaucotheam Aeschinis matrem praefuisse sacerdotem vel ex uno Demosthene apparet luculentissime, neque id ipsam Lobeckium aliis in locis, ut p. 647 et p. 652 latuit. Quod autem in Aristophane ipsum Orei vestibulum ingressis Empusae spectrum conspicitur, id jam alii bene cum Virgilio compararunt Aen. VI, 285–290., qui adeo in hac re luxuriatur, ut videri possit a seriore poeta eoque Alexandrino suspensus esse. Cf. tamen Ran. 143. 278. Ac ne illud quidem temere esse credo, quod Bacchus cum servo, quum Empusa vix etiam evanuisse, non ei quidem initiandi causa, ad initiatos tamen venerunt. Exstat enim huic loco alius tam similis, ut non lac lacti similis, in Luciano Catapl. c. 22. — εἰπέ μοι (ἐτελέσθης γὰρ, ὦ Κυνίσκε, τὰ Ἐλευσίνια), οὐχ ὅμοια τοῖς ἐκεῖ τὰ ἐνθάδε σοι δοκεῖ; Κυν. Εὖ λέγεις· ἰδοὺ γοῦν προσέρεχεται δαδουχοῦσά τις, φοβερὸν τι καὶ ἀπειλητικὸν προσβλέπουσα· ἡ ἄρα που Ἐρινός ἐστιν; Posui lectionem vulgatam, pro qua duo codd. exhibent, ὦ Κυνίσκε δηλονότι τὰ Ἐλευσίνια, duo alii autem ὦ Κυνίσκε τὰ Ἐλευσίνια δηλονότι. Jam Belinus, Schmiederus, Lehmannus, Jacobitius verba τὰ Ἐλευσίνια, quae in omnibus codd. et apud scholiastam quoque leguntur, ejicere ausi sunt, τὰ Ἐλευσίνια δηλονότι glossema esse rati. At illi neque cogitarunt, verba τοῖς ἐκεῖ necessario poscere, ut Eleusinia discrete nominentur, neque vero intellexerunt, δηλονότι hic quidem atticum esse vocabulum, nimirum, haud dubie, ut in illo Demosthenis, quod supra posui, Ἐμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην, ἐν τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν δηλονότι ταύτης τῆς ἐκωνυμίας τυχοῦσαν· πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Quare in Luciano ita potius scribendum erit, uti et codices suadent et sensus postulat, ἐτελέσθης γὰρ δηλονότι, ὦ Κυνίσκε, τὰ Ἐλευσίνια. Adeo apud Lucianum Micyllos modo a Charone transvectus, plane ut Bacchus apud Aristophanem, in meras tenebras incidit (Ἡράκλεις, τοῦ ζόφου, inquit), tam horribile Furiae spectrum conspicit idque spectrum in caligine visum iis simile esse dicit, quae in mysteriis flant Eleusiniis. Neque in eo errare Lucianus potuit, qui et diu Athenis vixerit, et ipse sine dubio fuerit initiatus. Itaque ne dubitari quidem posse arbitror, quin iis, qui Eleusiniis sive initiandi essent sive jam initiati, vana quaedam spectra apla tamen ad animos perterrendos in tenebris objecta sint. Quae res confirmatur etiam grammaticorum illa Demosthenici loci explicatione, sive hi a Sabaziis mysteriis temere ad Eleusinia aberrarunt, sive spectra igni per tenebras eoruscantia utriusque mysteriorum generi communia fuerunt.

Scio aliter visum esse Lobeckio in Aglaoph. p. 111—123, qui etsi praeclare docuit, alios quosdam locos a Sancrucio minime intellectos esse, tamen neque Lucianae memoriae vim infringere ullo modo potuit, neque vero p. 119 scribere debuit, ista Eleusiniolorum spectacula animi potius, quam corporis oculis percepta videri.

V. 296. *ποῖ δῆτ'*] *ποῖ δ'* Mutin. cujus vitii patet origo. *τραποίτην* Elb.

V. 297. Scholiastae quidam sacerdotem eum hic dici conjecerunt, qui mystarum choro interfuerit. At chorus nondum etiam in orchestra versari potest, ut cujus voces primum post v. 311 e longinquo audiantur. Scholiasta, *ἤδη γὰρ ἦν* [hic insere *ὁ Χορὸς*, collatis scholiis ad v. 257 et v. 268] *τῶν μεμνημένων κατὰ τὴν σκηνὴν γεόμενος*. Multi enim, ut e scholiis ad h. l. et ad v. 301 apparet, absurde opinabantur, sacerdotem nescio quem una cum Baccho et Xanthia in scena stetisse. [Haec opinio cum vera explicatione commixta est in ridiculo quodam scholio codicis Veneti, *ἐν προεδρίᾳ κάθεται ὁ τοῦ Διονύσου ἱερεὺς — ὥστε μηκέτι ὁμοίως ἄλλοθεν εἶναι — δεῖ γενέσθαι αὐτόν.*] Ceterum jam Alexandrini partim veram rationem inierant, ut ex iisdem scholiis liquet, *Παρὰ ταῖς θείαις προεδρίαις ἐτετίμητο ὁ ἱερεὺς τοῦ Διονύσου. πρὸς οὖν συνήθειαν καλεῖ ὁ Διόνυσος τὸν ἱερέα*. Verba *πρὸς συνήθειαν καλεῖν* significarent ad convivium vocare. At enim haud dubie corrigo, *πρὸς οὖν συμβοήθειαν καλεῖ* — [vel potius *οὖν* transposito, *πρὸς συμβοήθειαν οὖν καλεῖ* — . Venetus enim *προσυνήθως ἂν οὖν*, duo alii libri *πρὸς συνήθειαν οὖν*]. Nam et computatio docet, vinosum Bacchi sacerdotem intelligi, et facete nunc Bacchus sacerdotem suum precatur, non ut consentaneum erat, Bacchum sacerdos. Hanc igitur rationem jure sequuti sunt Brunckius, Welcker, Vossius. Deinde Bacchi sacerdotem in prima cavea spectasse propterea scholiasta dicit, quod deus h. l. hominem alloquitur, v. 308 autem etiam digito monstrat. Neque in ipsa re scholiastam opinio fefellit. Quum enim Liberalibus dramata agerentur, quis non intelligit primario Bacchi sacerdoti proëdriae honorem inprimis tribuendum fuisse? Quin etiam aliis sacerdotibus, si minus omnibus, quoniam nimia Athenis fuit sacerdotum multitudo, attamen clarissimo cuique licebat jure optimo in prima cavea sessum ire, velut Lamponi, Diopithi, Hierocli. Nam sacerdotibus atticis proëdriae jus datum esse apparet ex Hesychio s. *Νεμύσεις* (*νέμσεις*) *θείας* atque ex Inscriptione Pirapensi Vol. I p. 139 ed. Boeckh. Porro infra v. 308 haec leguntur,

Διον. οἷμοι τάλας, ὡς ὥχριας' αὐτὴν ἰδών·

ὁδὶ δὲ δείσας ὑπερεπνῆξιάσέ μου.

Pro se illum erubuisse dicit, ut est in Nub. 829 *ὅπερ (ἀντ') ἐμοῦ μάνθανε*. Bacchi enim utpote vinosi etiam in statuis minio rubentem vultum commemorat Pausanias II, 2, 5. VII, 26, 4. VIII, 39, 4. Queritur vero, quis ille sit, in quem Bacchus digitum intenderit, de qua re plerique in-

interpretes tacent, caeteri autem falluntur. [Absurde schol. Ven. ἐκκαλύψας τὸ αἰδοῖον εἶπε πρὸς τοῦτο τὸ ἐπυφύλασσε — καὶ τὸ αἰδοῖον.] Etenim Xanthiam dici ab Aristarcho forsitan inducti statuerunt Beckius, Welcker, Vossius. At isto joco nihil jejunius esset, idque in tali loco, cui multum subesse debet leporis. Unus tamen Hemsterhusius ὁδὶ v. 308 partim vere ita explicat: *Bacchi nimirum sacerdos, qui commodum aderat chori dux*. Ac profecto Bacchi sacerdos hic iterum monstratur. Nam primum idem Bacchus eundem sacerdotem in eadem causa v. 297 inelamavit; tum ingeniose fingitur rubicundus sacerdos in prima cavea spectans de salute Bacchi sui in scena periclitantis sollicitus fuisse. Accedit, quod is ipse sacerdos, quem Bacchus irridet, vultu fuit rubicundo, ut Bacchi sacerdos, isque, ut e v. 297 liquet, magnus potator. Audiamus scholiastam, ὁ τοῦ Διονύσου ἱερεὺς· πυφῶδες γὰρ ἦν κατὰ φύσιν. παρ' ὑπόνοιαν δὲ τὸ ἐπυφύλασσε πρὸς τὸ ὤχρῳσεν (scribe ὤχρῳσα). Ἀριστάρχος δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ φησὶ λέγειν τὸν Ξανθίαν· καὶ γὰρ διότι πυφῶδες, οὕτως ἐπικεικλῆσθαι, καθάπερ Πυφύλας καὶ Σμικρίτης. ὁ δὲ ἔξιπν, ἐπὶ τινος τῶν καθημένων, ξανθὸν τὸ χρῶμα ἔχοντος· ἐν ἔθει γὰρ εἶναι διασκάπτειν τοὺς ἀκροωμένους, ὥς καὶ Πλάτων ἐν Παιδαρίῳ ποιεῖ. Εὐπόλις δὲ τὸν τοῦ Διονύσου ἱερέα νομίζεσθαι ἀγίπυρον εἶναι, ἀντὶ τοῦ πυφῶδ· τὸ γὰρ ἄνθος ἔχειν φησὶ Δημήτριος Ἰκανῶς ἐρυσθρόν. Et Aristarchum quidem hanc lectionem invenisse necesse est, Ξανθ. ὁδὶ δὲ δειλίας ὑπερεπυφύλασσε σου, tametsi ipsius explicationi prima persona ὑπερεπυφύλασσα accommodatior fuisset. Sed praeclare nostro etiam loco Aristarchum refutavit Demetrius Ixion, ita ut illum ipsum Bacchi sacerdotem etiam ab Eupolide doceret ob insignem vultus ruborem traduci. Jam Hemsterhusius, tametsi recte judicat ultimam scholii partem non prorsus sanam videri, male tamen conjicit, Εὐπόλις δὲ τὸν τοῦ Διονύσου ἱερέα ὀνομάζει ἀγίπυρον ἀντὶ —. Ego certis de causis suspicor, Eupolidis versum e jambis tetrametris sumtum esse. Cur autem Bacchi sacerdos ab Eupolide dictus sit ἀγίπυρος, rationem Demetrius Ixion reddit verissimam. Cf. Lexic. Rhetor. Eustathii p. 307, 28. [Aliquanto rectius haec scholii pars in cod. Veneto legitur, Εὐπόλις δὲ τὸν τοῦ Διονύσου ἱερέα νομίζεθ' ἀγίπυρρον ἀντὶ τοῦ πυφῶδ, et ἀγίπυρρον habet etiam cod. Flor. Tum in eadem glossa Eustathius p. 307, 28 scribit ἀγίπυρρος, at grammaticus Bekkeri p. 360, 19 sive Bachmanni I p. 49, 13 ἀγίπυρος. ἀγίπυρρον nuper edidit Dindorfius, caetera Hemsterhusium sequutus. Immo ipse Eupolidis versus affertur, ita scribendus δὲ transposito, Εὐπόλις· Τὸν τοῦ Διονύσου δ' ἱερέα νομίζετ' ἀγίπυρρον. Ad sententiam compara Avv. 1291 sqq. Plane scio, paenultimam ὁ ἀγίπυρος (herbae) corripi. Tu vero reputes, h. l. comice dictum esse ὁ ἀγίπυρρος, i. e. ὁ ἀγίπυρος δίκην πυφῶδ.] Haec igitur e Capris Eupolideis petita esse nomen ipsum ἀγίπυρος [immo ἀγίπυρρος] credere nos jubet. Sed dubitatione rem exemit Hemsterhusius, egregie comparata glossa Hesychii, ἱερεὺς Διονύσου:

Εὐπολὶς *Αἰξίν*, Ἰππώνικον σκώπτων, ὡς ἐρυθρόν τῇ ὄψει. Atque etiam haec Eupolidis verba variis modis jambo tetrametro concludi licet. Cum Bacchi autem sacerdote Hipponicus comparatur, quod utriusque vultus ob nimium vini usum insigni rubore obductus sit. Quare Hesychius verbis ὡς ἐρυθρόν τῇ ὄψει addere haec fere debebat, καὶ οἶνοπότην sive οἶνόφλυγα. Ceterum Hipponicus, qui in Caprarum loco adhuc vivit bibitque, in pugna ad Delium cecidit Ol. 89, 1. teste Andocide In Alcibiad. 13, 6 B. Cf. Athenaeum V p. 218 b et c. Sed commode addidit Hemsterhusius alium Hesychii locum, Σκυθικός: Κρατῖνος Σκυθικὸν ἔφη τὸν Ἰππόνικον, διὰ τὸ πυρρόν εἶναι. καὶ ᾧ ξανθίζονται αἱ γυναῖκες καὶ βάπτουσι τὰ ἔρια. Nempe eos sequitur grammaticus, qui Σκυθικὸν ξύλον explicabant θάψον, veluti Photius p. 81, 12. Hesychius ipse s. Θάψινον, schol. Theocrit. II, 88. At θάψος et θάψινος minime de rubore, sed contra potius de pallore dici satis constat. Quare vix dubitamus, quin Σκυθικὸν ξύλον rubiam potius, quam thapsum significet. Atque ita visum esse ipsorum parti grammaticorum, Hesychii glossa sub Σκυθικὸν ξύλον utcunque corrupta ostendit. Certe enim Cratinus τὸ Σκυθικὸν ξύλον mente complexus est, minime vero nomen ὁ Σκύθης, tametsi Scythas nemo ignorat potatores fuisse.

V. 298. Verbis ἀπολούμεθ' ὦναξ Ἡράκλεις et mox Διώνυσε τοῖνυν sacerdotis Ἱερ. persona prae fixa est in Ald. Junt. I edd. Lugdun. Batav. Francofurt. a. 1586 Kusteriana aliisque, etiam in cod. Parisino C. In Paris. A posteriora verba famulo tributa, priora tantum sacerdoti. Utrobique Xanthiae persona est in Juntina II, edd. Zanetti, Farrei et plerisque codd. Pariss. B. D. Rav. Ven. Mut. Barocc. Cantabrr. I. II. Hoc jure restituit Brunckius, quem alii sequuti sunt, addiditque errorem istum ex eo natum esse, quod sacerdos, cujus mentio fit v. 297, male habitus esset pro persona fabulae ipsius. Eodem modo lapsus est scholiasta ad v. 301. Bene autem scholiasta aliique, hic inprimis misere a Baccho partes agi Herculis, dei averrunci, ἀλεξικάκον. Ibid. καλεῖς — κατερεῖς] ita Brunckius et caeteri cum Pariss. CDE Rav. Ven. Mut. Barocc. καλῆς — κατερεῖς Cantabr. I. II Parisini AB. καλεῖς Monac. κατερεῖς Elb. Edd. ante Brunckium καλῆς — κατερεῖς. Recte dicit etiam Porsonus, κατερεῖς vocem esse nihili et κατερεῖς legi debere. — Tum μ' ab initio proximi versus exhibent edd. ante Brunckium et Ravennas, qui μ' ὠνθρωπ'. Ven. et Mut. μ' in superioris versus fine legere videntur. Scholiasta, Μ' ὠνθρωπε: πρὸς τὸ σύνηθες (recte Dobraeus, πρὸς τὸ συνεχές) τῆς ἀρχῆς τοῦ δευτέρου στίχου, διότι ἀπὸ συναλοιπῆς ἄρχεται. Μ' autem sine causa ejecisse Porsonum recte judicat Dindorfius. Tacite ejecit etiam Elmslejus ad Medeam v. 1120, qui non minus temere scripsit ὠνθρωπ' pro ὠνθρωφ'. De elisione in fine trimetri vide quae diximus ad Thesmoph. p. 109.

V. 300. Edd. ante Brunckium, τοῦτο δέ γ' ἤτρον. Rav. et Venetus,

ταῦτό γ' ἦτον. Porro τοῦτό γ' ἔσθ' ἦτον Mutin. Cantabr. I margo Canin. et lemma scholii Aldini. τοῦτο δ' ἔσθ' ἦτον Barocc., unde Dobraeus τοῦτο δ' ἔσθ' ἦτον dubitanter tamen conjecit. τοῦτό γ' ἔσθ' ἦτον AC Borgianus itaque et Brunckius edidit et scribi voluit Bentlejus. Recte vero Dindorfius vocula γ' deleta edidit τοῦτ' ἔσθ' ἦτον. Nam τοῦτό γ' ἔσθ' ἦτον vel τοῦτο δ' ἔσθ' ἦτον cum numeris sententiam quoque pessumdant.

V. 301. ἦπερ] οἶπερ Paris. C Cantabr. I Harlej. Barocc. εἴπερ liber Poggianus. — ἐρχει] ἐρχη Rav. ἐρχη Paris. C. Absurde Paris. D ἐχη cum glossa καθὰ δύνη. Etiam Monac. et Elb. ἐχη. Barocc. δεῦρο δέσποτα. Comparo post alios Lysistr. 834 ἔθ' ὀφθῆν, ἦνπερ ἐρχει, τὴν ὁδόν. Nempe haec eo pertinent, quod aufugere conatus erat anxius iste Bacchus. Hoc bene observavit Welcker Vossiusque; scholiastes autem, quem ad v. 298 redargui, mire narrat, Bacchum post tergum sacerdotis latuisse.

V. 302. πάντα τὰγαθὰ edd. ante Brunckium et codd. nonnulli, ut Cantabrr. L II. πάντ' ἀγαθὰ Rav. Ven. Mul. Vatic. Paris. E et sic correxerunt etiam Kuster, Porsonus, Bentlejus. Cf. Acharn. 944 ὅστις ἐπὶ πάντ' ἀγάθ' ἔχοντας ἐπικαυμάσας | εἰργάσατο πάντα κακά, Platon. Conviv. p. 417 Bekk. πάντ' ἀγαθὰ γέγονε et quae sunt hujusmodi plurima.

V. 303. ἔξεσι δ'] sic et codd. quod constet omnes et Suidas s. Ἠγέλοχος, ubi hunc versum affert cum sequente, et editiones omnes praeter Invernitianam, Bekkerianam, Dindorffianas et Bothianam, in quibus exstat ἔξεστί θ', sive e libro Rav. (de quo illi tacent) sive culpa typothetarum. [Rav. haud dubie legit ἔξεστί θ'. Quare sic edidi.]

V. 304. Hic versus deest in Borgiano. — αὐ' abest a Rav. Elbing. etiam Mutin., in quo est ἀρτίως pro αὐθις αὐ'. Etiam in Oreste αὐ' abest a Guelf. Flor. 6 et apud Suidam s. Ἠγέλοχος in Euripidis versu [et in schol. Aristoph. a Rav. Flor.] Tum vulgo γαλήν'. Bekkero auctore Rav. γαλήν, Venetus et Mutin. γαλήν. Barocc. Cantabr. I Harlej. γαλήν' (sic). Scaliger »γαλήν' ὀρῶ ut editum. Alii γαλήν.« Bisetus, — ἥ καὶ γαλήν γραπτέον. Edidi γαλήν. Recte enim statuit Brunckius, si γαλήν' retineatur, jocum esse perituum, quum Xanthias eodem quo Hegelochus modo pronuntiare debuerit, γαλήν ὀρῶ. Huic permire opponit Dindorfius, V. Cl., qui γαλήν' servavit, recte scripta male pronuntiasse Hegelochum. Num igitur Xanthias quoque Hegelochi derisor recte scripta male pronuntiaturus erat, nisi ipsa scriptura monitus? Quodsi Aristophanes γαλήν' ὀρῶ scripsisset, non pronuntiationem, sed ipsum versum, neque actorem sed poëtam reprehendisset. Nunc autem tantum abest, ut Euripidem hic ullo modo vituperet dixeritque ὥσπερ Εὐριπίδης — γαλήν' ὀρῶ, ut unam rideat Hegelochum ob malam boni versus pronuntiationem, ὥσπερ Ἠγέλοχος — γαλήν ὀρῶ. Quin etiam caeteri poëtae comici, qui hunc locum tractarunt, minime Euripidem insectantur sed unum Hegelochum et ita insectantur,

ut eum dicere jubeant γαλήν ὀρώ, id quod ille verbo lapsus vere dixerat. Sed constat, Orestem in illa Euripidis fabula v. 279 ita loqui,

Ἔα·

τί χρῆμ' ἄλῳ, πνεῦμ' ἀνείς ἐκ πλευμόνων;

ποῖ ποῖ ποθ' ἡλάμεσθα δεμνίων ἄπο;

ἐκ κυμάτων γὰρ αὐθις αὐ γαλήν' ὀρώ.

At Hegelochus, qui Ol. 92, 4 Diocle archonte, quum illa fabula primum ederetur, Orestis personam agebat, clara voce pronuntiarat, γαλήν ὀρώ. Cui frequens theatrum reclamasse nemo mirabitur, quum homo gravissimum locum, in quo Orestes primum insania liberari se sentit, turpissime foedasset neque horrorem commovisset sed cachinnum. Aliorum cavillationes Comicoz scholiastae ad Ranas et ad Orestem memoriae prodiderunt. Et Sannyrionis quidem versus, qui aliquanto melius apud Euripidis quam Aristophanis scholiastam leguntur, satis feliciter emendavit Bergkiius meus Antiq. Comoed. p. 430 [probante nunc etiam Meinekio Fragm. Com. Vol. II P. II p. 874]. Scribe:

Τί οὖν γερόμενος εἰς ὀπήν ἐνδύσομαι;

φέρ' εἰ γενοίμην * * * * γαλή.

ἀλλ' Ἠγέλοχος οὗτός με μνηύσειεν ἄν

ὁ τραγικός, ἀνακράγοι τ' ἄν εἰς ἐχθροὺς μέγα·

» ἐκ κυμάτων γὰρ αὐθις αὐ γαλήν' ὀρώ.«

Non male Bergkiius Jovis haec verba esse voluit ad Danaen penetrare cupientis, qui vellem comparasset Apollodori versus ap. Stobaeum T. 6, 28 p. 80. Veniamus ad Strattidem. Schol. Aristoph. καὶ Στράτις· ποῖ ποῖ πρὸς θεῶν ποῖ ποῖ γαλήν γαλήνᾳ ἐγὼ δὲ ᾄμην σε γαλήν λέγειν ὀρώ. Horum partem sic habet schol. Eurip. καὶ ἐν ἄλλοις παίζων (scil. Στράτις) φησί· ποῖ ποῖ γαλήν ὀρώ, ποῖ ποῖ πρὸς θεῶν, γαλήν γαλήνᾳ. Ne quis forte putet, Strattidem istud ποῖ ποῖ ex Euripideo ποῖ ποῖ ποθ' ἡλάμεσθα sumsisse (id quod fieri non potest, neque enim hic versus ridetur, sed proximus): Strattidis locum probabiliter emendabo,

A. ποῖ ποῖ γαλήν; ποῖ πρὸς θεῶν » γαλήν ὀρώ;«

B. γαλήν· A. ἐγὼ δ' ᾄμην σε λέγειν » γαλήν ὀρώ.«

Posteriorem versum eodem modo correxit Bentlejus. Incertum est, an Strattis h. l. Hegelochum ipsum in scenam produxerit, ut timide colligo e schol. Aristoph. τοῦτον δὲ (τὸν Ἠγέλοχον) καὶ ὡς ἀτερεπῇ τὴν φωνὴν Πλάτων σκώπτει, καὶ Στράτις· ποῖ ποῖ —. [Non recte haec emendavit Meinekiius Vol. II P. II p. 787, apte tamen conjecit, notum Euripidis versum ἐκ κυμάτων — γαλήν' ὀρώ Strattidis verbis praemissum fuisse.] Sed quid sibi vult in Strattide permira illa particula ποῖ? Nempe ut adjectivum ποῖος est alterum illudentis (quid ais?), quam rationem illustravimus Reisigius Conj. p. 74 sq. egoque Quaestt. Luc. p. 352: sic eandem vim habet ad-

verbum *κοῖ*, velut hoc ipso loco *κοῖ γαλῆν*; quo tibi mustelam? *was* meinst du mit dem Biefeldchen? Sic intelligi debet etiam Pluti locus, in quo omnes interpretes *κοῖ*; inepte opinantur pro *κοῦ* ubi? positam esse, v. 1055 *Ναὺν. βούλει διὰ χρόνου πρὸς με παῖσαι*; Γρ. *κοῖ, τάλαν*; Clariores etiam sunt hi loci, Lysistr. v. 193 *κοῖ λευκὸν ἔκπον*; ibid. v. 383 *Χο. Γε. οἱμοὶ τάλας. Χο. Γν. μῶν θερμόν ῆν*; | *Χο. Γε. κοῖ θερμόν; οὐ παύσει; τί δρᾷς*; *Cur* (*wozu*) significat *κοῖ* etiam in Lysistr. v. 256 *κοῖ γὰρ καὶ χρῆν ἀναμῆναι*; Alia vero ejusdem Strattidis memoria solus utitur Euripidis scholiasta, *Πολλοὶ μὲν οὖν αὐτὸ διέκπειξαν τῶν Κωμικῶν, Ἀριστοφάνης* (scil. hic in *Ranis*), *καὶ Στράτις ἐν Ἀνθρωποφθάσει*.

Καὶ τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἐμέλησέ μοι μελῶν.

Εὐριπίδου δὲ δρᾶμα δεξιότατον

διέκναισ' Ὀρέστην, Ἑγέλοχον τὸν Κιννάρου

μισθωσάμενος τὰ πρῶτα τῶν ἐπῶν λέγειν.

Elogium fabulae profecto *Ἀνθρωποφθάσης*, neque vero *Ἀνθρωποφθέτης* fuisse Schweighaeuser docuit ad Athen. III p. 127, d (T. II p. 383). Versu tertio apud scholiastam est *Ὀρέστην, Ἑγέλοχον τὸν Κιννάρου*. Recte Bentlejus, cujus emendationes recepi; falso Bergler, *Ὀρέστην, Ἑγέλοχον Κιννάρον*, pessime Matthiae, *Ὀρέστης, Ἑγέλοχον τὸν Κινῶρου*, cum manifesto etiam prosodiae vitio. [Bentlejum sequitur etiam Meinek. V. II. P. II. p. 763.] Sed in *Oreste* Hegelochum, qui ipsum Orestem egit, protagonistam fuisse clare Strattis testatur. [Itaque fallitur Hermannus, qui primas partes non Oresti, sed Phrygi dedit in Praefat. ad Orestem p. XVI.] Sic in *Electra* Sophoclea ipsius *Electrae* partes egit nobilissimus protagonista, Polus auctore Gellio N. A. VII, 5; sic in *Terenti Phormione* primae partes ipsius *Phormionis* fuerunt, ut constat e Prologo v. 27 *latine Phormionem nominat, Quia primas partis qui ager, is erit Phormio*. Jam in *Antigone* a protagonista *Antigonae* personam repraesentatam esse recte mihi colligere videor e *Demosthene De Fals. Legat.* p. 247, 5 B. Attamen hanc legem, cujus tot exempla attuli, non semper valuisse opinor. Certe in *Agamemnone* a tritagonista *Agamemnonem* actum esse verisimilis conjectura est Hermann. Opusc. VI p. 173. Versus ipsi e prologo sumti videntur, in quo tituli *Ἀνθρωποφθάσης* rationem poëta reddiderit. Conjicio autem, *Ἀνθρωποφθάστην* (hominum perniciem) *Dioclem* paullo ante archontem fuisse, totamque comoediam in hunc virum potissimum scriptam esse. Nam hoc quidem liquido demonstrare possum, nostris versibus eum *Dioclem*, quo archonte Ol. 92, 4 *Orestes* datus est, unice notari: dicitur autem ille Euripidis tragoediam eo corrupisse, quod primas partes dedisset Hegelochō. Ac primum eum virum, qui etiam in aliorum minus bonorum tamen poëtarum choris peccasse arguitur, tum maxime archontem fuisse necesse est: choros enim unus dabat archon: atqui illius quidem anni archon sine controversia fuit *Diocles*. Tum

vero idem archon ut chorum, de qua re supra ad v. 94 dictum est, sic etiam histriones sorte distributos poëtae tradebat. Itaque fieri non potest, quin Diocles archon Hegelochum Orestis actorem dederit Euripidi. Et enim publice datos esse histriones apparet e Photio p. 293, 24 sive Hesychio et Suida s. v. *Νέμεις ὑποκριτῶν: οἱ ποιηταὶ ἐλάμβανον τρεῖς ὑποκριτὰς κλήρω νευηθέντας ὑποκρινομένους τὰ δράματα κ. τ. λ.* Ab archonte vero, qui idem chorum dabat, datos esse patet e Polluce VIII, 89 'Ο δὲ ἄρχων διατίθεται μὲν Διονύσια —, ubi vide Hemsterhusium. Nempe dudum ab Heraldo explosa est opinio Salmasii, qui histrionum curam habitam esse sinxit a chorego. Vide Boeckhii Oecon. Athen. I p. 487 sq. Similis error fuit Casauboni aliorumque, qui choros non ab archonte, sed a chorego datos voluerunt. Horum neutri cogitarunt, choregi hoc unum fuisse, ut sumtus faceret; contra et actores et chorum poëtis ab uno archonte publice datos esse. (Falso tamen, ut paullum a proposito deflectam, dicit Boeckhius, choregum unius chori causa, non etiam histrionum aurum suum expendisse. Nam in Pace v. 987 non chorus sed histrio sacra facturus ita dicit, *χοῦτω τὸ πρόβατον τῷ χορηγῷ σάζεται*. Deinde res apparet etiam e Plauto, libero graecae comoediae interprete, Pers. I, 3, 79. Curcul. IV, 1, 3. Trinumm. IV, 2, 16. Nec minus aperte Boeckhio repugnat Plutarchus in Phocione c. 19, qui locus Boeckhium nihil de scripturae mendo suspicantem vehementer, frustra tamen vexavit. En ipsa verba, *καὶ ποτε θεωμένων καινὸς τραγωδὸς Ἀθηναίων ὁ μὲν τραγωδὸς εἰσέναι μέλλων βασιλίδος πρόσωπον ἦντι καὶ κεκοσμημένως πολλὰς πολυτελεῖς ὁπαδοὺς τὸν χορηγόν· καὶ μὴ παρέχοντος ἡγανάκει καὶ κατεῖχε τὸ θέατρον σὺ βουλόμενος προελθεῖν. Ὁ δὲ χορηγὸς Μελέανθιος ὡπὼν αὐτὸν εἰς τὸ μέσον ἔβου· τὴν Φωκίανος σὺν ὀρφῇ γυναίκα προΐουσεν αἰετὶ μετὰ μιᾷς θεραπανίδος κ. τ. λ.* In hac narratione, quae nunc quidem absurda est, omnia optime cohaerebunt, si pestiferam voculam *καὶ* ante *κεκοσμημένως* deleveris, quam librarii veram constructionem minime assequuti interjecerant. Tum vero illa verba *εἰσέναι μέλλων βασιλίδος πρόσωπον* arcte coniungenda sunt, id est, ut vernacule dicam, *der Schauspieler, welcher eben im Begriffe war, als Königin aufzutreten*. De hac significatione formulae *εἰσέναι τινα* supra ad v. 92. 93 disputavi.) Porro de Euripidis Oreste non solum Strattis honorificum iudicium tulit, verum etiam spectatoribus haec fabula impense placuerat teste argumenti scriptore, *Τὸ δράμα τῶν ἐπὶ σκηνῆς εὐδοκμοῦντων*. Contra, qui nostra memoria hanc fabulam reprehenderunt, veluti Boeckhius De tragicis p. 227 [et Hermannus in Praefat. p. V. sqq.], sic eam reprehenderunt, quasi justam tragoediam. Attamen Euripides Orestem ne voluit quidem justam esse tragoediam, non magis profecto, quam Helenam aut Alcestidem, de qua re dixi ad Thesmoph. p. 376. Historiae quidem ac potius constantis famae fidem ab Aeschilo in Eume-

nidibus violatam esse, ab Euripide autem in Oreste diligenter servatam alibi ostendimus. Neque vero Strattis hisce versibus, quemadmodum scholiastae placet, nihil aliud quam errorem istum γαλήν castigat, sed ut ipsi versus declarant, universe dicit Hegelochum primarias Orestis partes magna inscitia egisse. Latius etiam patuerat Platonis comici reprehensio, qui in isto histrione omnino suavitatem vocis desiderarat: schol. Aristoph. sive Suidas l. l. τοῦτον (τὸν Ἠγέλοχον) δὲ καὶ ὡς ἀτεκνῇ τὴν φωνὴν Πλάτων σκώπτει. Porro qui e magno discrimine feliciter evaserit, a ποῦτις saepe cum nauta comparatur, quem e tempestate vel tranquillitas vel portus excipiat. Neque tamen id fuit proverbium, ut noster scholiasta ait. Cf. ipsum Oresten v. 728, Andromach. 891, Aesch. Agam. 872. Praeterea in Ranis olim aliquot codd. habuisse ὥσπερ ἡ γέλοχος Brunckius ex eo concludit, quod in scholiis margini codicis Paris. E adscriptis graeculus mulierem exstitisse narret, cui nomen fuerit Γελόχῃ. Similiter schol. Aldinae, οἱ δὲ λέγοντες ποιήτριαν εἶναι τὸν Ἠγέλοχον (scr. τὴν Ἠγέλοχον vel τὴν Γέλοχον) Ἀθήνησι τούτῳ συνεχῶς χρωμένην τῷ ἔπει, καὶ ἅλλ' ἅττα τῶν ἀποσχέδιως συντεθέντων, οὐκ ἀνεκτὰ τετρατεύονται. Hoc portento moniti quoties in tanta tamque incredibili graeculorum levitate nos deludi et in ejusmodi fraudem induci putabimus, cujus sentem hodie ipsi indagare nequeamus? Attamen scholiastam Cantabrigiensis II ita scribentem, ἀποροῦσιν ἐνταῦθα, πῶς ἐν Εὐριπίδου μὲν Ἠλέκτρῃ τοῦθ' εὔρηται, ὃ δὲ λέγει ὥσπερ Ἠγέλοχος etc. non videri cum Oreste confudisse Electram, sed potius ipsum Orestem prologo ejus deceptam nomine Electrae appellasse, docte ostendit Dobraeus p. (57). Restant delicatissimae interpretum deliciae, qui mire arguantur praefati teretes Atticorum aures fuisse superbumque atticae auris judicium atque adeo rati, et multum inter se distare γαλήν' ὄρω — γαλήν ὄρω, et quid illa distent subtiliter ostendi posse. At haec non multum inter se differre Strattidis docet prior locus, in quo interlocutor γαλήν' — γαλήν vix ac ne vix quidem discernere potest: ut ipse etiam Euripides quodammodo peccaverit sani ambiguitate. Neque vero ipsum discrimen, quale fuerit, patet; nisi quod certum est, aliter γαλήν' ὄρω, aliter γαλήν ὄρω pronuntiatum esse. Longe aliter illi, velut scholiasta Euripidis, οὐ γὰρ φθάσαντα (τὸν Ἠγέλοχον) διελεῖν τὴν συναλοιφήν, ἐπιλείφαντος τοῦ πνεύματος, τοῖς ἀκροαμένοις τὴν γαλήν δόξαι λέγειν — . Idem aliis verbis tradunt schol. Aristoph. sive Suidas l. l., apud quos προσεστάντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος in προαποστάντος vel προεστάντος mutandum videtur. His igitur auctoribus Hegelochum verbo lapsam spiritus defecerat. At unde id scire poterant? etiamne spiritus defecit histrionem, quæm his ipsis diebus audiui risique, quum diceret Gold und Edelſchweine? Praeterea secundum eosdem Hegelochus omisit dividere synaloephen. Et hoc quidem ita explicant Vossius De Arte

Gramm. I p. 154 atque Schaefer ad Demosth. T. II p. 85, hominem, quum γαλή — νόρῳ pronuntiare debuisset, temere γαλήν' conjunxisse. At hoc nequaquam volunt scholiastae, sed potius dicant, Hegelochum pro γαλήν' ὀρῶ falso pronuntiasse γαλήν ὀρῶ elisionis significatione neglecta. [Obscurius schol. Ven. ad h. l. οὕτω προσηνέγκατο, ὥστε μὴ ὑποχωρήσαι ἐκ τῆς συναλοιφῆς τὸ γαλήνᾱ. ἀλλὰ διαχωρῆσαι μᾶλλον, ὥστε δόξαι τὴν γαλήν αὐτὸν εἰπεῖν. Partim recte is, quem Meinekius l. l. p. 875 affert, Choeroboscus Bekkeri p. 628 καὶ γὰρ Ἑγέλοχος ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴς σὺν ᾧν τοσοῦτον ἀφώλπει παρ' Ἀθηναίοις τὸν γέλωτα, εἰ τὴν ἐν τῷ ἄμβωνι ἀποστροφὸν ἐγνώκει. Itaque miror, quod Meinekius ibid. p. 788 scripsit, Hegelochum γαλήν' ὀρῶ pronuntiasse.] At quanquam elisionem designare profecto debuit, haud dubie tamen non γαλήν sed γαλήν maxima voce dixerat; omnis enim populus nomen audierat mustelae. In alium eumque plane perniciosum errorem incidit Marklandus ad Eurip. Suppl. 901, qui ex h. l. probare conatur, *nullam fuisse in iambis elisionem, in qua sonus ullius vocalis plane interiret*, ac potius fuisse aliquam elisionis significationem, quam non dedisse Hegelochum spiritu deficiente. Repetiit haec Brunckius ad Ranas dixitque, Hegelochum γαλήν ἀόρῳ pronuntiare debuisse, sed adeo celeriter, ut ultima vocalis in γαλήνᾱ auribus illa quidem perciperetur, nullum tamen senarii numeris adderet momentum, quam fuisse videri rationem tragicos versus pronuntiaandi, nulla elisa vocali neque diphthongo. Quae ratio si valebit, quum tota Graecorum poësis omni genere foedissimorum hiatuum repleta misere corrumpetur, tum maxime poësis Atticorum, quos constat nihil pejus odisse quam turpem hiatum. Immo ex Hegelochi errato hoc tantummodo appareat, aliquam elisionis significationem dari solitam esse. Sed praeterea γαλήν' et γαλήν discrepant etiam accentu. Denique etsi facile patet, haec duo verba sono esse consimili, jure tamen offensi sunt Athenienses mala pronuntiatione tragoe-di, cujus id prope unum opus erat, poëtarum versus recte et ad artis praecepta accommodare recitare. Plus quam caeteri omnes sapit more suo Porsonus ad locum Orestis: Debebat Hegelochus, inquit, — ita verba γαλήν' ὀρῶ efferre, *ut elisionis significationem aliquam daret*. Is vero, spiritu deficiente, dixit γαλήν ὀρῶ cael.

V. 305. νῆ τὸν Δία] ita tacito ediderunt Kuster, forsitan e Vaticano, et Brunckius, forsitan e codd. Parisinis. Omnes editiones ante Kusterum νῆ Δία. Sed exstat νῆ τὸν Δία in Barocc. Cantabrr. I et II atque etiam, ut plane videtur, in Rav. Ven. Mut. Scilicet lectio νῆ Δία e proximi versus fine huc translata est. Nam homoeoteleuton νῆ τὸν Δία et νῆ Δία alias quoque turbas excitavit eoque valuit, ut proximus versus in pluribus codd. totus intercideret. Quum igitur scripturae νῆ Δία nihil tribuere liceat, sponte concidunt, quae hoc fundamento nituntur conjecturae. Ac Bent-

lejus quidem quum olim conjecisset, *Δι. κατόμοσόν μοι. Ξα. νῆ Δία* collatis Avv. 444 et Nub. 1213, postea tamen et ipse e Barocciano *νῆ τὸν Δία* reposuit. Reisigius autem ad Oed. C. C. C. p. 404 neque variatione formulae *νῆ τὸν Δία* et *νῆ Δία* offendi debebat (tam enim illud, quam hoc alterum graece dicitur), neque vero diversos ictus mirari *κάτομοσον* et contra *κατόμοσον* — *όμοσον*. Nam quaecunque voces natura sua plures ictus ferunt, eae brevi intervallo repetitae in tota Graecorum Romanorumque poësi non uno eodemque semper, sed diversis ictibus percutiuntur, veluti *οικτεῖρον, οἰκτεῖρον με τὴν δυσδαίμονα*. Quod quum nescivisset Bentleyus, sexcenties peccavit vanissimasque conjecturas proposuit in Terentio suo. Scitulum esse fateor Reisigii correctionem,

Ἥμπονσα φρούδη. Διο. Δία κατόμοσον. Ξα. νῆ Δία,
qua comprobata proximus tamen versus languebit. Isto enim modo satis erat semel jurari, ut apud Euripidem Med. 745 sqq. *Αἰγέυς. — ἐξηγοῦ θεούς. | Μῆδεῖα. ὅμνυ πῖδον Γῆς πατέρα θ' Ἥλιον πατρός | τοῦμοῦ θεῶν τε συντιθείς ἅπαν γένος. | — Αἰγέυς. ὅμνυμι Γαῖαν Ἥλιον θ' ἄγναν σέβας | θεούς τε πάντας ἔμμενέιν ἅ σου κλύω. | Μῆδεῖα. ἀρχεῖ.*

V. 306. *καῦθις] αὐθις* Parisinus C. — *νῆ Δι'] νῆ Δία* Rav. Totus versus abest a Parisinis BDE Elb. Monac. Barocc. Cantabr. I Harlejano 6. At Bacchus tanto pavore perculsus est, ut horribile spectrum abisse Xanthiae nisi iterum iterumque juranti accredere non possit. Quare haud concedam Beckio p. 662, versiculum huncce jejunum esse.

V. 307. Edd. ante Kusterum et multi codd. *ᾠχρίασ' ᾠχρίασεν* scholiasta ad v. 308. *ᾠχρίασ'* Vatic. Paris. E Elb. Rav. Ven. Mut. Barocc. Cantabr. I. Hoc restitui jussit primum H. Stephanus in Thesouro L. G. p. 11002 ed Lond.

V. 308. Suidas *Ἵπερεπνύβριασεν: Ἀριστοφάνης. Ὁ δὲ δέισας ὑπερεπνύβριασεν. ἀντὶ τοῦ, πνέβρος ἐγένετο*. Codex Suidae Oxon. apud Porsonum, *ὁδὶ δὲ δέισας ὑπερεπνύβριασεν*. Hic *ὑπερεπνύβριασέ μου* Ald. Junt. II multaeque aliae; *ὑπερεπνύβριασέ μου* Junt. I, Scaliger et edd. inde a Kusteriana. Scholiasta fortassis *ἐπνύβριασε. ὑπερεπνύβριασέ μοι* Elbing. et *μοι* pro *μου* est etiam in Monac. Barocc. Cantabr. I, quod vitium natum est e versu sequente. Ravennas, *ὁ δὲ δέισας ὑπερεπνύβριασέ σου*. Et *ὁ* δὲ quidem vulgo etiam apud Suidam exstat; altera autem scriptura *σου* pars est lectionis Aristarchae. Dixi enim jam supra ad v. 297, Aristarchum scholiastae ita legisse, *Ξανθίας. ὁδὶ δὲ δέισας ὑπερεπνύβριασέ σου*. Quum vero etiam versus 311 et vulgo et in multis codd. Xanthiae tribuatur, dubitari non potest, quin unus alterve grammaticus omnem hunc locum inter personas ita dividerit,

Διο.

ὁμοι τάλας, ὡς ᾠχρίασ' αὐτὴν ἰδών.

Ξανθ.

ὁδὶ δὲ δέσας ὑπερπυρρίλασέ σου.

Διο.

οἱμοὶ πόθεν μοι τὰ κακὰ ταυτὶ προσέπεσον;

τίς' αἰτιάσομαι θεῶν μ' ἀπολλύναι;

Ξανθ.

αἰθέρα Διὸς δωμάτιον, ἧ χρόνον πόδα.

Credo, non ejusdem animi esse videbatur, et lamentationi et vero etiam joco vacare; etsi in hac animi perturbatione nequaquam haereo: Bacchus enim et dolet venisse Empusam et nunc abisse gaudet. Fateor tamen, hanc alteram rationem tam elegantem esse, ut multis placitura videatur, quum praesertim Xanthias extremo versu Bacchi verba supra v. 100 posita more prorsus Aristophaneo ridere possit. At quum isto modo et v. 308 oratio nimis abrupta sit, et postea καὶ χρόνον πόδα potius requiratur, et Bacchi sacerdos multo melius ab ipso Baccho, quam a servo hic, ut supra v. 297 illusus sit, et tota haec divisio conjecturae simillima sit, religio fuit grammaticos istos audire.

V. 309. 310. Editiones ante Brunnkium, ταυτὶ τὰ κακὰ. Tandem Brunnkins τὰ κακὰ ταυτὶ edidit, quod est in Pariss. AC Rav. Ven. Mut. Barocciano Bentleji, Cantabr. I Harlejano. Ceterum plane singularis est lectio cod. Veneti, qui in contextu habet προσέπατο, et in γρ. προσέμπεσε. Nos vero demonstrabimus, verbum προσέπατο e quodam Euripidis loco, qui hodie non amplius comparet, in antiquis vero scholiis ad h. l. allatus fuerat, hic resedisse. Nam et προσέπεσον tam aptum est, ut loco moveri nisi temere nequeat, et alterum προσέπατο tam elegans, tam doctum, tam et ipsum conveniens est, ut neque pro glossemate, neque pro fortuito scribarum errore haberi recte possit. Jam vero nullus alius codex cum scholiorum scripturis tam mirabiliter consentit, quam Venetus, quae etiam nunc scholia optima continentur; nullus denique aliorum poetarum versus si non totos, at partem versuum, qui ab Aristophane ingeniose corrupti sunt, a scholiastis autem in margine diligenter notari solebant, tam saepe in ipso habet Aristophanis contextu. Tum hic maxime aetas poetae parodiam latere certissimum est e proximo versu τίς' — ἀπολλύναι; Non quod numeri sunt tragici (hoc enim argumentum per se infirmum est), sed eam ab causam, quod Bacchus, quum ipse deus esset, deos incusare nisi parodiae gratia non poterat. Verum Euripidei loci parodiam omnes agnoscent tum e v. 311 αἰθέρα — πόδα, quae verba sunt Euripidis, tum e re ipsa; quoniam nimio Euripidis desiderio in tanta mala Bacchus inciderat. Itaque jam nunc liquet, aliquem Euripidis locum rideri, in quo ita fere fuerat (incerta sunt enim, quae in vincula conjeci)

[Πόθεν ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ] προσέπτατο;
 τίς αἰτιάσομαι θεῶν μ' ἀπολλύναι;

Huc accedit, quod προσέπτατο ea ipsa ratione dici in tragoedia solet, velut in Eurip. Alcest. 434 ἐπίσταμαι τε, κοῦν ἄφνω κακὸν τόδε | προσέπταται — in Soph. Ajace v. 282 τίς γάρ ποτ' ἀρχὴ τοῦ κακοῦ προσέπτατο; Aesch. Prometh. 644 καίτοι καὶ λέγουσ' ὁδύρομαι | θεόσσαντον χειμῶνα καὶ διαφθορὰν | μορφῆς, ὅθεν μοι σχετλία προσέπτατο. Ex hoc tragicorum usu Aristophanes profecit in Ach. 830 οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν; | πόθεν προσέπτανθ' οἱ κακῶς ἀπολούμενοι | ἐπὶ τὴν θύραν μου Χαιριδῆς βομβητύλιοι; Vulgo legebatur προσέπταν, sed προσέπτανθ' e Ravennate merito recepit Elmslejus. Primum vero ad cod. Veneti lectionem προσέπτατο animum advertit ad versum Alcestidis Hermannus, qui dicit videri posse Aristophanem allusisse ad illum Euripidis versum et ita scripsisse, οἱμοὶ πόθεν μοι τὰ κακὰ τὰδε προσέπτατο. Qui etsi neque προσέπτατο vulgatae lectioni προσέπτεσεν substituere debebat, neque Alcestidis versum in Ranis derisum putare, optime tamen et tragicum verbum esse προσπτάσθαι vidit, et aliquam Euripidis parodiam in Ranis deprehendit, perfecturus inchoata, si proximum versum τίς — ἀπολλύναι; attendisset. Hermanni sententiam paullum immutavit Dindorfius in ed. Teubner. p. 426. Hic quum et ipse statuisset, προσέπτατο tragicorum more dictum esse, cavere tamen nos jussit ab illa emendatione Hermanni. Ipse vero in Ranis edidit,

Οἱμοὶ πόθεν ταντὶ τὰ κακὰ προσέπτατο;
 τίς αἰτιάσομαι θεῶν μ' ἀπολλύναι;

et illud adjecit, non dubitare sese, quin hi duo versus ex tragoedia petiti sint. Qui ut posteriorem versum tragoediae recte adscribit, ita nescio quo modo oblitus est, tragicos poetas forma οὐτοσί penitus abstinere. Idem in quarta editione scripsit cum Brunckio, οἱμοὶ πόθεν μοι τὰ κακὰ ταντὶ προσέπτεσεν; atque haec addidit, in aliquot nullius momenti libris ταντὶ τὰ κακὰ exstare, porro autem lectione Veneti προσέπτατο non abundandum esse (neque enim rem satis tutam videri) ad conjecturam olim a semet ipso excogitatam, οἱμοὶ πόθεν ταντὶ τὰ κακὰ προσέπτατο; Nescio, quid alii sentiant, nobis quidem videtur Dindorfius inter diversa fluctuans veram rationem scripturae προσέπτατο haud satis intellexisse.

V. 310. Libri αἰτιάσομαι. Dindorfii conjecturam αἰτιάσομαι haud improbabilem illam recepissem, nisi obstaret supra v. 194 ποῦ δῆτ' ἀναμενῶ; Nam in deliberatione Conjunctivi loco saepe ponitur Futurum. Nondum tamen exstitit, qui collectis exemplis quam plurimis, cum lectionum varietate comparatis, ad uniuscujusque scriptoris consuetudinem revocatis, quantum in hoc genere librariorum audacia valuisset, nos doceret. Nonnulla Futuri exempla dedit Matthiaeus Gr. Gr. p. 986 sq. ed. II. Adjice Eurip. Med. 1102 — πρῶτον μὲν ὅπως θρήψει καλῶς, | βίότον θ' ὁπόθεν

λείψουσι τέκνοις. In Helena vero v. 650 πολλοὺς δ' ἐν μέσῳ λόγους ἔχων | οὐκ οἷδ' ὁποῖον πρῶτον ἄρξομαι τανῦν vix dubito, quin Pflugkius conjecturam ἄρξομαι jure rejecerit. Lucianus quidem βούλει et ἐθέλεις saepe-numero cum Futuris conjungit. In D. D. XX, 16 Βούλει οὖν ἐπομόσσομαι; Jacobitius ἐπομόσσομαι Hemsterhusii conjecturam e Gorlicensi recepit. At Aoristus est ἐπάμοσαι. Minime tamen atticum est illud hominis novitii, Κύρι, θέλεις οὕτως ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα;

V. 311. Hunc versum Xanthiae tribuunt edd. ante Brunckium (excepta tamen Aldina), porro Ravennas, Paris. C, Cantabrr. I. II. Dionyso eundem continuavit Brunckius et sic Aldina, Pariss. ABD Venetus Mut. Vide quae ad v. 308 dicta sunt. Ridentur plures loci Euripidis, ut supra ostendi ad v. 100, ubi idem versus legitur. Perdidit me, inquit, Euripidis desiderium injustum. Schol. Rav. αἰθέρα Διός: ἀντί τοῦ τὸν Εὐριπίδην· αὐτοῦ γὰρ ἦν ὁ ἔαμβος. τὴν ἐπιθυμίαν Εὐριπίδου τοῦ ταῦτα λέγοντος. Recte interpretatur, falso tamen, quum ipse ad v. 100 saniora docuisset, hic narravit, totum jambum esse Euripidis. An scholiasta Rav. corruptit antiquioris grammatici sententiam, qui fortasse dixerat v. 310 τίς — ἀπολλύναι; jambum esse Euripidis? Parepigraphē αὐλεῖ] ita scripsi e conjectura, ut est in Avv. post v. 225 et Ran. post v. 1261. Vulgo αὐλεῖ τις ἔνδον, sive Διο. αὐλεῖ τις ἔνδον in iis libris, qui praecedentem versum Xanthiae dant, Juntina II Paris. C et in γρ. Cantabr. I. In Barocciano est Δι. αὐλεῖ τις ἔνδοθεν et αὐλεῖ τις ἔνδοθεν etiam in Rav. Tota parepigraphē abest a Juntina I Cantabr. II Harlejano Elbing. probante Bentlejo, quem alibi refutavimus. Scholiasta, Αὐλεῖ τις ἔνδον: παρεπιγραφή· σημείωσαι γὰρ, ὅτι ἔνδοθ' ἐν τις ἡύλησε μὴ ὀρώμενος τοῖς θεαταῖς. Αὐλεῖ τις ἔνδον ut vulgo habet schol. ad v. 269 (271) et ad v. 1249 (1282).

V. 312. Ald. Junt. I. II. edd. Francofurt. Lugdun. Kusteriana, Δι. οὔτος. Ξα. τί ἐστιν; Δι. οὐ κατήκουσας; Ξα. τίνος; | Δι. αὐλῶν πνοῆς. Ξα. ἔγωγε — ἀκροασάμεθα. Eaedem personae sunt in Rav. (qui idem τις ἐστιν pro τί ἐστιν) in Barocc. Cantabrr. I. II. Recte vero Brunckius, Ξα. οὔτος. Διο. τί ἐστιν; Ξα. οὐ κατήκουσας; Διο. τίνος; | Ξα. αὐλῶν πνοῆς. Διο. ἔγωγε — ἀκροασάμεθα atque sic Parisini ABD Ven. Mutin. margo edit. Caniniana. Nempe a Xanthia excitandus est Bacchus, qui in Empusae cogitatione etiamnunc defixus videtur. Praeterea si v. 312 — 348 singulas personas numerare volueris profectus a Xanthiae verbis v. 318 τοῦτ' ἐστ' ἐκεῖν' ὃ δέσποθ' facile intelliges, οὔτος v. 312 necessario dici a Xanthia. Quare eorum pars librariorum, qui οὔτος Dionyso assignassent, ne justa personarum vicissitudo plane sublata videretur, errori addiderunt fraudem, id est unicum versum 315 ἀλλ' — ἀκροασάμεθα tribuerunt Dionyso. Ita Baroccianus, qui apud Porsonum οὔτος Dionyso dat, versum 315 teste Bentlejo tribuit Dionyso. Eodem pertinet scriptura Parisini C Ξα. οὔτος

τί ἐστιν; Διο. οὐ κατήκουσας; Ξα. τίνος; Διο. αὐλῶν πνοῆς. Ξα. ἔγωγε καὶ — εἰσέπνευσε. Hic igitur codex jam ante *μυστικωτάτη* v. 314 personam habet Dionysi. Quin ita jam grammatici nonnulli apud scholiastam ad v. 314 *ταῖς* δὲ εἰς τὸ *μυστικωτάτην* (sic) *δύο ποιοῦσιν*, hoc est, ut recte Dobraeus: *sunt*, qui post verbum *μυστικωτάτη* novam personam loqui faciant.

V. 313. *αὐλῶν πνοῆς*] Eventum habet illud Herculis supra v. 154. Hic *πνοῆς* Mutin. — ξ. *δᾶδων* δέ με Barocc. δέ pro γε etiam Cantabr. I. Recte vulgo γέ με. Brunckius uti solet γ' ἐμέ.

V. 314. Borgianus, καὶ δᾶδων γέ μοι αὐρα τε τις εἰσέπνευσε. Parisinus C αὐρα γέ. Etiam Cantabr. I αὐρα. Sed αὐρα dici altera producta recte observant scholiastae ad h. l. et ad Eurip. Hecub. v. 441, qui hunc versum afferens legit *ἐξέπνευσε*. Retinet *εἰσέπνευσε* grammaticus in Etymol. Gud. p. 660, 32.

V. 315. De personarum vicibus dixi ad v. 312. *ἡρεμεί*] ita omnes edd. ante Brunckium et scholiasta ad v. 269 (271). Raveunas a prima manu *ἡρεμί*, e correctione autem *ἡρεμεί*. Denique *ἡρέμα* Parisini BD, Venetus Mutin. Cantabr. I et II. quam lectionem manifesto falsam illam Brunckius et olim Dindorfius receperunt. Nuper vero idem Dindorfius Bekkerum sequutus edidit *ἡρεμί*. At *ἡρεμεί* diserte probant grammatici in Boissonadii Anecd. I p. 405, qui hoc ipso loco utitur, Theodosius in Grammat. p. 75, 4 et qui *ἀτρεμεί*, *ἡρεμεί* conjungunt, Herodianus sive quis alius in Epimerism. p. 255 Boiss. et Phavorinus in Eclog. p. 103, 35 ed. G. D. Et res confici videtur Nubium versu 261

ἀλλ' ἔχ' ἀτρεμεί. Στρ. μὰ τὸν Δι' οὐ ψεύσει γέ με.

Vulgo ibi *ἀτρέμας*, sed Ravennas *ἀτρεμί*. Hinc rectissime Hermannus *ἀτρεμεί* edidit. Nam qui in Nubibus *ἀτρεμί* ediderunt Bekker Dindorfiusque, liquido demonstrent, ultimam adverbii *ἀτρεμί* produci debuisse. Nam etsi major horum adverbiorum pars iota literam producit, certissimum est tamen, nonnulla ex hoc genere — *ι* corripuisse. Ceterum apte comparat Dindorfius Alexidis versum apud Athen. IX p. 383, δ *ἐγγυλα* δ' *ἀτρεμεί* καὶ *δροσῶδη* τὴν *σχέσιν*. Vulgo etiam in Athenaeo *ἀτρέμας*, sed *ἀτρεμεί* vel *ἀτρέμει* in codicibus est optimis. De adverbii in — *ι* et — *ει* paullo melius quam alii disputarunt Blomfieldus in glossario ad Prometheus v. 216, Reisigius ad Oed. Col. Enarr. ad v. 1638 et Buttmannus Gr. Gr. II p. 452 sq. ed. II. Nos vero optamus, ut nodi isti tandem aliquando ab idoneo homine solvantur.

V. 316. *χορ. μυστῶν* praefigit Cantabr. II, *μυστῶν χορ.* Cantabr. I.

V. 318. Vulgo *ἐκείνο δέσποθ'*. Ego vero *ἐκείν' α' δέσποθ'* conjecissem, nisi id ipsum haberet Ravennas, e quo suscepit Dindorfius edd. III et IV.

V. 319. *πον* abest a Cantabr. II Elbing. Monac. Ibid. *ἔφραζε* | *ἔφρασε* Mutin. Intelligitur autem Hercules, ut supra v. 275 et v. 279 sqq.

V. 320. Omnes edd. ante Brunckium praeter Juntinam I, *ἔδουσαν* οὖν. Recte Brunckius *ἔδουσι γοῦν* et sic Juntina I Paris. A Rav. Mutin. Barocc. Harlej. Suidas (s. *Ἰακχος*). — Parisinus C *ἀγοῦσι γοῦν*. Vulgatum οὖν tenent Venetus, Cantabrr. I et II (sed in I γ insert. pro em. et sup. rub. γὰρ). Pro *ὄνπερ* Brunckius male edidit *ὥσπερ*, fortasse non operarum vitio, sed ex uno alterove cod. Parisino. Nam *ὥσπερ* est etiam in Suida s. *Ἰακχος*. Denique Venetus *δε' ἀγοῶς, γρ. διαγόρας*, atque etiam margo Caninianae *δε' ἀγοῶς*, lectione e scholiis petita. De aetate Diagorae Melii rectissime statuerunt scholiasta ad h. l. *ἦν δὲ οὗτος Τηλεκλύτου παῖς, Μήλιος τὸ γένος, τὸν χρόνον κατὰ Σιμωνίδην καὶ Πίνδαρον*, atque Suidas, qui eum Ol. 78 floruisse dicit, *Διαγόρας*: — *τοῖς χρόνοις ὧν μετὰ Πίνδαρον καὶ Βακχylίδην, Μελανιππίδου δὲ πρεσβύτερος· ἤμαρ τεῖνον οἱ Ὀλυμπιάδι*. Atque id jure sequenti sunt Kuster ad Suidae locum et H. Clintonus Fast. Hellen. ad Ol. 78, 3 p. 40 ed. Krueger., qui apud Suidam κατὰ Πίνδαρον restituit cum Kustero. Easdem rationes inierunt Eusebius p. 209 (p. 344 ed. Mai) et Syncellus p. 254 B (202, e p. 483 D.). Sed egregie fallitur Diodorus, qui Diagoram Ol. 91, 2 ex Attica profugisse narrat XIII, 6. Quoniam tamen hunc errorem multi defenderunt, ut Palmerius in Exerc. p. 756 sq., Fabricius in Bibl. Gr. V. II p. 655 ed. H., nuper etiam Bergkii De Antiq. Com. p. 176 [et Meier in Erschii Encyclopaedia Vol. XXIII p. 439 et p. 443]: a Diodoro erratum esse clare ostendam. Etenim Diodorus cum Diagora confudisse videtur Protagoram, quem illo ipso tempore propter impietatem Athenis expulsum esse constat (Clintonus l. l. p. 377): nisi forte Diodoro idem quod l. l. Palmerio accidit, ut causam Alcibiadis et sociorum, qui Ol. 91, 1 mysteria profanaverant, temere ad Diagoram transferret. Certe non solum causa et tempus, sed etiam poena ipsa in Alcibiadis socios convenit. Nam de his ita scribit Thucydides VI, 60 — *τῶν δὲ διαφρονούντων θάνατον καταγόντες ἐκαστοῖον ἀργύρου τῷ ἀποκτείναντι*, similiter atque de Diagora Diodorus, *οἱ δ' Ἀθηναῖοι τῷ ἀνελόντι Διαγόραν ἀργυρίου τάλαντον ἐπεκέρυξαν*. Ceterum illo Thucydidis loco praeclare illustrantur Aristophanea in Avv. 1073 *Τῆδε μέντοι Θημέρα — ἦν δὲ ζῶντά γ' ἀγάγη, τέταρα*. Nimirum fervebat tummaxime crimen Alcibiadi sociisque intentatum, verente populo, ne tantilla res ad saevam spectaret tyrannidem, ut est in Thucydeide l. l. *καὶ πάντα αὐτοῖς ἐδόκει ἐπὶ ξυνομοσίᾳ ὀλιγαρχικῇ καὶ τυραννικῇ πεπεσῆσθαι*. Quem vanissimum Atheniensium timorem facetissime poeta irridet, ita ut non solum simile psaphisma Philocrati aucupi nullius noxae comperto minitari se fingat, verum etiam Diagoram tyrannosque mortuos illos ac dudum sepultos proposito praemio iterum occidi jubeat. Denuo occidantur, inquit,

et Diagoras Melius ab inferis revocatus, qui mysteria enuntiavit, et Pistratidae, qui tyrannidem occupare ausi sunt. Quare ex h. l. sine dubio intelligi debet, Diagoram Melium diu ante annum illius comoediae, h. e. ante Ol. 91, 2 mortuum esse, praesertim quum Diagoras arctissime copuletur cum tyrannis multo ante defunctis. Veruntamen fieri etiam illud potest, ut Meli expugnatio, quae incidit in Ol. 91, 1, Diodoro fraudi fuerit. Neque enim defuerunt, qui Diagoram aut captivum Melo Athenas abductam esse dicerent, aut Meli obsidionem cum Diagorae persona absurde copularent. At Meli deditione facta ab Atheniensibus viritim trucidati deletique sunt (Thucyd. V, 116. Diodor. XII, 80). Sed nugis istis infuscata sunt scholia ad Avv. 1073 *Διαγόραν τὸν Μῆλον: οὗτος μετὰ τὴν ἄλωσην Μήλου ἔκει ἐν Ἀθήναις* et mox ibidem, *ἐκκεκήρυνται δὲ μάλιστα ὑπὸ τὴν ἄλωσην τῆς Μήλου*. [*Ἄλλως. τοῦτο ψεύδος*: haec tria verba addidi e conjectura] οὐδὲν γὰρ καλύει πρότερον, et schol. ad Nub. v. 829 — *ἐπὶ τῷ ἄθεος εἶναι ἐξέδραμεν, ἐφ' ᾧ οἱ Ἀθηναῖοι ἀγανακτήσαντες τὴν Μῆλον ἐκάκωσαν*. Et forsitan cum Meli expugnatione cohaeret etiam dubia Diagorae servitus, de qua Suidas s. *Διαγόρας* — *ὃν εὐφυνᾷ θεασάμενος Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης ὤνισατο αὐτὸν δοῦλον ὄντα μυρίων δραχμῶν, καὶ μαθητὴν ἐποιήσατο*. Fieri enim vix potest, ut Democritus, quem natum putant sive Ol. 77, 3 sive 80, 1. Diagoram in philosophia instituerit. Sed multi uno ore testantur, *Protagoram* antea bajulum Democrito in disciplinam datum esse (Clinton. l. l. p. 377). Quare Diagoras fortasse non magis fuit Democriti discipulus, quam magister Socratis, uti haud indocte fabulantur scholl. Ald. Leid. Cant. ad Nub. v. 829. Addamus vero etiam haec verba schol. ad Avv. 1073 *Μελάνθιος δὲ ἐν τῷ Περὶ Μυστηρίων προφέρεται τῆς χαλκῆς στήλης ἀντίγραφον, ἐν ᾗ ἐπεκήρυξαν καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκδιδόντας Πελλανεῖς*, ubi καὶ τοὺς μὴ ἐκδιδόντας Πελληνεῖς corrigendum est. [Vidit etiam Meier l. l. p. 443 adnot. 65.] Hoc igitur psephisma pacis tempore, ut alia hujusmodi psephismata, veluti etiam τὸ κατὰ Μεγαρέων ψήφισμα, editum esse oportet. Nam bello Peloponnesio minime psephismatis, sed armis res gerebatur; constat autem, Pellenenses a Lacedaemoniorum partibus stetisse (Thucyd. II, 9. VIII, 3). Quid quod Athenienses Peloponnesiis quoque persuaserunt, ut in hujus ipsius psephismatis societatem venirent, teste scholiasta ad Ran. v. 320 *ἐπειδὴν δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Πελοποννησίους, ὡς ἴστορεῖ Κρατερός ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ψηφισμάτων*. Atqui id quidem bello saeviente fieri nequaquam potuisset etiam caeco apparebit. Deinde Lysias adversus Andocidem, quae oratio Ol. 94, 3. scripta putatur, Diagorae non ut aequalis meminit, sed ut jam dudum mortui p. 17, 1 B. Tum Diagoras Melius Nicodoro Mantineensium legislatori (Aelian. V. H. II, 23) et carmen dedicavit et cum eo conjunctissime vixit. Jam etsi nescimus, quonam anno Nicodorus illas leges tu-

lerit, prorsus tamen id necesse est multo ante belli Peloponnesii initia factum esse, quo tempore Mantineensium respublica jam optime constituta erat. Sed nolo pluribus; hoc unum dico, Diagorae Melii res, quibus nihil obscurius est, si ille bello Peloponnesio vixisset, haud dubie multo clariores certioresque futuras fuisse. Nam magnis tenebris illi anni premonantur, qui inter Persica bella et Peloponnesium medii sunt. Gravius etiam, quam Diodorus in temporum ratione Aristarchus erravit apud scholiastam ad h. l. *Διαγόρας: μελῶν ποιητῆς ἄθεος* — . καὶ ὁ μὲν Ἀριστάρχος *Διαγόρου τῶν μνημονεύειν φησὶ, τοὺς θεοὺς οὐκ ὡς ἄδοντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν εἰρωνείᾳ κειμένου τοῦ λόγου, ἀντὶ τοῦ χλευάζοντος, ἐξερχομένου. ἀνακινεῖ οὖν τοὺς Ἀθηναίους ὁ Καμικός· ὅθεν καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ὡς διαχλευάζοντες τοὺς θεοὺς καταψηφισάμενοι ἀνεκήρυξαν τῷ μὲν ἀναιρήσοντι ἀργυρίου τάλαντον, τῷ δὲ ζῶντι κομίσαντι δύο.* Hoc Aristarchus dicit, Athenienses ab Aristophane in Ranis ad psephisma illud scribendum instigatos esse, id est Diagoram post Ol. 93, 3 Áthenis profugisse somniat. At tanta socordia ne Diodorus quidem fuit. Neque dubitamus, quin alii apud eundem scholiastam grammatici potissimum Aristarchi refutandi causa Diagorae Melii aetatem multo rectius definiverint. Haec hactenus de tempore Diagorae Melii: quem si in Nubibus Avibusque memorare per aetatem licuit, licuit profecto etiam in Ranis. Quare ipsa interpretatio Aristarchi multis jure probata est. Nam hic Diagoras fuit unus omnium famosissimus Orphicorum, Samothraciorum, Eleusiniarum mysteriorum contemtor (Lobekium vide in Aglaoph. p. 1285). Aristarcho, qui haec de Diagora ut impio philosopho accepit, repugnat scholiasta ad h. l. *Ἄλλως. διθυραμβοποιὸς ὁ Διαγόρας ποιητῆς, συνεχῶς Ἰακχεῖ Ἰακχε ἄδων.* Nihil attinet turpe eorum erratum refutare, qui Diagoram dithyramborum poetam a Melio philosopho diversum esse judicarunt. Immo in eodem homine pro temporum ac studiorum ratione diversum plane ingenium fuit. Quum enim juvenis carmina lyrica scriberet, pietate etiamtum insignem fuisse testantur Sextus Empir. Adv. Physicos Lib. IX, 53 p. 561 ed. Fabric., deinde Aristoxenus apud Phaedrum De Nat. Deor. p. 23 ed. Pet., tum schol. ad Nub. v. 829 sive Suidas s. *Σωκράτης*. Recte igitur Suidas s. *Διαγόρας* paeanam a Diagora prius scriptum esse dicit, quam librum philosophicum. Idem vero Diagoras postea deos esse negavit: quam praecipitem animi commutationem ut explicarent, Sextus Empiricus et scholiastae quidam aniles fabulas excogitarunt. At quis non videt, impietatem viri a philosophiae studio repetendam esse, cui deinceps missa poesi ita vacavit, ut etiam libros philosophicos pedestri sermone scriberet? Afferuntur autem Diagorae Melii duo hujusmodi libri *Φρύγιοι λόγοι* atque *Ἀποπνεγίζοντες λόγοι*, quos libros a viris doctis pro uno eodemque temere haberi video auctore Fabricio Bibl. Gr. T. I p. 627 et T. II p. 656. At Fabricius neque conjecturam suam

ullo argumento firmavit, neque duplicis elogii rationem idoneam reddidit, nec denique cogitavit, scriptores ipsos contraria docere. Nam Melio philosopho duo crimina eaque diversa scimus objecta esse, mysteriorum enuntiationem (ἀσέβειαν) et impugnationem deorum (ἀθεότητα). Et Phrygiorum quidem sermonum mentionem fecit Tatianus Orat. Ad Graecos c. 44 p. 96 ed. Worth. Διαγόρας Ἀθηναῖος ἦν, ἀλλὰ τοῦτον ἐξορχησάμενον τὰ παρ' Ἀθηναίους μυστήρια τετιμαρῆκατε, καὶ τοῖς Φρυγίοις αὐτοῦ λόγους ἐντυγχάνοντες, ἡμᾶς μεμισήκατε κ. τ. λ. Quo loco mysteriorum profanatio et sermones Phrygii tam arcte conjunguntur, ut in ipsis his sermonibus mysteria profanata esse videantur. Jam nomen Φρύγιοι Λόγοι ad eam rem aptissimum est, quippe impositum a numinibus Phrygiis generis mystici iisque ad irrisionem valde apertis. Similiter conjicit Vossius De Histor. Gr. lib. IV c. 2 in Phrygiis sermonibus Cybelae sacra irrita fuisse et Lobeckius in Aglaoph. p. 370 adnot. in eo libro deos Orphicos, Cybelen et Bacchum traductos. Quae si vere dicta sunt, hic ipse Diagorae liber in causa fuit, ut philosophus mysteriorum causa ad supplicium expostularetur. Alterum librum ter memoravit Suidas s. Ἀποπυργίζοντας, Διαγόρας et Πυργίσκοι post Hesychium Milesium: ὁ Διαγόρας ἔγραψε τοὺς καλομένους Ἀποπυργίζοντας λόγους, ἀναχώρησιν αὐτοῦ καὶ ἔκπτωσιν ἔχοντας τῆς περὶ τὸ θεῖον δόξης. Certe igitur Diagoras in hoc quidem opere non de mysteriis egit, sed quibus causis deos esse negaret, aperuit. Ad hunc igitur Diagorae librum illud referri debet, quod innumerabiles paene scriptores confirmant Diagoram philosophum ἄθεον fuisse. Demonstrare enim Diagoras conatus erat, qui dii appellantur, eos homines fuisse (Arnobius Adv. Gentes IV, 29), sive eos esse ἀνθρωποειδεῖς (Phaedrus De N. D. p. 22). Quare Lobeckio in Aglaoph. p. 371 videtur Diagoras res gestas deorum sic, ut postea fecit Euhemerus, ad historiam revocasse. Sed in hoc libro, non in Phrygiis sermonibus deos e coelo dejectos esse etiam inscriptio docet, quam a nonnullis ridicule explicatam recte interpretantur Fabricius Bibl. I p. 627 et Bergkii l. l. p. 173. Namque στεγάζειν, οἰκοδομεῖν, πυργοῦν (πυργίζειν) atque ἀποστεγάζειν, ἀποικοδομεῖν, ἀποπυργίζειν notiones sunt contrariae, ut omnino dici videantur sermones numina divina destruentes sive demolientes. Ingeniose tamen Worthius ad Tatiani locum p. 96, quo iudice Ἀποπυργίζοντες λόγοι ipsi fuerunt sermones Phrygii, utpote de sacris Cybeles scripti, quam turritam, sive in capite turrim gestantem (πυργοφόρον) repraesentare solebant. Tametsi haec conjectura non tantam vim habet, ut idcirco duo Diagorae volumina confundere placeat. Veteres igitur deos a Diagora sublato demonstrari potest, non item, novos ab eodem inductos esse. Nam quod dicit schol. ad Ran. v. 320 Διαγόρας μελῶν ποιητῆς ἄθεος, ὃς καὶ καὶ νῦν δαίμόνια εἰσηγεῖτο,

ὡς καὶ Σωκράτης, id non dubito, quin fluxerit e deperditis scholiis ad similem locum Nub. v. 829

Στρε. Δίνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξηληλακώς.

Φει. αἰβοί, τί ληρεῖς; Στρε. ἴσθι τοῦθ' οὕτως ἔχον.

Φει. τίς φησι ταῦτα; Στρε. Σωκράτης ὁ Μήλιος.

At in Diagoram Melium non conveniunt nisi haec verba τὸν Δί' ἐξηληλακώς, turbo autem aetherius (δίνος) depromptus est e decretis Anaxagorae, ut recte Wytttenbachius ad Plat. Phaedonem p. 68, Suevernius Wolfen p. 10 aliique. Ceterum a Diagora Aristagoram item Melium probe distinguendum puto. Schol. ad Nub. v. 829, οἱ δὲ, inquit, ἐπειδὴ τις Ἀρισταγόρας διθυραμβοποιὸς ἐξωρχήσατο τὰ Ἑλεσίνια. Quo in loco non recte Hermannus conjecit, οἱ δὲ, ἐπειδὴ τις Διαγόρας —. In iisdem scholiis ad Nub. v. 829 haec praecedunt, Ἀρισταγόρου γὰρ τοῦ Μηλίου μαθητῆς ὁ Σωκράτης. Et hic quidem cum Hermanno et Dobraeo p. (34) haud dubie secundum schol. Leid. et Cant. corrigendum est, Διαγόρου γὰρ τοῦ Μηλίου. At vix potuisset scholiasta tam importune Aristagoram pro Diagora nominare, si in toto scholio Aristagorae nulla mentio facta esset. Tum vero scholia illa ad Nub. v. 829 exscripsit etiam Suidas s. Σωκράτης, qui et ipse Aristagoram nominavit his verbis, ἐγένετο δὲ καὶ Ἀρισταγόρας Μήλιος, διθυραμβοποιὸς· ὃς τὰ Ἑλεσίνια μυστήρια ἐξορχησάμενος καὶ ξειπὼν ἀσεβέστατος ἐκρίθη· καὶ ἀπ' ἐκείνου τοὺς Μηλίους ἐπ' ἀσεβείᾳ καμφοδοῦσι. [Totidem fere verbis nunc schol. Ven. ad Nub 829 Ἀρισταγόρας ἐγένετο Μήλιος — τὰ ἐν Ἑλεσίνι μυστήρια — ἀπ' ἐκείνου σὺν — καμφοδοῦσι. Retinet illud ἀσεβέστατος ἐκρίθη, pro quo conjicias, ἀσεβείας ἐκρίθη.] Ex hoc igitur Suidae loco Aristagoram ne licet quidem remove. Diserte enim a Suida duo Melii inter se discernuntur, Diagoras et Aristagoras, atque adeo Meliorum impietas non a Diagora, sed ab Aristagora Melio repetitur. Ita vero effecimus, Aristagoram Melium, poëtam dithyrambicum apud Suidam et schol. Nub. v. 829 de medio tolli certe nulla ratione posse. Ego vero audacter conjicio, hunc Aristagoram Melium ab Aristagora Comico non diversum fuisse, sicuti Anaxandrides Comicus idem dithyrambos scripsit, de quo locuples testis est Athenaeus IX p. 374, a. Inprimis autem haec conjectura nititur scholiastae verbis ad Ran. v. 320, qui quum dixisset, Διθυραμβοποιὸς ὁ Διαγόρας ποιητῆς, συνεχῶς Ἰακχεῖ Ἰακχεῖ ᾄδων, ita perrexit, ἢ Κωμικὸς διθυραμβικά, τουτέστι Διονυσιακὰ δράματα ποιῶν. Et ad Diagoram quidem haec referri nequeunt, quando neque Melius neque alius ullus Diagoras comoedias scripsit. Quare haec postrema, ἢ Κωμικὸς — ποιῶν ad Aristagoram pertinere judico, comicum poëtam eundemque dithyrambicum. Adde, quod scholiastae verba ad Nub. 829 οἱ δὲ, ἐπειδὴ τις Ἀρισταγόρας διθυραμβοποιὸς ἐξωρχήσατο τὰ Ἑλεσίνια huic versui ᾄδουσι γοῦν τὸν Ἰακχον, ὅνπερ Διαγόρας tam apte con-

gruunt, ut e deperditis scholiis ad Ran. v. 320 derivata esse videantur. Quamobrem fuisse arbitror, qui Diagoram h. l. positum esse judicarent pro Aristagora. Quem quum et Melium fuisse et mysteria Eleusinia evulgasse et aetate Aristophanis vixisse scirent: propter id ipsum Aristagorae comice substitutum putabant nomen Diagorae Melii ejusque mysteriorum irrisoris. Ut in Nubibus Socrates propter Diagorae Melii similitudinem. ὁ Μήλιος vocatur: sic etiam h. l. Diagoram pro eo dictum volebant Aristagora, qui quasi alter esset Diagoras. Quodsi recte conjecimus, unum eundemque poetam Aristagoram comicum et Aristagoram dithyrambicum fuisse: subobscuris rebus Aristagorae comici nonnihil lucis allatum est. Scilicet Aristagorae comici Μαρμακῦθος fabula avertur in Bekk. Anecd. p. 85, 25 et p. 404, 33, uti observatum est a Meinekio Qu. Sc. II p. 52 [sive Hist. Com. p. 219]. Eandem comoediam hoc modo citat Athenaeus XIII p. 571, b. κατὰ τὰς Μεταγένοϋς Ἀύρας ἢ τὸν Ἀρισταγόρου Μαρμακῦθον. Hic quum Casaubonus bene conjecisset, primam fabulae editionem Ἀύραν, alteram autem Μαρμακῦθον nomen invenisse: non minus recte Meinekios l. l. addidit, primam editionem (Ἀύρας) Μεταγενίς, alteram vero (Μαρμακῦθον) Aristagorae fuisse. Et quoniam Mammacythus non tam Μεταγενίς fabula fuit, quam Aristagorae: negligenter loquuti sunt et Suidas s. Μεταγένης — τῶν δὲ δραμάτων αὐτοῦ ἐστὶ ταῦτα· Ἀύραι Μαρμακῦθος (scr. cum Meinekio Ἀύραι ἢ Μαρμακῦθος), et vero etiam Athenaeus VIII p. 355, a. τὸ ἐκ Μαρμακῦθου ἢ Ἀύραν Μεταγένοϋς λαμβεῖον. Rectius scripsisset, ut quidam conjecerunt, τὸ ἐκ Μαρμακῦθου Ἀρισταγόρου ἢ —. Meinekios enim miscuit diversa, quum diceret, Mammacythum recte ab Athenaeo solum omisso Aristagorae nomine afferri, quia antiquitus haud constiterit, utrum Aristagoras an alius poeta Mammacythum scripsisset. At vero alius Mammacythus ille est, de cujus scriptore grammatici ita dubitarunt, ut tamen plerique eum Platoni comico adscriberent, alios rursus hic est Mammacythus, qui ab omnibus aut Aristagorae palam tribuitur, aut certe cum Μεταγενίς Auris arcte copulatur. Enimvero hunc Aristagoram sub Diagora latere visum esse eo credibilius est, quo magis fuisse constat, qui lacchi cantorem Diagoram a Diagorae Melii persona plane sejunctum vellent. Nonnulli enim Aristophanis versum inepte revocarunt ad Diagoram Atheniensem, de quo praeter insignem corporis magnitudinem mirasque argutias nihil compertum habemus. Et hoc quidem intelligitur e comparatione Hermippi apud Suidam, Ἰαχρός· ὅμνος εἰς Διώνυσον. Αἰδοῦσι γοῦν τὸν Ἰαχρον, ὥσπερ Διαγόρας. Τοῦτον φασὶν ἄθεον κεκληθεῖναι. Γέγονε δὲ καὶ ἕτερος, καμψοῦμένος ἐπὶ μεγέθει. Ἐρμιππος ἐν Μοίραις· Μείζων γὰρ ἦν. νῦν δ' ἐστὶ, καὶ δοκεῖ δέ μοι, | ἂν τις ἐπιιδῶ τῆς ἡμέρας, ὅτι | μείζων ἔ' ἐστὶ Διαγόρου τοῦ Τερφρέως. Primum versum, in quo Toupius l p. 256 conjecerat

Μεῖζων γὰρ ἢ νῦν ἐστὶ — , recte correxit Bergkii De Antiq. Com. p. 321, *Μεῖζων γὰρ ἢ νῦν δὴ "στὶ καὶ δοκεῖ γέ μοι*. Secundo Bergkii ibidem, *ἐάν τι ἐπιδιδῶ* — . Malim, *ἐὰν προσεπιδιδῶ* — . Sed inest etiam metri vitium, quod Bergkii meus neglexit, Toupius autem nimis audacter sustulit, — *καθ' ἡμέραν*, ὅτι scribendo. Denique verba *Διαγόρου τοῦ Τερθρέως* male vertit Kuster *Diagora Terthrei filio*, pejus etiam Toupius conjecit *Διαγόρου τοῦ Τερθρέως* Diagora Terthei filio, collato, qui nihil ad Hermippi versus attinet, loco Suidae, *Τερθέυς: ὄνομα κύριον*. Immo nominativus est *Διαγόρας ὁ Τερθρέυς*, praestigiator vel locutulejus. Diagoras enim tanquam gentili nomine ὁ Τερθρέυς appellatur, id est ὁ *τερθρενόμενος*, sicuti scriptum est in Avibus v. 1126 *Προξενίδης ὁ Κομπασεύς*, hoc est ὁ *κομπαζών*. Ceterum Parcas Hermippi recte statuit Meinekii circiter Ol. 87, 2 editas esse. Quare in nostro fragmento videtur mihi Hermippus de Cleone loqui, qui tummaxime Periclis obtreactione indies crescebat. Postremo Suidam hosce Hermippi versus e deperditis scholiis ad Ran. 320 hausisse ipsius Suidae verba dubitare non sinunt. [Quin ne peritit quidem hoc scholium, sed nunc affertur e cod. Veneto, *Γέγνε — "Ερμῖππος ἐν Μύραις· μεῖζων γὰρ ἦν· νῦν δὲ ἐστὶ καὶ δοκεῖ δέ μοι, ἐάν τι τούτων ἐπιδίδωται ἡμέρας μεῖζων ἔσεσθαι Διαγόρου*. Similiter cod. Flor. *Γέγνε — "Ερμῖππος ἐν Μοίραις· μεῖζων γὰρ ἦν· νῦν δὲ ἐστὶ καὶ δοκεῖ μοι τούτων ἐπιδίδωται ἡμέρας μεῖζων ἔσεσθαι Διαγόρου* isque pro *ἐάν τι* habet spatium vacuum. In Suida nunc codices, *τῆς ἡμέρας μεῖζων ἐστὶ* sine vocalis ὅτι et *ἐτ'*. Versu secundo tertioque eleganter conjecit Dindorfius, *ἐὰν τοσοῦτον ἐπιδιδῶ δι' ἡμέρας, | μεῖζων ἔσεσθαι* — , probante partim Meinekio Vol. II P. I p. 401. Attamen probabilior est conjectura nostra, *ἦν ἀντὶ τούτων ἐπιδιδῶ τῆς ἡμέρας, | μεῖζων ἔσεσθαι* — . Si horum loco, inquit, quotidie creverit, verbi causa, si Cleon creverit loco Periclis ejusque sociorum. Ita totum fragmentum esse debet hujusmodi,

*Μεῖζων γὰρ ἢ νῦν δὴ "στὶ καὶ δοκεῖ γέ μοι,
ἦν ἀντὶ τούτων ἐπιδιδῶ τῆς ἡμέρας,
μεῖζων ἔσεσθαι Διαγόρου τοῦ Τερθρέως.]*

Sed inter grammaticos exstitit adeo, qui ullum virum nominatum esse auderet negare absurdeque conjiceret — *ὄνπερ δι' ἀγορᾶς*. Quae conjectura primum in Veneto et marg. Canin. reperitur. Tum ab Aristophanis interpretibus Hesychii locus neglectus est, quem ad Ran. 320 referri H. Valesius et Dan. Heinsius dudum animadverterunt, *Διαγόρας: Διόδωρος* (scribe *Ἀπολλόδωρος*) ὁ *Ταρσεὺς ἀναγινώσκει περισπῶν διαγορᾶς* (recte *Salmasius δι' ἀγορᾶς*), *διὰ τὸ τοὺς μύστας βαγχάζειν* (*Albertus λαγχάζειν*), *τουτέστιν ᾄδειν τὸν Ἰαχον, δι' ἀγορῶν βαδίζοντας*. Utrum Tarsensi grammatico Apollodoro nomen fuerit, ut scholiasta dicit, an Diodoro, frustra Heinsius dubitat. Tu vide schol. ad Eurip. Medeam v. 149 et inprimis

ad v. 171, quo in loco hic grammaticus non minus inepte erravit. Ejusdem nominis poëta tragicus a Suida s. Ἀπολλόδαρος Ταρσεύς nominatur, quem Heynius ad Apollodor. Bibl. I p. 457 a grammatico audet discernere. Denique scholiasta ad h. l. οἱ δὲ τὸ δι' ἀγορᾶς περισπῶσιν, ὡς Ἀπολλόδαρος ὁ Ταρσεύς. Καὶ Φερεκράτης. Ac Dobraeus quidem καὶ Κράτης legendum putavit, repugnante Hesychio. Ego suspicor post verba Καὶ Φερεκράτης hujus comici versum excidisse, in quo vel loquutio δι' ἀγορᾶς vel ducta per forum Iacchi pompa fuisset. [Φερεκράτης abest a codd. utroque Veneto et Flor., qui post v. Ἀπολλόδαρος ὁ Ταρσεύς continuo haec fere addunt, καὶ φασιν Ἰακχὸν λέγειν, ὃν ἄδουσι διὰ τῆς ἀγορᾶς, ἐξ ἄστεως ἐξιόντες εἰς Ἑλευσίνα. Hinc Dindorfius Pherecratis nomen recte puto delevit. Idem nunc comparat Hesychii locum, in quo et ipse Ἀπολλόδαρος reponit.]

V. 321. τοῖνυν γ' editiones ante Brunckium; τοῖνυν Brunckius et sic Parisini ACE Borg. Elb. Rav. Ven. Mut. Barocc.

V. 322. ἐστὶν ὡς] ἔσθ' ἔως Venetus; ἔσθ' ὡς Mutin. — σαφῶς] σαφές Mutin. Vatic. Parisinus C.

V. 323—459. De hoc carmine singularem commentationem edidi a. MDCCCXI Rostochii, venundante G. B. Leopoldo, cujus libelli argumentum et quasi summam rerum infra posui. Pauca tantum uberius tractabo; alia repetam, quae critici generis sunt et ad locos pertinent depravatos, alia corrigam, de quibus me nunc intelligo errasse, alia supplebo e scholiis recens editis, quibus tum carebam. Scena igitur hujus carminis in Orco est, non Eleusine (Commentat. p. 6—8). Adumbratur unus maxime dies festus, Boëdromionis XX, sive pompa Iacchi (p. 8 et 9). Huic choro intersunt etiam mulieres (v. 157), tam puellae quam matronae (v. 444 cl. v. 409). Sed post v. 444 abeunt mulieres. Tum vero in totis Ranis e solis viris chorus compositus est (v. 597), quia mulieres tragicorum poëtarum certamini non erant immiscendae (Com. p. 9). Sed quod p. 11 dixi, mulieres chori fortasse tantum saltasse, non etiam concinuisse, id consuetudini scenae atticae repugnat. Immo duo canunt hemichoria, alterum virorum, alterum seminarum, ut in Lysistrata, ubi v. schol. ad v. 321. Adde schol. ad Eqq. v. 586 et ad Avv. v. 298. Itaque e nostro carmine luculenter patet, chorum seminarum de se loquentem singularis quoque numeri genere masculino uti, id quod frustra negavi p. 10 auctore Hermannō ad Viger. p. 715 ed. IV et ad Eurip. Helenam v. 1649. Etenim mulieres hic cecinerunt antistrophos, primam v. 340—353, secundam v. 377—381, tertiam v. 389—393, tum mediam e tribus paribus strophis v. 403—407. Sequuntur v. 416 sqq. sex pares strophae chori κατὰ ζυγά, ut videtur, dispositi. Harum stropharum mulieribus tribuo secundam v. 419—421, quartam v. 425—427 et sextam v. 434—436. Ultimum tan-

tummodo stropharum par v. 418 — 459 soli viri cecinerunt. Jam metrica totius carminis responsio in oculos incurrit. Quarta stropba v. 394 — 397 et v. 414. 415 tribus aliis, iisque paribus strophis v. 398 — 413 media interrumpitur, quum antistrophus ejus v. 440 — 447 perpetuo ordine conjuncta sit (p. 12). Nunc ostendam, de una antistropho olim male dubitatum esse. Falso ad v. 354 *εὐφημεῖν χορῇ* scholium refertur, quod ad v. 372 revocatum sic corrigo, *Χώρει: Ἀρίσταρχος ἀπὸ τοῦτον λέγει τὸν χορὸν μεμερίσθαι εἰς μερικὰ ἀνάκαιστα, ἀλλ' ἔμβα (scil. v. 377) δὲ ἀμειβεσθαι τὸν ἕτερον χορὸν. καὶ τί ἄρα συνειδεν ὁ Ἀρίσταρχος; δύναται δὲ καὶ ἢν σύζυγον εἶναι τὸ λεγόμενον (scil. v. 372 — 381), πολλαχοῦ δὲ μεμερίσθαι καὶ εἰς διχορίαν τὸ λοιπὸν (scil. inde a v. 384), ὥστε εἰς δῶδεκα καὶ δῶδεκα διαμεμερίσθαι. Recte judicat Aristarchus, v. 372 sqq. non totum chorum concinere, sed v. 377 ἀλλ' ἔμβα alterum chorum respondere, i. e. stropham esse v. 372 — 377, antistrophum autem v. 377 — 381. Scholiasta vero male opinatur, 372 — 381 unicum chori universi esse systema. Ad eandem rem duo alia scholia pertinent. Quorum prius falso refertur ad v. 372 *χώρει*. Immo spectat ad v. 377 hoc modo, *Ἄλλ' ἔμβα: ἐντεῦθεν Ἀρίσταρχος ὑπενόησε μὴ ὅλον τοῦ χοροῦ εἶναι τὰ πρῶτα (scil. v. 372 — 377). τοῦτο δὲ οὐκ ἀξιόπιστον. πολλὰ γὰρ ἀλλήλοις οὕτω παρακαλεῖσθαι οἱ περὶ τὸν χορὸν. ἔτι ὁ χορὸς τὸ ἄλλο μετὰ τοῦ χοροῦ. Ita Venetus. Corrigo, ἔστι δὲ καὶ τὸ *χώρει* (v. 372), ὡς τὸ ἀλλ' ἔμβα (v. 377) τοῦ χοροῦ. Tum Venetus addit novum scholium, quod habet etiam Ravennas. Tertium denique, quod in hac causa versatur, scholium falso relatum est ad v. 440 *χωρεῖτε νῦν*. Immo pertinet ad v. 372, *χώρει νῦν: δύναται πάντες οἱ κατὰ τὸν χορὸν ἀλλήλοις παρακαλεῖσθαι, καὶ μὴ εἰς ἀμειβομένην διαμεμερίσθαι. ἀλλὰ τοῦτο εἰς οὐδὲν φαίνεται ἂν οἰκονομούμενος. Illuc redeo. V. 323—353 ionicos versus pro dimetris tetrametros restitui (p. 12 sq.). Tum emendavi ionicos versus in Vespis 273 sqq. (p. 13—15) et in Thesmoph. v. 101 sqq. (p. 16—18). Mox de Iaccho exposui eumque primum cum Zagreo Dionysio ita comparavi, ut Iacchi nostri Zagreique similitudinem non ad Orphicum, sed potius ad Creticum Zagream referrem (p. 20 et 27). Sed plane ab Iaccho discernendus est Sabazius Dionysus, deus cornutus, qui idem a multis scriptoribus Hyes vocatur, etiam ab Aristophane. Temere enim Meinekias Qu. Sc. II p. 73 sive Hist. Comoed. p. 267 in Etym. M. p. 775, 5 sive Photio p. 616, 15 sive Suida s. *Ἰης* nomen *Ἀριστοφάνης* in dubitationem vocavit. Immo quod hi grammatici ex Aristophane afferunt *τὸν Ἰην*, id spectat ad Aristophanis versum ex Horis servatum a schol. Avv. 874, in quo habemus *τὸν Σαβάζιον*. Ipsum vero Sabazium plerique recte consentiunt Dionysum fuisse Phrygium, frustra dubitante Lobeckio Aglaoph. p. 1046 sqq. (p. 20 sq.) Longissime vero Iacchus distat a Dionysio Thebano (p. 26). Tametsi autem Iacchus jam ante Sophoclis aeta-***

tem inter Dionysos recipi coeptus est: non male tamen Strabo aliique Iacchum Dionysi nomine appellandum fuisse negarunt (p. 26 sq.). Cultus Iacchi ad Eleusinia unice pertinuit. Ipsum vero Iacchum alii auctores pro deo antiquo habent eoque Jovis et Proserpinae filio (p. 23 sq.), alii pro herœ et filio Dionysi, qui ipse ante Eumolpum Eleusinia instituerit (p. 24 sq. et p. 79 sq.). Explicatur Sophoclis de Iaccho saltatore locus in Antig. v. 1146 sqq. (p. 28 sq.). De Iaccho ut pulchro puero disputatur (p. 29 sq., ubi Orest. v. 964 ita corrigere debebam, ut postea feci De Monodiis Eurip. p. 48). Tractantur versus Orphici ap. Clementem Cohortat. p. 10 et Arnobium V, 25 sq. de Iaccho puero obscoenissimo, qui loci nihil pertinent ad mysteria Eleusinia (p. 30—32). — V. 323 sq. Vulgo *Ἰακχ' ὁ πολυτιμήτοις ἔδραις*, sed plurimi libri pro *ἔδραις* habent *ἐν ἔδραις*. Recte Hermannus, *Ἰακχ' ὁ πολυτίμοις ἐν ἔδραις* —, male Reisigius, *Ἰακχ' ὁ πολυτίμητ' ἐν ἔδραις* —. Post *ναίων* vulgo legitur *Ἰακχ' ὁ Ἰακχε*. Sed Baroccianus habet *Ἰακχ' ὁ Ἰακχ' ὁ Ἰακχε*. Hinc edidi, — *ναίων, Ἰακχε, | Ἰακχ' ὁ Ἰακχε* (p. 18 sq.). — V. 327. *Θιασώτης* etiam producere posse i putavi, (p. 32), sive *θειασώτας* conjeci, allato inprimis dactylico versa in Phoenissis 796 *ἀσπιδοφέμονα θίασον εὖσπλον*. Nunc prosodiae isti valde diffido. Hoc quidem loco corrupta est antistrophus. Scholium ad v. 344 (347) ita legendum est, uti scriptum in Rav. infra ad v. 351 (354), *λειμὼν γὰρ ὑπόκειται καὶ ἀνθ' ἡ ἀνεμμένα τοῖς μύσταις ἐν τῷ πεδίῳ. δηλοῖ δὲ καὶ Σοφοκλῆς* Sophocles quoque Eleusine mystarum pratum esse dixerat, ut Themistius sive Plutarchus ap. Stobaeum T. 119 p. 604, quem locum p. 33 attuli. — V. 330. Scholii ad h. l. emendationem nostram p. 33 propositam nunc codicis Parisini lectio confirmat, ut ostendit Dübnerus. — V. 335 sq. Non adeo difficile est, hunc locum corrigere, cui sanando me parem esse p. 35 negavi. Vulgo legitur, *ἀγνὰν, ἰερὰν | ὁσίοις μύσταις χορεύων*. Sed *ὁσίοις* habet Cantabr. I; *μύσταις* Cantabrr. I. II. Rav. Ven. Borg. Paris. C, tum Baroccianus *ὁσ. μύσταις* χ. d. *ἰερὰν* hoc etiam ordine. Denique pro *ἰερὰν* Cantabr. I et Harlej. in ipso contextu ponunt *τὴν ἰερὰν*, Rav. Ven. autem in scholio habent *τὴν ἰερὰν* pro glossa vocis *ἀκόλαστον*. Ergo *ἰερὰν* est glossema adjectivi *ἀκόλαστον* sive potius adjectivi *ἀγνὰν* ideoque delendum. Sic igitur metrum restitui certa propemodum emendatione, *χαρίων πλείστον ἔχουσαν μέγας, ἀγνὰν ὁσίοις | ἄμα μύσταις χορεύων*. Iacchus enim acturus est castam inter castos sodales mysticos saltationem. — V. 338. De ritu Eleusinae lustrationis contra Lobeckium Aglaoph. p. 184 sqq. disputavi (p. 36—38). — V. 340 sq. Hunc locum ab omnibus criticis infelicitate tractatum ego p. 38 sqq. verissime restitui. Legebatur,

Ἔγειρε φλογέας λαμπά-
δας. ἐν χειρὶ γὰρ ἦκει
τινάσσων — .

Ἦκει pro ἦκει exhibent Rav. Ven. Borgianus. Equidem suscepta lectione ἦκει interpunctionem tantum ita correxi, Ἔγειρε· φλογέας λαμπάδας ἐν χειρὶ γὰρ ἦκει τινάσσων. | Ἰακχ' ὦ Ἰακχε, | νυκτέρου τελετῆς φωσφόρος ἀστήρ. Ac primum ἔγειρε pro ἐγείρου positum esse, sicut in Eurip. Iphig. A. 624 et alibi. Deinde in collocatione particulae γὰρ poëtis frequente non esse haerendum. Tertiam autem personam ἦκει necessario requiri ob sententiarum ordinem et verba proxima φλέγεται, πάλλεται, ἀποσεύονται. Etiam illud animadverti, ἦκει, si ejus subjectum sit ipse Iacchus, ad v. 326 ἐλθὲ praeclare referri, ut in strophā Iacchus quasi e longinquo appropinquet, in antistropho autem chorus praesens jam Iacchi numen sentiat. Postremo tamen falsam explicationem addidi, verbo ἦκει temere ad daduchum relato. Videbatur enim mihi prorsus absurde dictum esse, ἦκει (scil. Ἰακχος) Ἰακχ' ὦ Ἰακχε. Et ob eam ipsam causam librarii pro ἦκει vulgatam lectionem ἦκεις substituerunt. Sed postea vidi, verba ἦκει — ἀστήρ sane ad ipsum Iacchum spectare, non impediēte vocativo Ἰακχ' ὦ Ἰακχε. Neque enim hoc epiphonema sic intelligi debet, o deus Iacche, sed hic quidem est laeta exclamatio ovantium, sicut nomen ὁ Ἰακχος i. e. ὁ ὠχων ductum est ab ovatione. Plane eodem modo loquitur Euripides in Bacch. v. 141 ὁ δ' ἔξαρχος (scil. ἐστὶ) Βρόμιος, εὐοῖ. Quare noster locus ita transferendus est, *Excitare* (chorus chorum ipsum alloquitur): *ardentes enim facies manibus quatiens adest, evoe, Iacchus, nocturnorum orgiorum lucifera stella.* Ceterum ἦκει, neque vero ἦκεις etiam ii legerant, de quibus scholiasta dicit, Τὸ μυστηριακὸν πῦρ φωσφόρον λέγουσιν et iterum ἀξιοῦσι δὲ τινες αὐτὴν τὴν λαμπάδα φωσφόρον ἀστὲρα λέγειν. Et haec quidem quid sibi velint, nemo intelliget, nisi qui contulerit Homerum Od. η', 100—102, Lucretium II, 24—26, Hippolochum Athenaei IV, p. 130, a. Scilicet grammatici quidam verbis φωσφόρος ἀστήρ candelabrum significari inepte finxerunt. — V. 344. Legebatur, φλογὶ φέγγεται δὲ λειμών. Sed multi libri optimae notae pro φέγγεται dant φλέγεται (cf. p. 42). Quare nunc metrum restitui suscepta Hermannī emendatione, φλέγεται δὴ φλογὶ λειμών. — V. 347 sq. Nulla opus est conjectura. Librarii ut verba ἐτῶν ἐνιαυτοῖς disjungerent, modo χρονίων ἐτῶν (scil. λύπας), παλαιούς τ' ἐνιαυτοῖς, modo χρόνους τ' ἐτῶν, παλαιούς ἐνιαυτοῖς et similia temere suffecerunt (p. 43). Sed χρονίους habet Borgianus; ἐτῶν χρονίους ἐνιαυτοῖς Eustathius p. 1384, 63; denique Ravennas et Venetus χρονίους τ' ἐτῶν παλαιῶν ἐνιαυτοῖς, quam lectionem Hermannō Dindorfioque probatam recepi, adscito nunc etiam accusativo χρονίους, siquidem ἐνιαυτοὶ diuturni sunt (cf. p. 44). Verborum ἐτῶν ἐνιαυτοῖς conjunctione omnes et inter-

pretes et critici frustra vexati sunt. Recte ego p. 46 docui, vocem *ἐνιαυτός* proprie non vulgarem annum significasse, sed annum longum sive magnum i. e. vulgarium annorum cyclum, ut octaeteridem, teste Apollodoro III, 4, 2, 1 aliisque. Addere poteram Hom. II. φ, 444, Hesiodum sive alium poëtam ap. Plutarch. Moral. p. 761 E *Ἀδμήτωρ πάρα θητεῦσαι μέγαν εἰς ἐνιαυτόν*, cum quibus verbis non confundendus est versus Panyasidis ap. Clementem Cohort. p. 22 *ἀνδρὶ παρὰ θνητῶ θητευέμεν εἰς ἐνιαυτόν*, quod factum video in Anal. Alexandr. p. 363, improbante etiam Schneidewino. Ibidem p. 45 ita correxi Euripidea in Helena v. 775 *πόσον χρόνον | πόντον 'πὶ νότοις ἄλιον ἐφθείρον πλάνον; | ΜΕ. ἐνιαύσιον* (scil. *χρόνον*): *πρὸς τοῖσι δ' ἐν Τροίᾳ δέκα | ἔτεσι διήλθον ἐπὶ περιδρομὰς ἑτῶν*. — V. 350. Libri omnes *φλέγων* contra metrum. *Φέγγων* Bothii atque Hermannii emendatio est. — V. 354—371. Hos versus libri dant semichoro, ego sacerdoti. Loquitur enim hierophanta, Cereris sacerdos, prioris hemichorii coryphaeus (p. 48 sq.). — V. 357. Recte Kuster censuit, sermonem esse de stylo Cratini dithyrambico. Nam lingua favere jubetur, qui dithyrambicam Cratini poësin haud cognoverit. Scilicet Cratinus ideo *ὁ ταυροφάγος* appellatur, quod dithyrambis suis victoriam reportaverit. Etenim taurum dithyrambi praemium fuisse demonstravit Bentlejus Opusc. p. 321 ed. Lips. Cum hoc sublimi loco conferre licet ludicrum illud de ipsis dithyramborum poëtis in Nub. v. 337 *εἰτ' — κίχλῶν*. Et in Bubulcis quidem comœdiae choro dithyrambum substituit Cratinus, de qua re supra dixi ad v. 94 sq. Ex his autem verbis *Κρατίνου τοῦ ταυροφάγου* concludo, sublimen poëtam etiam propria cura in dithyrambis scribendis elaborasse, quod item Anaxandridem comicum fecisse ad v. 320 ostendi (cf. p. 53). Sed scholia ad h. l. nunc demum emendare licet, cognitis antiquorum codd. scripturis. Haec igitur scholia, quorum partem habet Suidas s. *Ταυροφάγον*, sic corrigo: ab initio autem scholii *Πρὸς* recte addidit Doobraeus, quum aliis verbis idem dicat Suidas, recte etiam *Ἀρίσταρχον* pro *Ἀριστόξενον* e Suida scripserunt Bisetus et Kuster: *Μῆτε Κρατίνου: Πρὸς τοὺς περὶ Ἀρίσταρχον, ὁλομένους, ὅτι ταῦτος ἦν αὐτοῖς τὸ ἑκαθλόν. εἰρηται δὲ παρὰ τὸ Σοφοκλέους ἐκ Τυρούς. » Διονύσου τοῦ ταυροφάγου,“ καὶ ὅτι φίλοιος ἦν, διὰ τοῦτο ἐπίθετον τοῦ Διονύσου αὐτῷ περιτιθέασιν. οἱ δὲ ἔτι περιεργάτερον τὸν λόγον ἀποδιδοῦσι. Sequitur novum scholium, *Μῆτε Κρατίνου βακχεῖ*’ ἐτελέσθη: ἃ ἔστι τοῦ μοσχοφάγου Διονύσου ἀπὸ τῶν Βακχῶν. ἢ το λ μ η ρ ο ὦ. (haecenus Suidas et unus codex Aristophanis) *το λ μ η ρ ο ὦς γὰρ διέσχε τοὺς Ἀθηναίους ἐν τοῖς δράμασι*. Scholiasta continuo haec addidisse videtur, *τινὲς δὲ τοῦ ταῦτον ἑκαθλόν λαμβάνοντες, ἢ τοῦ λαιμάργου*. Partem hujus scholii iterum exhibet Venetus ita scriptam itaque auctam, — *οἱ δὲ οὕτως. μὴδὲ Κρατίνου βακχεῖα ἐτελέσθη: ἃ ἔστι τοῦ ταυροφάγου Διονύσου, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος ταῖς βάκχαις· διέσπων γὰρ βοὺς καὶ**

ἦσθιον ἀμὰ κρεά. Ἀπολλώνιος δὲ φησι ταυροφάγον τὸν Διόνυσον ἀπὸ τῶν διδομένων τοῖς διθυράμβοις βοῶν. Verissime Aristarchus Aristophanis verba Κρατίνου τοῦ ταυροφάγου ad taurum dithyramborum praemium retulit. Cui frustra alii Sophocleum locum opposuerunt, quum Aristarcho minime negandum fuisset, epitheton ὁ ταυροφάγος alias fuisse Dionysi. Tantum vero abest, ut Sophoclis versus imitando ab Aristophane expressus sit, ut ab hoc Aristophanio Sophoclis locus procul abhorreere videatur. Optime enim ipsi grammatici τὸν ταυροφάγον Διόνυσον Sophoclis explicant verbo τὸν ἀμνηστὴν, quum Phanias Plutarchi in Themistocle c. 13 captivos ἀμνηστῇ Διονύσῳ dicat immolatos esse et aliunde constet, Bacchas fuisse crudivoras, ut e Luciani Baccho c. 2 (p. 55; adde Elmslejum ad Bacchas v. 139). Quoniam igitur Aristarcho de bubus dithyramborum praemiis disserenti Sophocleus locus objectus est, facile intelligitur. Sophoclem, quum ταυροφάγον appellaret Dionysum, de tauro dithyrambi praemio loqui non potuisse fallique ad h. k. Apollonium, qui Aristarchi explicationem ab hoc Aristophaneo ad Sophocleum locum transferre non dubitavit. Caeterum ad eundem Sophoclis locum praeter Hesychium Ταυροφάγος: ὁ Διόνυσος spectant Photius p. 571, 13, sive Suidas s. Ταυροφάγον, sive Etym. M. p. 747, 49 Ταυροφάγον: τὸν Διόνυσον Σοφοκλῆς ἐν Τυροῖ· ἀντὶ τοῦ (ἀντὶ τοῦ om. Etymologus) ὅτι τοῖς τὸν διθυράμβον νικήσας βοῦς ἐδίδοτο. ἢ τὸν ἀμνηστὴν, ἀφ' οὗ καὶ ἐπὶ τὸν Κρατῖνον μετένεγκε τοῦνομα Ἀριστοφάνης (Etymol. μετένεγκται τοῦνομα). At Cratinus haudquaquam fuit crudivorus. Immo corrigendum est, Ταυροφάγον: τὸν Διόνυσον Σοφοκλῆς ἐν Τυροῖ· ἀντὶ τοῦ (fortasse excidit τὸν μοσχοφάγον), ἢ τὸν ἀμνηστὴν ἢ ὅτι τοῖς τὸν διθυράμβον νικήσας βοῦς ἐδίδοτο, ἀφ' οὗ καὶ ἐπὶ τὸν Κρατῖνον μετένεγκε τοῦνομα Ἀριστοφάνης. Quam correctionem et res ipsa postulat et similis locus Apollonii in Lex. Homer. p. 156, 20 ταῦρον ἔλεγον καὶ τὸν Διόνυσον, ὅτι κέρατα ἔχει ἢ ὅτι ἀμνηστῆς, ἢ ὅτι τοῖς διθυράμβοις ἀθλον ἦν ἢ βοῦς, ὅθεν καὶ ὁ Κρατῖνος ταυροφάγος. Sed mentio τοῦ ταυροφάγου Διόνυσου in Sophocle ad Sidero velut crudelis Bacchi sacris initiatam et Agavae similem referri potest. Nam in illo Sophoclis dramate dicta erat Sidero noverca crudelissime in Tyro privigam saeviisse (p. 55). — V. 362 sq. Initium scholii ἢ προδίδωσι φρούριον: Πρὸς τοῦς ποιήσαντας τοῦς Φερεκράτους Πέρσας. τὰ γὰρ ἀπόρρητα ἤκουσιν ὡς πῦν ἡμῖν ἔθος certatim ad vocem τὰπόρρητε' retulimus, Dobraeus, ego in Comment. p. 58, Dindorfius, Meinekius. Nam grammatici quidam inepte negarunt, τὰπόρρητα Atticos dixisse de mysteriis (cf. schol. Rav. ad Thesmoph. v. 370). Pro ἤκουσιν scripsimus ἤκουσαν (scil. οἱ ποιήσαντες, poëta, non grammaticus; minus recte Dobraeus ἀκούουσιν vel ἤκουσεν). Eodem nunc refero proxima διὸ καὶ, addito ὑποπτεύονται. Cum verbis διὸ καὶ ὑποπτεύονται cf. Photium p. 32, 12 Εὐθύς Λυκίον: τὸ εἰς Λύκειον. ὅθεν Ἐρατοσθένης καὶ διὰ

τοῦτο ὑποκτείνουσιν τοὺς Μεταλλεῖς. Nisi forte ante verba διὸ καὶ ἐντεῦθεν — aliquid excidit. Primum reprehenditur in Pseudopherecrate v. τὰ πόρροητα de mysteriis positum, tum disputatur contra aliquem grammaticum, qui in Ranis τὰ πόρροητα item de mysteriis acceperat, et quum error traheret errorem, verba ἐξ Ἀλγίνης Θωρυκίων ὦν conjunxerat. Hinc schol. Rav. τὰ πόρροητ': τὰ τῆς πόλεως μυστήρια. Scribo igitur codicum auctoritate parlim adjutus, ἡ τὰ πόρροητ' ἀποκέμπει: Πρὸς τοὺς ποιήσαντας τοὺς Φερεκράτους Πέρσας. τὰ γὰρ ἀπόρροητα ἤκουσαν, ὥς νῦν ἡμῖν ἔθος. διὸ καὶ [ὑποπτεύονται.] ΑΛΛΩΣ. ἐντεῦθεν λοιδορεῖται τῷ Θωρυκίῳ, εἰ καὶ αὐτὸς μὴ συνείδεν. ἀπόρροητα δὲ ἔλεγον τὰ ἀπειρημένα ἐξάγεσθαι. ἐν γοῦν τούτοις ἐπιφέρει ἀσκήματα καὶ λῖνα καὶ πίτταν. δηλον, ὅτι οὐδὲν ἔδει τούτων ἀποκέμπειν. ΑΛΛΩΣ. ἐξ Ἀλγίνης ὦν Θωρυκίων Ἀθήνηθεν τὰ ἀπόρροητα ἀποκέμπει. ὅτε οὖν πρὸς τοὺς Πελοποννησίους ἦν ὁ πόλεμος, ἀπόρροητα ἦν τὰ πρὸς ναπηγίαν ἐξάγειν. ἥτοι δὲ ὁ Θωρυκίων ἐξ Ἀλγίνης ὦν, ἡ ἐξ Ἀλγίνης ἐξάγων. καθὼ δὴ κοινὸν ἐμπόριον ἡ Ἀγίνα. Θωρυκίων: οὗτος ταξί-αρχος ἦν ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς τῶν Ἀθηναίων, ὃς πείσαν ἐπεμψε τοῖς ἀντιπάλαις [εἰς τὸ ἀναΐσαι τὴν ἑαυτοῦ πόλιν. Haec absurda.] ὅθεν γνωσθεῖς ἐκωμωδεῖτο ἐπὶ προδοσίᾳ. τινὲς δὲ Θωρυκίων ὦν (scil. v. 363), ἀντὶ τοῦ τὸν Θωρυκίωνα μιμοῖμενος. Hic ἐπιφέρει pro ἀποφέρει correxerat etiam Valesius ad Harpocrat. p. 238 Gr. Apud Suidam s. Θωρυκίων recte scripsit Bernhardyus, οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ τὸν Θωρυκίωνα μιμούμενος —. Itaque ejus loci, qui in Persis fuerat, reprehensio ex grammatico genere est, non historico. Historiam vero spectat similis vituperatio, quam amicus jure ad Ἀφενδεῖς dubiam Teleclidae fabulam revocat, ap. schol. ad Vesp. v. 506 Πρὸς τοὺς ἐν Ἀφενδεῖσι ποιήσαντάς τι τὸν Μόρχον τῶν πολιτικῶν πεποιημένοι πραγμάτων, ἀγνοήσαντας, ὅτι τρυφερός καὶ ἡδύβιος κωμωδεῖται. Ita enim scripsi pro πρὸς τοὺς ἀφενδεῖς ποιήσαντάς τι ac deinceps πεποίηκε πραγμάτων. — V. 366. Schol. Rav. et eodem fere modo s. Κατατιλᾷ Suidas, τῶν Ἑκαταίων: τῶν τῆς Ἑκάτης μυστηρίων. τοῦτο δὲ εἰς Κινησίαν τὸν διθυραμβοποιόν. οὗτος γὰρ ᾄδων κατετίλησε τῆς Ἑκάτης. Tres alii codices Aristophanis habent, Κινησίαν τὸν διθυραμβοποιόν κωμωδεῖ, ὃς εἰσήνεγκεν ἐν δρᾷματι τὴν Ἑκάτην καὶ κατετίλησεν (cod. Florentinus καθωμίλησεν, id est fortasse καθωμίχησεν) αὐτῆς. ἡ ἐπειδὴ ἤρυνθῆρασε (sic) ποίημα γράψας εἰς Ἑκάτην. Corrigo, ἡ ἐπειδὴ ἀπῆρυνθῆρασε, ποίημα — (impudenter egit). Foedius corrupta haec eadem apud Suidam l. l. exstant, ἡ ὅτι εἰσήνεγκε δρᾷμα * * * καὶ κατετίλησεν αὐτῆς. ἡ ἐπειδὴ ἤρυνθῆρασε (sic) ποίημα γράψας εἰς Ἑκάτην. Mysteria Hecatae nihil ad hunc locum. Tum Hecatae laudes carmine sordido canere est κατατιλᾶν τῆς Ἑκάτης, neque vero τῶν Ἑκαταίων. Sed miserae istae explicationes natae sunt e nexu verborum κατατιλᾷ — ὑπάρδων non intellecto. Veram hujus loci sententiam post alios ego p. 63 satis explicavi. In Luciani Judic.

Vocal. c. 8 collata lectionis varietate scribo, Ὅποτε δὲ ἐκ τούτων ἀρξάμενον ἐτόλμησε καττίτερον εἰπεῖν καὶ κάττωμα καὶ πίτταν, εἴτα ἀπηρσθηρίασε καὶ βασιλιεταν ὀνομάζον, οὐ μετρίως ἐπὶ τούτοις ἀγανακτῶ. — V. 367 sq. Scholiasta Aldinus — λέγει δὲ, inquit, διὰ τὸν Ἀρχῖνον. Sed Brunckius et postea quum multi alii tum ego ipse p. 64 certatim coniecimus, λέγει δὲ διὰ τὸν Ἀγυρρῖον, auctoritate scholiastae ad Eccles. v. 102 ὁ Ἀγυρρῖος — καὶ τὸν μισθὸν δὲ τῶν ποιητῶν συνέτεμε, faventibus etiam Aristophanis verbis ῥήτωρ ὦν — καωφοδηθείς. At vero Aldinum scholium, ἥ τοὺς μισθοὺς: οὗς ἔλαβε παρὰ τῆς βουλῆς αὐτοῖς παρασχεῖν. λέγει δὲ διὰ τὸν Ἀρχῖνον nunc praeter omnem expectationem confirmatur egregio scholio duorum codicum, Τοῦτο εἰς Ἀρχῖνον. μήποτε δὲ καὶ εἰς Ἀγυρρῖον. μέμνηται δὲ τούτων καὶ Πλάτων ἐν Σκευαῖς καὶ Ξαννυρίων ἐν Δανάῃ. οὗτοι γὰρ προειστάμενοι τῆς δημοσίας τραπέζης τὸν μισθὸν τῶν καωφῶν ἐμείλυσαν καωφοδηθέντες. Adde scholium cod. Paris. apud Dübnerum ad v. 407. De hoc Archino ex Coele oriundo, probabili oratore eodemque libertatis vindice Valesius ad Harpocrat. p. 253, Tylor in Lysiae Vit. p. 51 et Ruhnkentius Hist. crit. orat. p. XLII exposuerunt. Verba ἡ δημοσία τραπέζα de publico aulario accipienda sunt et in hoc scholio et in attica inscriptione, quam tractavit Boeckh in Oeconom. Athenn. II p. 343, dubitans tamen de horum verborum significatione. Sic βασιλικὴ τραπέζα de aulario regio dixit Josephus Antiq. XII, 2, 3 atque τραπέζας de pecunia publica Lucas Actor. VI, 2. [Alia exempla vocis τραπέζα de aulario positae nunc Boeckh, V. S., mihi ipse indicat in Papyris Graecis ed. Peyron p. 137 et apud Buttmannum Ueber einen Aegyptischen Papyrus, Abhandl. der Berl. Acad. 1824 p. 5 atque p. 21.] Itaque scholiasta intelligi vult ταμίαις sive ἐπιμεληταῖς τῆς κοινῆς προσόδου, sive τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως, atque hoc dicit, Archinum et Agyrrhium uno eodemque tempore aerarii quaestores fuisse, de quo magistratu Boeckh I. I. p. 177 sqq. disputavit. Adde locum Aristotelis ap. Harpocratem, Ταμίαι: — Ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίους 1, η οἱ ταμίαι, δέκα τὸν ἀριθμόν. παραλαμβάνουσι δ' οὗτοι — καὶ τὰ χρήματα ἐναντίον τῆς βουλῆς, quo loco scholiastae ad h. l. Aldini verba οὗς (μισθοὺς) ἔλαβε παρὰ τῆς βουλῆς αὐτοῖς παρασχεῖν optime illustrantur. Quamobrem Aristophanes in Ranis, cujus verba haud satis apte ad plures referre licet, de uno Archino cogitavit, praecipuo illius consilii auctore. Verum Plato atque Sannyrion comicorum mercedem imminutam esse dixerant et ab Archino et vero etiam ab Agyrrhio, cujus et ipsius in hoc negotio aliquas partes fuisse quum ex illo ipso scholio, tum ex altero ad Eccles. v. 102 intelligitur. De comicorum poetarum mercede nonnulla attuli p. 64; deinde locum Pluti v. 176 sq. et correctione adhibita Demosthenicum in Timocrat. p. 135, 1 B. explicavi (p. 65); tum de Agyrrhii administratione reipublicae, praetura, rei militaris imperitia, avaritia,

peculatu et accusatione disserui (p. 65 sq.); postremo ostendi errasse Meinekium ad Philemon. p. 370, quod nostrum Agyrrhium sive Colyttensem confuderit cum alio Agyrrhio Callimedontis filio, quem Colyttensi recentiore fuisse (p. 66). — V. 369. De edicto Eleusinio p. 67 sqq. disputavi. — V. 376. Libri *ῥέιστηται*, consentiente etiam scholiasta. Patet autem, mystas Eleusinem proficiscentes cibo abstinere non potuisse. At enim h. l. noctu nocturna sacra celebrantur, ut inepta sit mentio prandii matutini. Quare recepimus Brunckii conjecturam, *ῥέιστενται*, ita ut virorum chorus belli ille pertaesus et paullo ante victor hoc dicat: jam satis est victoriae (p. 71). — V. 378. Sospitae nomine h. l. dictam esse Proserpinam, p. 72 sqq. ostendi — V. 380. *Σώσει* Venetus, i. e. *σάσειν*. Vulgatam satis defendi p. 74. — V. 383. Pro *ζαθείαις* e codd. *ζαθείοις* restitui p. 75. — V. 394. Pro persona HMIX. posui *ΙΕΡΕΤΣ*; hic enim daduchum sive Iacchi sacerdotem loqui ex antistropho apparet (p. 76 cl. p. 39). Ibidem. Pro *ἄγ' εἰα* metri causa scripsi *ἀλλ' εἰα* auctore Bentlejo (p. 76). Bentleji conjecturam nunc in ed. Oxon. probat etiam Dindorfius. — V. 394 sqq. De metro, quod Ahlwardtus restituit, p. 77 dictum est. — V. 399 sqq. Hymnus in Iacchi honorem in via sacra canebatur (p. 78). — V. 403—405. Quod Meursius in Eleusin. c. XII p. 138 alique putant, mystas vestem, qua initiati essent, nisi laceram non deposuisse, id praeter recentem scholiastam ad Plut. v. 845 nemo tradidit. Prorsus recte nunc schol. Rav. *ἡ οὕτως· κατηγορίῳ καὶ σχιστὰ ὑποδήματα φορεῖν ἐποίησας*. Tu enim nos, inquit, *risus parsimoniaeque causa et scisso calceo et scissa veste uti in Eleusiniis iussisti*. Intelligitur *σχιστὸς χιτῶν*, vestis muliebris, de qua vide Pollucem VII, 54 sq., Ammonium s. *Σχισταί* p. 133, Hesychium s. *Σχιστὸς χιτῶν*, Photium p. 562, 16 aliosque. Praeterea intelliguntur *σχισταί*, quos et muliebres calceos et viles et atticos fuisse vel e nostro loco apparet. Pretiosiores erant, caetera similes αἱ *λεπτοσχιδεῖς*, quod utrumque genus Pollux VII, 85 confudit. Idem mox § 87 hos versus affert Cephisodori, *Σανδάλιά τε τῶν λεπτοσχιδῶν, | ἐφ' οἷς τὰ χυρσὰ ταῦτ' ἔπεστιν ἄνθεμα· | νῦν δ' ὥσπερ ἡ* (scribe cum Meinekio *ὥσπερ*) *θεράπειν' ἔχω περιβαρίδας*. Similiter τὰ *πολυσχιδῆ* (*σανδάλια*) attica, muliebria et delicata fuisse docet Lucianus Rhet. Praec. c. 15, delicata eadem Hippias quoque ap. Athen. VI p. 259, c. Jam τὰ *περισχιδῆ* ut pretiosa memorat Ephippus Atheuaei XII p. 537, e, repugnante Hesychio, *Περισχιδεῖς* (codex *Περισχιλεῖς*): εἶδος ὑποδήματος εὐτέλες. Tum *αὐτοσχιδὲς ὑπόδημα*, vilem haud dubie calceum muliebrem, Hermippo bene restituit Meinekios in Fragm. Com. Vol. II P. I p. 387. Deinde Ammonius l. l. p. 133 *Σχισταί: τὰ ὑποδήματα*, inquit. *Εὐπολὶς Φίλοις· Οὐ δεινὰ ταῦτα δὲ Ἀργείας φέρειν, Σχιστὰς ἐνεργεῖν*. Pro *ἐνεργεῖν* Ptol. Ascal. §. 210 legit *ἐνεργεῖν*. Haec qui emendarit, scio neminem. Enimvero scribendum est,

Οὐ δεινόν, ἔντανθι μὲν Ἀργείας φέρειν,
σχιστάς δ' ἐν Ἀργεῖ;

Nonne indignum est, hic (Athenis) Argivos calceos, scissos aulem (i. e. Allicos) gestare Argis? De muliebri calceamento Ἀργεῖαις vide Hesychium s. Ἀργεῖαι et Pollucem VII, 88. Itaque mediam stropham v. 403—407 a mulieribus cantatam esse e verbis σανδαλίσκος, σχιστός χιτῶν et σχισταί plane intelligitur (cf. p. 82). Tum libri omnes τόνδε τὸν σανδαλίσκον. Bentleji emendatio est τὸν τε σανδαλίσκον (p. 82). Quod autem scholii ad h. l. Aldini vitia, ὥστε ἦν τις καὶ παρὰ τὸν ληναϊκὸν συστολή χρόνος· δι' οὓ πολλοὶ ὕστερον καθάπερ τὰς χορηγίας περιεῖλε Κινησίας in Quaest. Aristoph. I p. 307 hac ratione sustuli, ὥστε ἦν τις καὶ περὶ τὸ Ἀθηναίων συστολή· χρόνος δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον καθάπαξ τὰς χορηγίας περιεῖλε Κινησίας: id nunc partim confirmant duo codd. Veneti, e quibus hoc scholium emendatius edidit Dindorfius, nostris tacite usus, ut solet. Sed post haec ipsa verba, ὥστε ἴσως καὶ περὶ τὸν Ἀθηναίων ἀγῶνα ἦν τις συστολή· χρόνος δ' ὕστερον οὐ πολλῷ τινι καὶ καθάπαξ περιεῖλε Κινησίας τὰς χορηγίας prior codex Venetus continuo haec addit, ἐξ οὗ καὶ Στράτις ἐν τῷ εἰς αὐτὸν δράματι ἐφῇ σκηῇ (sic) μὲν τοῦ χοροκτόνου Κινησίου. Scribendum puto, — ἐφῇ· — Σ κ λ ἦ ν α ι μ ε τ ᾱ τοῦ χοροκτόνου Κινησίου „Exarescere (sive contabescere) cum choricida Cinesia.“ Subjectum verbi σκλῆναι fuisse suspicor Sannyrionem comicum, hominem Cinesia ipso non minus macilentum. Vide Pollucem X, 189 — ὅθεν καὶ Στράτις ἐν τῷ Κινησίῳ τὸν Σαννυρίωνα διὰ τὴν ἰσχνότητα ἀνναβὸν καλεῖ. Jam vero ad v. 405 καὶ τὸ ῥάκος e codd. Veneto et Mediolanensi nunc hoc scholium assertur, Ὅτι σύνθηδες ἦν τὸ ἐπιλέγειν, ὅποτε ἐκαινοῖέν τι ἢ συνομολογοῖεν· καὶ Εὐπολὶς Κόλαξι. καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν κῆται. Falluntur de hoc scholio Dindorfius atque Meinek. Fragm. Com. V. II P. I p. 498. Immo referri hoc scholium debet ad ephymnium v. 408 (sive v. 402 sive v. 413). Ἰακχε φιλοχορεντά, συμπρόπεμπέ με. Pro verbis τὸ ἐπιλέγειν corrigendum est, τὸ αὐτὸ ἐπιλέγειν. Deinde illud ἐν τοῖς πρόσθεν (h. e. infra, ut docuit Lobeckius ad Phryn. p. 11) pertinet ad Ran. v. 1265 sqq., ubi est ephymnium ἴηκοπον, οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν; Quo in loco (ad v. 1266) scholiasta diserte, ἐπιλέγει, inquit, τὸ ἴηκοπον. Ergo ephymnium nescio quod Eupolis iteraverat in Adulatoribus. — V. 414 sq. Plerique libri e metricorum scilicet interpolationibus,

ΞΑΝ. ἐγὼ δ' αἰεὶ πως φιλακόλουθός εἰμι, καὶ μετ' αὐτῆς
παίζων χορεύειν βούλομαι. ΔΙΟ. κάγωγε πρὸς.

Unus Hermannus, cujus conjecturas p. 86 attuli, prope ad verum accessit, a quo caeteri critici longe aberrarunt. Nempe ex antistropho v. 444 sq. apparet, quum metri genus longe aliud restituendum esse, tum Xanthiae personae substituendam daduchi, qui dicit cum Iaccho se et choro my-

atico Athenis Eleusinem lubenter proficisci. Quin etiam quod cum pulchra virgine ludere ac saltare vult, egregie convenit in daduchum, qui in ipsa antistropho v. 444 sq. cum puellis se mulieribusque ad pervigilia diccit abiturum. Quare nunc leniter hos versus correxi scripsique,

ΙΕΡΕΤΣ. ἐγὼ δ' αἶε πως φιλακόλουθός τις ᾤν, μετ' αὐτῆς

παίζων χορφεύειν βούλομαι. ΔΙΟ. πρὸς δὲ καὶ ἔγωγε.

Κᾶν scil. βουλοίμην, ut in Nubibus v. 1361. Praeterea vide simillimos locos Thesmoph. v. 752 φιλότεχνός τις, Plut. v. 726 φιλόπολις τις, Lucian. D. Deor. XX, 4 φιλόδοξός τις, Piscatorr. c. 25 φιλόγελός τις ᾤν. — V. 416—430. His versibus poeta Eleusiniorum γεφυρισμούς imitatur, cum ipso festo e Sicilia fortasse acceptos, ut colligas e Diodoro V, 4 Fin. Recte autem Meursius in Eleusin. c. XXVII p. 165 hosce γεφυρισμούς vicesimo Boëdromionis, quo die festo Iacchus Eleusinem deducebatur, assignavit. Ita h. l. γεφυρισμοὶ aptissime sequuntur locum proximum superiorem v. 394—415, in quo chorus Eleusinem se proficisci fingit comite Iaccho. Scilicet mystae Eleusinem abeuntes in ponte potissimum Cephisi nominatim cives illudebant. Tum gephyrismos quoque metro interdum ligatos fuisse docent Ammonius De Differ. Voc. s. Σκῶμμα p. 129 sive Thomas Mag. item s. Σκῶμμα p. 338 ed. R. (cf. p. 87). Praeterea recte statuerunt Welcker p. 137 atque Hermannus in Opusc. VII p. 220, comoediae etiam primordia nostris versibus contineri (p. 88). — V. 418. Φράτορας libri, non φράτερας. Vide quae dixi p. 89. » Qui, inquit, quum diu Athenis esset, nondum civitate erat donatus.« Φράτορας dixit non pro φρασεῖρας ὀδόντας, sed pro ὀδόντας sive γνάμονας, quia metaphoram sumsit ab infantium dentitione. Cf. Plautum Menaechm. V, 9, 57, Solonem Fragm. XIV, 1 Gaisf. et duo versus poetae scenici ap. Aristophanem gr. Eustathii p. 1404, 62, quorum alterum ita correxi, Τὸ γνῶμα γούν βέβλημεν, ὡς οὐδ' ἐπτέτις (p. 89—91). Peregrinitatem huic Archedemo etiam Eupolis objecit. Scholiasta Aldinus ad h. l. οὗτος δὲ ὡς ξένος κωμωδεῖται. καὶ Εὐπολὶς Βάπτει· ἐπιχώριος δὲ ἐστὶ καὶ ξένης ἀπὸ χθονός. Conjecturam mihi in Quaestt. Arist. p. 234 et Meinekio Fragm. Com. II. I p. 454 communem vel codices nunc refellunt. Ravennatis tamen scriptura viro docto probata, ἐπιχώριος δ' ἐστ' (δὲ ἐστὶ Rav.) ἢ ξένης ἀπὸ χθονός; sententiae repugnat. Nam scholiasta teste in Eupolidis quoque versu Archedemus liquido dicebatur peregrinus. Proxime verum Ven. I δὲ ἐστὶν ἢ ξένης; tum Ven. II δὲ ἐστὶν ὁ ξένος; Flor. δὲ ἢ ξένης. Librarius Veneti II volebat, ἐπιχώριος δ' ἐστ' ὁ ξένης —. Eupolis vero scripsisse videtur, Ἐπιχώριος δ' ἐστ' ἢ ξένης ἀπὸ χθονός; » Estne vero indigena, quae e peregrina terra oriunda sit?« Quia Archedemum ut mollem et pathicum describit, propterea de viro femineum genus ponit comice. Ita in Nub. v. 682 secundum Rav. ἦτις pro ὅστις dictum est de Amynia, viro

ignavo. — V. 420. Omnes interpretes verba ἐν τοῖς ἄνω νεκροῖσι quum arcte conjungunt, tum ad populum Atheniensem referunt, qui neque ex vero nec sine contumelia ita appellari poterat. Immo structura verborum haec est, ἐν τοῖς ἄνω δημαγωγεῖ νεκροῖσιν. *inter vivos mortuorum demagogus atque patronus est.* Δημαγωγεῖν τινι sic dictum est, ut στρατηγεῖν, ἄρχειν, ἀνάσσειν τινι et similia. Namque Archedemus paullo ante mortuorum, qui ad Arginusas tempestate submersi perierunt, causam tanta cupiditate susceperat, ut in Erasinidem aliosque imperatores saeviret (Xenoph. Hellen. I, 7, 2). Eodem modo hunc locum jam Apollonius apud scholiastam videtur interpretatus esse (cf. p. 91). Ceterum de hoc Archedemo paucis disserui p. 92 sq. — V. 422—427. Hunc locum tractavi in Actis Soc. Graec. V. I F. I p. 147 sq. et iterum in comm. p. 93 sqq. Duo hic homines memorantur, mortuus alter, alter vivus. Ac mortuum quidem dici Clisthenem v. 427 diserte testatur antiquus scholiasta, Ὀνοματοποιεῖ τοῦτο, ὡς πρὸς τὴν μαλακίαν Κλεισθένους, παρὰ τὸ αἰσχρόν, quem jam in Actis l. c. p. 148 sequutus sum, prorsus favente praeter filii v. 422 mentionem duplici cognomine Clisthenis moribus consentaneo, Σεβίνος ὁ Ἀναφλύστιος, ita ut ne dubitandi quidem locus relictus sit. Alterum vero eumque vivum hominem omnes critici v. 422 τὸν Κλεισθένη fuisse absurde contendunt. Καὶ πῶς ἂν αὐτὸς καθάνοι τε καὶ βλέποι; Immo τὸν Κλεισθένη novitii correctoris est, qui Clisthenis esse putabat πρῶτον τιλλεῖν ἑαυτοῦ. Quid, quod accusativi exigua fides est, ut quem habeant tantum Aldina τὸν Κλεισθένη, tum tres codices τὸν Κλεισθένην Paris. C. Barocc. Harlej., denique recens scholiasta ad v. 422 διαβάλλει τὸν Κλεισθένη — ἐπὶ τῇ τούτου τελευτῇ. Alteram vero scripturam τὸν Κλεισθένους praeter antiquum scholiastam ad v. 427 et Juntinam I undecim minimum codices tuentur, in his Rav. Ven. Mut. Paris. A Cantabr. I, recteque nunc genitivum explicat scholiasta Ven. ad v. 422 Ὑποτίθεται νῖδον Κλεισθένους, οὗ τὸ ὄνομα οὐκ εἶπε. Itaque hanc lectionem in Actis l. c. p. 147 et in comm. p. 93 jure probavi. Ergo in Clisthenis funere filius ejus dicitur planxisse. Deinde quum v. 423 verbis ἐν ταῖς ταφαῖσι, quae bene explicant scholiastae, exterior Ceramicus intelligatur, in quo cives pro patria mortui publice sepeliebantur: recte statui in Actis l. c. p. 147 et in comm. p. 93, Clisthenem paullo ante ad Arginusas cecidisse ac tum Athenis publice sepultum esse, quae res supra v. 57 significatur obscurius. Sed quum v. 427 verba ὅστις ἐστὶν neque in Actis neque in commentatione recte explicassem: et hunc ipsum versum audacius mutavi, et supra v. 422 τὸν Κλεισθένους falso retuli ad amatorem Clisthenis. At sicuti Callias filius Hippobini appellatur, ita etiam τὸν Κλεισθένους filium Sebini dici hodie existimo. Versus 427 vulgo ita scribitur, Σεβῖνον (σέβεινον Rav.; σεβίνος A), ὅστις ἐστὶν Ἀναφλύστιος. Recte post Bentlejum Porsonus ad Orestem v. 1645 scripsit

cum articulo *Ἀναφλύστιος*, noto genere attractionis pro *Σεβίνον τὸν Ἀναφλύστιον*, *ὅστις ἐστίν*. Deinde formula *ὅστις ἐστίν*, cujus exempla dedit Blomfieldus in Glossar. ad Aesch. Agam. v. 155, de certo deo ponitur religionis causa; de homine autem certo dicitur cum irrisione, id quod ipse demonstravi in Quaestl. Lucian. p. 194. Ita enim Clisthenes ridetur, quasi post mortem factus sit daemon Venereus (Sebinum Anaphlystium, quisquis libentius audit). Jam apud Suidam s. *Βινεῖν* post Lysistratae v. 1091 sq. *ᾧσι' εἰ τις — Κλεισθένη βινήσομεν* duo codices ita pergere videntur, ut cum Clisthene nomen *Βινος* conjungant, *οὗτος ἐπὶ θηλύτητι ἐκωμωδεῖτο. Βινος: ὄνομα θεᾶς*. Etsi verba *Βινος: ὄνομα θεᾶς* forsitan ab aliquo codice absunt, ut quae Bernhardus tacite deleverit. Tum *Σοβίνος*, ut in comm. p. 96 conjeceram, neque in Ranis neque in Platonis Poëta scribere licet, quia hoc nomen nusquam legitur, etsi quale futurum fuisset, e Xenophonteo Memorabil. I, 2, 30 intelligi potest. De Platonis loco haec habet scholiastes ad v. 427 *καὶ Σεβίνος Ἰσως, παρὰ τὸ βινεῖν. ἔστι δὲ καὶ Σεβίνος ὀνομασμένος παρὰ Πλάτωνι Ποιητῇ. ἔστι δὲ καὶ δῆμος* —. Quae in altero *καὶ Σεβίνος* vitium aliquod fecisse nemo monitus negaverit. Sed quum et transpositio *καὶ παρὰ Πλάτωνι Ποιητῇ Σεβίνος* violenta sit, neque forma *Σεβίνος* temere mutanda esse videatur: probabile duco, Calliae nomen excidisse itaque corrigendum esse, *ἔστι δὲ καὶ [Καλλίας] Σεβίνος ὀνομασμένος παρὰ Πλάτωνι Ποιητῇ* (etiam Callias, scil. ut Clisthenes in Ranis). Denique *Ἀναφλύστιος* et *Σεβίνος* etiam in Ecclēs. 980 conjunguntur secundum veram emendationem Reisigii Conj. Praef. p. XIII et uti postea cognitum est, jam Bentleji, NE. *Ἀναφλύστιον ζητῶν τιν' ἀνθρωπον. ΓΡ. τίνα; | NE. οὐ τὸν Σεβίνον* (Rav. *οὐ τὰν σε βινούνη*, e glossemate scil.) —. Et hic quidem ficto isto nomine non certus vir, sed omnino talis describitur, *Qui — te — fuluat*. — V. 429. Quum hic Hipponicus vir fuerit honestus, de qua re dixi p. 99, recte scholiasta censet, *Ἰπποβίνον* ejusmodi paragramma esse, quo ipsius Calliae, non Hipponici patris libidines notentur. — V. 430. *Κύσθον* edd. ante Brunckium et Aldina scholii ad v. 502; *κύσθον* optimi plurimique libri cum codd. ejusdem scholii et Suida s. *Ἰππόπορνε*, ubi cod. Ox. *κύ . . .*; *κύθον* e correct. Mutin; Eustathius p. 746, 16 legit et *κύσθον* et *κύσου*. Recte dixi p. 98, verba *κύσθον λεοντῇν* inepta esse, quod vitium nunc deum apte correxi. Nam etsi omnes genitivum habent, natum illum scilicet e genitivo *Ἰπποβίνου*: tamen substitui dativum *κύσθῳ* atque edidi, *κύσθῳ λεοντῇν ναυμαχεῖν ἐνημέρον*. Cohærent autem verba *κύσθῳ ναυμαχεῖν*. Namque Callias et leonina indutus, quasi Hercules scilicet, et idem peni deditus non cum hostibus ad Arginusas conflixisse dicitur, sed cum cunno. Dictioni *κύσθῳ ναυμαχεῖν* simillima sunt, quae supra ad v. 291 attuli. Ceterum p. 99 conjeci, archontem anni Ol. 93, 3 alium Cal-

liam fuisse, Hipponici autem filium potius Ol. 92, 1 archontis munere functum esse. — V. 432. Pro Πλούτων recte EF Barocc. Πλούτιον, quod Brunckius in adnotatione primum probavit (p. 100). — V. 436. Scholiasta Venetus, Τὸ ὁμοίον καὶ ἐν Γηρυτάδῃ. Et in Pluto v. 962 Χο. ἀλλ' ἔσθ' ἐπ' αὐτὰς τὰς θύρας ἀφιγμένη, ubi Bergler bene comparat Soph. Electr. v. 1098 sqq. et Oedip. R. v. 924 sqq. Plutonisne regia ut in Ranis, an aliqua domus Attica in Gerytade a choro monstrata sit, tacente scholiasta nescimus. Scenam tamen etiam in Gerytade partim apud inferos fuisse inprimis ex Athenaeo XII p. 551, a colligitur. — V. 437. Vulgo est senarius, αἰροῖς ἄν αὐθις αὐ γέ καὶ τὰ στρώματα. Sed plerique codices, αἰροῖ' ἄν αὐθις ὦ καὶ τὰ στρώματα. Prorsus recte Venetus, αἰροῖ' ἄν αὐθις ὦ καὶ (cum scholio τὰ στρώματα δηλονότι). Conjectura verum assequutus erat Gaisfordus ad Hephaest. p. 246 (p. 100 sq.). — V. 438 sq. Brunckius et post eum caeteri haec omnia τουτὶ — στρώμασιν; pro unica interrogatione habent, i. e. *Quid hoc est aliud, quam Jovis f. Corinthus?* At tum verba ἐν τοῖς στρώμασιν necessario debebant abesse, quia proverbium sine istis verbis Διὸς Κόρινθος fuit tantummodo. Recte distinctum in edd. ante Brunckium et a scholiasta Platonis p. 368 B. Duae enim interrogationes sunt, quarum prior est mirantis, ut p. 101 docui. Sic igitur nunc intelligo v. ἀλλ' ἢ Διὸς Κόρινθος ἐν τοῖς στρώμασιν (scil. ἔστιν s. ἐνεστίν); Quum Corinthia stragula teste Antiphane Athenaei I p. 27 d ἐκ Κορίνθου στρώματα in magno fuerint honore: suspicor Corinthios sive Corinthi conditoris imaginem sive aliud suae urbis signum in stragulis vere Corinthiacis pinxisse, quo ea a mercibus adulterinis discernere. Itaque Xanthias: *Quid tandem hoc sibi vult?* inquit. *An forte Jovis f. Corinthus stragulis meis inscriptus est?* Quidnam revera intelligi voluerit, ne interpretes quidem fugit, sarcinas suas ad nauseam decantari, plane ut Corinthum Jovis scilicet filium. Ceterum proverbii ipsius duplicem et originem et vero significationem recte mihi distinxisse videor p. 102 sqq. — V. 440—447. Haec pauci libri choro tribuunt, plerique hemichorio. V. 444 absurde Dionysi personam habent pleraeque edd. ante Brunckium; ibidem Paris. A, qui primum hemichoro continuat, inter lineas praebet personam ἱερεὺς. Omnes hos versus 440—447 sacerdotis i. e. daduchi esse p. 106 demonstravi. — V. 440. Locus non intellectus et conjecturis frustra vexatus. Ego p. 105 contuli Pollucem I, 10 καὶ ὁ περὶ αὐτὰ (τὰ ἄλση) κύκλος, περιβόλος. Ille nunc, inquit, per sacrum septum deae, per floriferum laeum. — V. 446. Vulgo inepte θεαί, sed optime Rav. θεᾶ (p. 106). — V. 455. Φέγγος, ut saepius in hoc carmine, de taedarum luce usurpatur. Nos enim soli, inquit, post mortem habemus solem hilaremque taedarum lucem (p. 108). — V. 458. Vulgo περὶ τὴ ξένοισ. Sed jure Dindorfius ex optimis codd.

scripsit περί τούς ξένους. Nonnulli libri habent dittographiam περί τε τούς ξένους, quam metro repugnare Brunckius non animadvertit (p. 108).

V. 461. σὺ πιχάριοι Parisinus A Cantabr. I Rav. Ven. Mut. Vulgo οἱ πιχάριοι.

V. 462. Διατρίψης edd. ante Brunckium et plerique codd. ut Parisinus C Mutin. et Cantabr. I qui idem γ' ἀλλὰ pro ἀλλά. Sed habent διατρίψεις Rav. Venet. Tum vulgo γεύσαι consentiente Thoma M. p. 547 B. (p. 195 R.) At vero Ravennas γεύση. Quae lectio quum Elmslejum lateret, tamen similibus locorum comparatione motus tacite scripsit γεύσει ad Medeam v. 1120 idque recepit Diindorfius. At ipse Elmslejus attulerat etiam Nub. 297 οὐ μὴ σκάψεις, μηδὲ ποιήσεις, ἅπερ οἱ τραγοδαίμονες οὗτοι, — ἀλλ' εὐφήμει, unde intelligitur, γεύσαι conjectura non malandum fuisse. Nunc autem, ubi Futurum habet Ravennas, scribendum est γεύσει, quia propius fidem, Imperativum quam Futurum a librariis profectum esse. Coniunctionis οὐ μὴ, in qua viri summi tantopere laborarunt, explicatio videtur facilis. Neque enim alia ejus vis esse potest, quam οὐ δέδοικα, μὴ, non vereor ne h. e. minime. Tu modo fac duplicem ejus usum distinguas, alterum Οὐ μὴ φονεύσῃ, φονεύῃ, φονεύσει, minime interficiet, alterum Οὐ μὴ φονεύσεις, minime interficies i. e. interficere noli. Scilicet ubi est velantis, ubique coniungitur cum Futuri persona secunda; ubi vero graviter negat, plerumque sequitur Coniunctivus Aoristorum, raro Praesentis, vel Futuri prima tertiaque persona. Itaque ferri non possunt huiusmodi lectiones, ut Ran. 525 οὐ μὴ φλυαρήσῃς, Nub. 296 οὐ μὴ σκάψῃς μηδὲ ποιήσῃς ibid. v. 366 οὐ μὴ ληφῇσῃς ibid. v. 497 οὐ μὴ λαλήσῃς, ἀλλ' ἀπολουθήσῃς ἐμοί, quae omnes natae sunt genere utroque a librariis temere confuso. Elmslejus quidem, quia Graeci pro φόνουσι δὴ dicere soleant οὐ φονεύσεις; ideo etiam οὐ μὴ φονεύσεις; pro μὴ φονεύσῃς dici voluit ab interrogante. Cui opinioni quum res ipsa repugnat, tum etiam Nub. 297 οὐ μὴ σκάψεις — ἀλλ' εὐφήμει Ran. 299 οὐ μὴ καλῆς μ' | ἀνθρώπ', ἔχετεύω et omnes ii loci, in quibus οὐ μὴ Coniunctivum regit; quae nulla esse interrogatio potest. Immo οὐ μὴ semper est minime, etiam in verbis οὐ μὴ φονεύσεις, quibus inest sane notio prohibendi, sed ea neque in οὐ μὴ, neque in persona inest secunda, verum in toto orationis nexu, qui talis esse debet, ut appareat, certe non interficies nihil aliud significare, quam noli interficere. Ita e loquutione οὐ μὴ φονεύσεις intelligitur magna cognatio Futuri et Imperativi. Quamam ratione Attici οὐ μὴ φονεύσεις velandi causa dixerint, omnes facile credo vidissent, si meminissent dialecti Alexandrinae, in qua οὐ φονεύσεις pro μὴ φονεύσῃς usitatum esse constat. De Alexandrinis bene dixit frater ad Matthaeum p. 253 et p. 259. Et apud hos quidem Futurum plane Imperativi notionem suscepit, veluti Matth. V, 48 ἔσεθε et Rom. XIII, 9 ἀγαπήσεις. Quae quum luce clariora

esse videantur, apud Atticos ne constructiones quidem diversae vocularum οὐ μὴ habent, in quo offendas. Paullo melius quam alii de οὐ μὴ disputavit Matthiae Gr. Gr. p. 987 sqq. Exempla dedit etiam Elmslejus ad Me-deam v. 1120 et ad Oed. C. v. 177. Adde quae infra dicentur ad v. 598.

V. 463. Ἐχων vim habet Imperativi: habe tu Herculis habitum et animum (cum habitu etiam fortitudinem). Quare conjecturam meam ποὺ (pro καὶ) τὸ λῆμ' ἔχων silentio praeterirem, nisi in eam Reiskius quoque incidisset. Comparabam v. 500.

V. 464. Aeacusne hoc versu et proximis loqui censendus sit, veteres grammatici manifesto dubitarunt. [Recte. Docet nunc schol. V. ad h. l. εἰς τῶν ἐν Ἄιδου λέγει. τινὲς δὲ τὸν Αἰακὸν λέγουσιν ἀποκρίνασθαι· ὅπερ ἀπίθανον.] Nam Ravennas et hic bis praefigit θερ, (θεράπων) et in Indice personarum quum ipse seorsim ponit θεράπων Πλούτωνος et Αἰακός, tum etiam Aldina utrumque habet et Αἰακός et Οἰκέτης Πλούτωνος. Aeaci tamen personam agnoscunt schol. Ald. ad v. 535 ὅτε ἐφοβήθη τὰς τοῦ Αἰακοῦ ἀπειλὰς, quae ad nostrum locum spectant, et ad v. 737 (750) Αἰακός ὁ Πλούτωνος οἰκέτης, qui certe ab Aeaco servum differre negat. Ridicule nostro loco Plutodem nominat Pseudaristophanes in metrico argumento v. 6 Πλούτων δ' ἰδὼν | ὡς Ἑρακλεῖ προσέειπεν διὰ τὸν Κέρβερον. Plutodem infra etiam nominat schol. ad v. 606 (620) ἔνιοι δὲ φασὶ πάντα αὐτὸν λέγειν τὸν Πλούτωνα—. Denique scholiasta ad v. 606 (620) bis et semel ad v. 631 (645) dicit ὁ παρὰ τοῦ Πλούτωνος, ut etiam infra v. 605 sqq. de Aeaci persona dubitatum sit. Contra v. 738 sqq. Aeacum loqui omnes consentiunt. Atqui e v. 741. 742 necessario efficitur, eundem Aeacum certe etiam v. 605 sqq. loquutum esse. Ceterum nostro etiam loco non alium ullum nisi Aeacum interminare haudquaquam ambigo. Primum enim solus Aeacus Pseudherculi tam graviter irasci poterat ob Cerberum olim abductum; ipse autem 469 suam Cerberi fuisse custodiam ait, quibuscum confer Aeaci haud dubii verba v. 605. Atqui Cerberum quis tandem alius custodiebat, quam Aeacus notus janitor Orci canem ad easdem fores excubantem (Eurip. Herc. F. 1277. Horat. Od. III, 11, 16)? Quin Aeacus et Cerberus utpote inferorum janitores a Luciano D. Mort. 13, 3 atque De Luctu c. 4 conjunguntur et vero etiam ab Euripide in Alcest. v. 126 Ἄϊδα τε πυλωροῦς, secundum nostram emendationem; libri contra metrum πύλας pro πυλωροῦς. Deinde Bacchus janitorem Orci inclamat, quem Aeacum fuisse et Lucianus sex septem locis et Apollodorus Bibl. III, 12, 6, 11 et Philostratus et alii testantur (vid. Solanum et Hemsterhusium ad D. Mort. 20, 1). Et quanquam majorem Aeaco honorem tum ii habuerunt, qui Minoa, Aeacum, Rhadamanthum iudices infernos conjungunt, tum praecipue Isocrates in Euagora 15, 6 ἔλεγετο παρὰ Πλούτωνα καὶ Κόρη μεγίστας τιμὰς ἔχων παρεδρεῖν ἐκείνους: Comoe-

diae tamen humilem personam expetere solitae janitor Aeacus pulchre convenit, quemadmodum coeli janitor in Pac. 180 est Mercurius. Quin Aeacus ad famulum planeque servum detruditur infra v. 670. 744. 756. 813. Denique fama ferebat, Herculem (quem Bacchus simulat) cum Aeaco janitore colloquutum esse: siquidem in Euripidis Pirithoo p. 304 Matth. verus Hercules, quum ad inferos venisset, ab Aeaco potissimum, quis esset, interrogatus responderat.

V. 465. ὦ βδ. καὶ τολμηρὲ καναίσχοντε σὺ Baroccianus. Et ita sane legitur in Pace v. 182 ὦ μισρὲ καὶ τολμηρὲ καναίσχοντε σὺ. Verum enimvero lectionem Barocciani ex illo ipso Pacis versu sumtam esse liquet. Nam utrumque locum antiquitus comparatum esse ostendit etiam, quod Suidas s. *Μισροὶ* in Pace legit, ὦ βδελυρὲ κ. τ. κ. σ. haud dubie ex hoc loco Ranarum. Quocirca nimium male Porsonus et in ed. III. Dindorfius scripturam ὦ βδελυρὲ in Pace probarunt. Quos si illud minus movebat, quod Suidas et s. *Μισροὶ* in cod. Oxon. ὦ μισρὲ habet (eademque lectio in aliis est codd. recens collatis) et s. *Τολμηραὶ* ὦ μισρὲ in eodem Pacis loco retinet: cogitare tamen debebant, ὦ μισρὲ vel per se necessarium esse. Etenim toto illo loco Pacis lusus quidam verborum μισρὸς et μισρώτατος continetur, per sex minimum versus ille perpetuo jactatus. Ergo ne fieri quidem potest, ut ὦ βδελυρὲ pro ὦ μισρὲ illic reponatur. Quin tu cum Mercurii verbis, ὦ μισρὲ — καὶ μισρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μισρώτατε | — ὦ μισρῶν μισρώτατε confers locum plane geminum in Eqq. 249 καίτε καίτε τὸν πανούργον — καὶ πανούργον καὶ πανούργον. πολλὰν γὰρ αὐτ' ἐρῶ· | καὶ γὰρ οὗτος ἦν πανούργος πολλὰν τῆς ἡμέρας. Satis ostendi, vulgatas lectiones et in Pace et Ranis servari debere. Ceterum scholiastae hosce locos ideo inter se compararant, quod unum quendam versum utrobique reperissent et in Pace, ὦ μισρὲ καὶ τολμηρὲ καναίσχοντε σὺ, | καὶ μισρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μισρώτατε, et in Ranis, ὦ βδελυρὲ καναίσχοντε καὶ τολμηρὲ σὺ, | καὶ μισρὲ καὶ παμμίαρε καὶ μισρώτατε.

V. 467. ἡμῶν] ἡμῖν Cantabr. I et Barocc. δς τὸν κύν' ἐμὸν Borgianus.

V. 468. Vulgo ἀπῆξας. Parisinus C ἀπῆξας. Aoristum esse verbi ἀπάττω sive potius ἀπῆττω per se intelligitur monuitque Buttmannus Gr. T. II p. 65 adnot. ed. I. Jota subscriptum addidit etiam Dindorfius.

V. 470—478 affert Suidas s. *Tola*. Pro τοία Rav. τοία.

V. 471. hunc afferunt Suidas s. *Ἀχέρων*, ubi pro *Ἀχερόντιος* vulgo est *Ἀχέροντος*, in codd. *Ἀχερόντιος*, in Mediol. *Ἀχερόντιος* atque Stephanus Byz. s. *Ἀχέρων*, qui poetam dicit metri causa *Ἀχερόντιος* scripsisse pro *Ἀχερόντιος*. *Αἱματοσταγῆς* ex Aristophane habet grammaticus Bekk. Anecd. p. 362, 9.

V. 472. *Κωκυτοῦ* — *κύνες*] Beue schol. Furias animo informat, quae

in tragoedia *κύνες* et *Λιδου κύνες* dici solent. Quanquam a Furiis distinguuntur *stygiae canes*, de quibus Heindorfius ad Horat. Sat. I, 8, 35.

V. 473. *ἐκατομύφαλος* Parisini ABCD Rav. Ven. Mut. Cantabr. II Harlej., *ἐκατοντακέφαλος* edd. ante Brunckium, Borg. Barocc. tum Cantabr. I (qui γ' pro θ'), lemma scholii et Suidas s. *Tola*. Post Bisetum certatim emendarunt Scaliger, Bentlejus, Brannckius, Porsonus. Nec minus metro repugnat in Nub. 335 scriptura *ἐκατοντακεφάλα* pro *ἐκατομυεφάλα*. Cum verbis *ἐχιθνα ἐκατομύφαλος* cf. Eurip. Phoenix. 1020 *νεοτέρου τ' ἐχιθνας* et Horat. Sat. I, 8, 34 serpentes atque videres infernas errare canes. De Orco hic agi oblitus est bonus Spanhemius et cum eo Bothius, quum hydram Lernaean intelligi juberet, quae plane secundum nonnullos fuit centiceps, ut Euripidem Herc. F. 1188.

V. 474. Vulgo *πλευμόνων* itaque legit Eustathius p. 483, 11. Scripsi cum Diindorfio *πνευμόνων* ex Parisinis ABCD Vatic. Elb. Barocc. Cantabr. I et II Suida s. *Tola*. *πνευμάτων* Mutin. *Πλευμόνων* ut vulgo Rav. Ven. Nimum diu crediderunt atticistis illud, *Πλεύμων*, *ἀπτικῶς*. *πνεύμων*, *ἑλληνικῶς* (vid. ad Moerid. p. 309). Tandem a Brunckio, Porsono, Hermanno, Blomfieldio, Bothio intellectum est, *πλεύμων* formam esse vulgarem, quae et tragicis et in versibus tragicis Aristophani abstinendum esset. Itaque erravit Lobeckius ad Phryn. p. 305 adnot.

V. 475. *Ταρτησσία* ita scripsi e Parisino C. Vulgo *Ταρτησία*. Scholiasta quidam haud male scribit, *μύραινα δὲ ἰχθὺς θαλάσσιος. ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν ἐχιθναν, μύραιναν εἶπε. τὸ γὰρ Στυγὸς ἐπὶ πλησίον εἶπε τούτοις*. Hoc vult, quia vicinis in locis res horrendae, veluti styx v. 470 memorentur, ideo hic muraenam de vipera explicandam esse. Similiter Hesychius, *Μύραινα: ἐπὶ τοῦ κακοῦ ἐλέγετο, ὡς ἐχιθνα*. Nimirum vulgo muraenam feminam credebant cum *ἐχει*, hoc est, ut illis quidem placebat, cum mare viperae (*ἐχιθνης*) coire ex eoque coitu muraenam nasci viperae similem et venenatam, de qua re vide Andream, Nicandrum, Sostratum ap. Athen. VII p. 312 d, e Aelian. N. A. I, 50 aliosque apud Jacobsium ad Aelian. T. III p. 415 sq. Profuerit hoc ad emendationem versus Aeschylei Choeph. 988 *Ἦτις δ' ἐπ' ἀνδρὶ τούτ' ἐμήσατο στύγος, | ἐξ οὗ τέκνων ἦνεγχ' ὄλο ζώνην βάρος, | φίλον τέως, νῦν δ' ἐχθρόν, ὥς φαίνει, κακόν | τί σοι δοκεῖ; μέλαινα γ' ἢ ἐχιθν' ἔφω, | σήπειν θιγοῦσ' ἄν ἄλλον, οὐ δεδηγμένον, | τόλμης ἔκατι κἀδίκου φρονήματος*. Ita vulgo scribitur cum foedo hiatus, foeda etiam sententia; in Robortelli editione est, *μύραινά τ' ἦτ' ἐχιθν' ἔφω* (sic). Aeschylus vero dixerat, *μύραινα δ' ἦτ' ἐχιθν' ἔφω*. Scilicet omnes critici hoc communi errore ducuntur, quod non unum animal, sed duo eaque diversa nominari volunt. At num Clytaemnestra cum anguilla, cibo sane egregio comparanda erat? Nam venenatum animal, quod planissime requirimus, e vulgari muraena et mare echidnae natum ab echidna non

differebat, sed ex ipso erat genere echidnarum. Non echidnae simpliciter, verum muraenae echidnae comparatione poeta utitur, sive quod *ἔχis*, qui scelerato coitu venenum suum in muraenam istam transfunderet, Aegisthus fuit; sive quod Clytaemnestram diceret non vulgarem quandam echidnam, in qua nullum signum inerat libidinis, sed muraenam echidnam, id est libidinosissimam mulierem. Hanc enim vim habet *μύραινα* etiam in versu poetae comici apud Photium p. 280, 8 sive Suidam s. h. v. Fabulabantur etiam Graeci, muraenam, si cum mare viperæ coisset, saepe tanquam veneno praecordiis concepto interire; et Clytaemnestrae quoque quis non videt amorem Aegisthi interitum attulisse? Et quoniam viri quidam docti in constructione haeserunt, etiam illud addo, orationem esse concisam atque hoc velle Aeschylum, *μύραινα δῆτ' ἐχιδν' ἔφν, καὶ ἔφν σῆπειν* sive *φῦσα σῆπειν* — . Profecto *Clytaemnestra*, inquit, *muraena echidna est, potestque solo tactu alium, vel sine ullo morsu putrefacere*. Adeo versum, *σῆπειν' θιγοῦσ' ἄν ἄλλον, οὐ δεδηγμένον* propterea Orestes adjecit, ut Clytaemnestram pestilentiorē esse ostenderet muraena echidna; neque enim haec quidem tactu, sed potius morsu homines necabat (v. Athenaeum l. l.) Revertor ad Aristophanem. Qui in mediis tragoediae versibus, e qua paullo ante sumisit etiam illud *ἐχιδνά θ' ἐκατογκέφαλος*, jocum comicum *Ταρτησσία μύραινα*, ut solet, repente infersit, neque ullo modo venenatam istam, sed nimirum alteram muraenam Tartessiam, heluonum delicias animo comprehendit. Etenim *muraena Tartessia* inter exquisitos cibos aliisque praestantes recensetur ab A. Gellio N. A. VII, 16 sive potius, quem ipse sequitur, a Varrone *Περὶ ἐδεσμάτων*. Quocum consentit Pollux VI, 63, in quo capite τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐδεσμάτα εὐδόκιμα tractat: *Ἰστέον δέ, ὅτι παρὰ τοῖς παλαιοῖς εὐδοκίμων μύραινα ἐκ πορθμοῦ καὶ μύραινα Ταρτησσία* — . Ita Aeacus, quum perniciem unitari videatur, revera tamen spem facit, Pseudherculem ad lautissimas epulas vocatum iri (cf. v. 503 sqq.). At interpretes Tartessiam muraenam serio putarunt non minus horribile monstrum esse, quam paullo ante echidna est centiceps. Quare Bergler nomine *Ταρτησία* ad vocem *Tartarus* alludi suspicatur, plerique autem sequuntur scholiastae, quocum confer Suidam s. *Ταρτησία μύραινα* et sub *Ταρτησός*, opinionem: *Ταρτησίαν δέ εἶπε πρὸς τὸ ἐκπληκτικώτερον διὰ τὸ ἐκτετοπισμένον*. Et Vossii quidem de hoc fatali monstro tam dira oratio est, ut legentis animum lepidio quodam horrore perfundat; sedatior de eodem monstro Welckeri p. 141, qui ad extremum adeo joculari poetam conjecit, ut tamen in eo ipso parum docte erraret.

V. 476. *ἐντέροισιν*] *ἐντέρεσιν* Elb. *ἐντέκοισιν* Mut. *αὐτοῖσι νεφτέροιαι* Ven.

V. 477. Tragicæ dictioni *Γοργόνες Λιβυστικαὶ* substituitur comica *Γορ-*

γόνες Τιθράσαι. Credo, dicebantur Tithrasiae mulieres esse improbae et propter insitam animi malitiam similes Xanthippae. Has quum se arcessitum Aeacus minetur, innui apparet Plathanen ejusque sociam, mulieres oppido truculentas, quae infra v. 549 in scenam prodeunt. Vide quae dixi ad Thesmoph. p. 477. Veram explicationem dedit jam scholiastes, in quo tamen ridicule additum est, ΛΑΛΩΣ. Τιθράσιος (leg. Τιθράσος) τόπος τῆς Λιβύης, ἐνθα αἱ Γοργόνες διέτριβον. At Τιθράσος ne Atticae quidem locus, nedum Libyae dictus est, sed pago illi Attico nomen fuit Τιθράς, ut recte Stephanus Byz. s. v. Descripsit tamen has quoque ineptias Suidas, tum s. Τιθράσος, ubi leg. πόλις τῆς Λιβύης, ἐνθα αἱ Γοργόνες διέτριβον. καὶ Ἀριστοφάνης· Γοργόνες Τιθράσαι. ἡ ἀπὸ δῆμον τῆς Ἀττικῆς πονηροῦ. διαβάλλουσι γὰρ τὸν δῆμον τοῦτον ὡς κακοπράγμονα, tum s. Γοργόνες Τιθράσαι: Τιθράσος ποταμὸς ἡ τόπος Λιβύης, ἐνθα αἱ Γοργόνες διέτριβον. ἡ ἀπὸ δῆμον τῆς Ἀττικῆς κακοπράγμονος, quemadmodum collata glossa Γοργὼν bene correxit Grotefendus. Praetereo alios aliorum errores, ut Vossii, qui Gorgonas effinxit Tartessias et Welckeri p. 141, qui pisces Tithrasios excogitavit, id est Plathanen in piscem nescio quem convertit. Quasi in Ranis nostris pisces sint interlocutores, ut quondam in comoedia Archippi.

V. 478. ας] ας δ' Venetus.

V. 470—478. Tragici loci parodiam unius duorumve his versibus contineri tam manifestum est, quam quod maxime. Neque id fugit scholiastam ad v. 470 καὶ τὰ μὲν ἐαυτῷ πλάττων λέγει, τὰ δὲ ἐξ Εὐριπίδου —. Et omaino haec saltem joca Ταρτησία μύραινα et Γοργόνες Τιθράσαι in unum cadere Aristophanem supra demonstratum est. Clarius schol. ad v. 475 — παρὰ τὰ ἐν Θησεὶ Εὐριπίδου. — ἐστὶ δὲ τὰ (malim hic quoque δὲ παρὰ τὰ) ἐν Θησεὶ πεποιημένα Εὐριπίδῃ ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτός ἐστι σπονδάων ὁ Εὐριπίδης, ὅλος ἐνταῦθα παίζειν. Et hoc quidem scholium verbis Ταρτησία μύραινα perinepte adscriptum est. Denique ipsi versus servati sunt ad v. 473 ὁ τόπος οὗτος παρὰ τὰ ἐν Θησεὶ Εὐριπίδου· κάρα τε γὰρ σου συγχέω κόμαις ὁμοῦ. θᾶναί τε δ' ἐγκέφαλον· ὁμμάτων δ' ἄπο αἰμοσταγεῖς πρηστήρης φεύσονται κάτω. [Venetus θάνατε δ' ἐγκέφαλον, ὁμμάτων δ' ἄπο αἰμοσταγεῖν —.] Quem locum satis corruptum et ab aliis aliter habitum sic corrigo,

Κάρα τε γὰρ σου συγχέω κόμας δ' ὁμοῦ,
θᾶνας πέδον δ' ἐγκέφαλον· ὁμμάτων δ' ἄπο
αἰμοσταγεῖς πρηστήρες ὕσονται κάτω.

Tertio versu recepi praeclaram emendationem Bentleji, Hermanno recte probatam, ὕσονται pro φεύσονται. Male olim ipse conjeceram, αἰμοσταγῆς πρηστήρ φεύσεται κάτω, etsi verbum φεῖν etiam de ignis et sanguinis flumine dicitur (Thucyd. III, 116 al.). Ceterum Thesei verba esse ad Mino-

taurum existimavit Musgravius, apte ad tragoediae illius argumentum, quae Minotaurum a Theseo interemtum tractabat: ni incredibile esset, Minotaurum tunc (at quale monstrum) in scenam progredi ausum esse. [Schol. V. ad v. 465 παρακλήσιά ἐστι τούτοις τὰ ἐν τῷ Θησεὶ πεποιημένα παρ' Εὐριπίδῃ. ἐκεῖ γὰρ τοιοῦτος ἦν σπουδάζων καὶ τοιαῦτα λέγει πρὸς τὸν Μίνωα. διατάσαι δὲ ἂν τις, μὴ καὶ ταῦτα μιμεῖται Ἀριστοφάνης. Itaque his versibus non Minotauro, sed Minoi regi Theseus minitabatur. Tum memorabile est, de hujus quidem imitationis veritate vel ipsum scholiastam videri dubitasse.] Matthiae autem p. 355 deceptus, credo, dubiis scholiastae verbis ἐστι δὲ τὰ ἐν Θησεὶ πεποιημένα Εὐριπίδῃ timide conjecit, totum hunc locum 470—478 exceptis tantum vocibus Γοργόνες Τιθράσιαι a Theseo repetitum esse. At quomodo tandem fieri potest, ut in uno eodemque loco et tragicus interlocutor et praeterea etiam echidna, mu-raena, Gorgones aliquem interfecturi esse dicantur? quin ipse scholiasta parodiam esse statuit, in qua etiam Aristophanes quaedam finxerit. Vellem omnia mihi tam explorata esse, quam illos Thesei versus Aristophanis animo obversari non potuisse, quibus etsi aliquis crudelissimam necem alteri minitatur, in ipsis tamen verbis et universa dictione ne umbra quidem est ulla similitudinis. Fac, ut scena tamen Ranarum loco conveniat, a scholiasta pro Theseo nominatum esse Pirithoum. Nam in hac tragoedia res agebatur apud inferos, ad quos Theseus cum amico descenderat; Herculis quoque etiam in ea inerant Aeacique personae, ut ostendit Gregor. Cor. in Hermog. in Reisk. orat. Gr. T. VIII p. 948 ἐν μὲν τῷ Πειρίθῳ παρεισάγεται Ἡρακλῆς ἐν ᾧδον κατελθὼν κατὰ κέλευσιν Εὐρυπθέως, καὶ ὑπὸ τοῦ Αἰακοῦ ἰρωτάμενος, ὅστις ἐστὶ, καὶ ἀποκρινόμενος·

Ἐμοὶ πατὴρ μὲν Ἄργος, ὄνομα δ' Ἡρακλῆς·

Θεῶν δὲ πάντων πατὴρ ἐξέφην Διὸς.

Ἐμῇ γὰρ ἦλθε μητρὶ πρὸς κεδνὸν λόχος

Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο.

ἦκα δὲ δεῦρο πρὸς βίαν Εὐρυπθέως.

Omnino igitur in Pirithoo Aeacus Herculi ita respondere poterat, ut supra posui, Κάρα τε γάρ σου — . Nunc et omnes hanc tragoediam Pirithoi nomine non Thesei dicunt, et ne certum quidem scimus, utrum Euripides, an potius Critias tyrannus fabulam scripserit. Quamobrem scholiastae quamvis crebro asseveranti minime tamen credi oportet, hoc nostro loco Theseum Euripideum imitatione expressum esse. Sed quando sine ullis testibus agendum est, fortunam periclitabor. Ac primos tres versus potius videtur Aristophanes ipse finxisse, quam e tali Euripidis loco mutatus esse, in quo pariter atque in Pirithoo Hercules apud inferos versari diceretur (*Τολά Σπυγός σε* scil. Herculem). De caeteris, quae haud dubie ex aliquo tragoediae loco derivata sunt, certius quiddam me spero alla-

turum. Nam et is, quem Aeacus h. l. alloquitur, est Hercules; et in tragoedia quidem fieri vix potest, quin ἔχιδνα ἑκατογέφαλος hydram significaverit Lernaean; et hujus ipsius hydrae veneno constat eam vestem tinctam fuisse, quae foedissimam crudelissimamque mortem Herculi attulit. Quare sic censeo, in aliquo Euripidis loco valem nescio quem id mortis genus, quo eum occubuisse fama est, Herculi his fere versibus praedixisse,

τὰ σπλάγχνα σου
διασπαράξει πνευμόνων τ' ἀνθήσεται
ἑκατογέφαλος ἔχιδνα· τὼ νεφρῶ δέ σου
αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ἡματωμένῳ
διασπᾶσονται Γοργόνες — .

Reliquum est, ut paucis dicam de sententia Bergleri ad Ran. 470 (473), Corais ad Xenocratem p. 185 atque Hermannii ad Trachin. v. 775, qui hanc imitationem esse contendunt Sophoclei loci Trachin. v. 770 εἶτα φοινίας | ἐχθρᾶς ἐχίδνης ὡς ὡς ἐδαίνυτο v. 778 καὶ διώδυνος | παραγωγὸς αὐτοῦ πνευμόνων ἀνθήσεται v. 780 ῥίπτει πρὸς ἀμφίκλυστον ἐκ πόντου πέτρῃν | κόμης δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει, μέσον | κρατὸς διασπαρέντος αἵματός θ' ὁμοῦ. Verum etsi his versibus Herculis mors describitur, de imitatione tamen hujus quidem loci nego cogitandum esse. Ubique enim parodia non leviter adumbrata signa, sed clare expressa habet mutae similitudinis neque ejus solum in re argumentoque, sed in verbis etiam singulis et apicibus literarum. Itaque egregios viros sensisse magis verum dixeris, quam investigasse.

V. 479. Verba καλεῖ θεὸν Xanthiae dat Ravennas. At ὃ καταγέλαστ' non pergentis est sed dicere exordientis. Sed haec verba neque a scholiastis, neque caeteris interpretibus recte explicata esse miror: qui si meminissent versus 196, certe hoc vidissent, malis omnia adhiberi. Simile est quodammodo etiam illud in Vesp. 627 καὶ ἀστράψω, πομπύζουσιν, | κάγκεχόδασιν μ' —, ubi obiter corrigo κάγκεχόδασιν γ'. ut plus esse dicatur ἐγγέζειν, quam πομπύζειν. Nam fulgetras, ut apud Plinium est, poppymis adorare vulgo caeteri solebant, hic autem metu percussus non solum πομπύζει, verum etiam, sicuti nostro loco Bacchus, ἐγγέζει. Teneamus igitur, timidos homines atque superstitiosos diris rebus ominis causa numen interposuisse divinum. Hoc enim vult Bacchus minis Aeaci perterritus: nomina aliquem deum (dic verbi causa Ἀπόλλων ἀποτρόπαιος vel Ἡρά-κλεις ἀλεξίκακος, (Ott sei uns gnädig). Scilicet mala auspicia averti posse putabantur verbis bene ominatis maximeque certi dei nomine. Vide Plutarchum Moral. p. 85 Β οἱ μὲν γὰρ ἐκμεμαθηκότες τὰ τῶν Ἰδαίων ὀνόματα Λακτύλων, χρῶνται πρὸς τοὺς φόβους αὐτοῖς ὡς ἀλεξικάκοις, ἀτρέμα καταλέγοντες Ἑκαστον. Ita etiam in Pseudotheophrasto Charact. XXV (XVI)

superstitiosus conspecto serpente pareia nominal Sabazium (Σαβάζιον καλεῖν), idemque noctuae occurso perturbatus ita loquitur, Ἰθὴν ἄ κρείττων. Et formulae nostrae κάλει θεόν ad Theophrasti verba memor fuit Coraes p. 253, sed eam male retulit ad invocationem Bacchi Sabazii, quod plane nihili est. Ingeniose Pseudhercules nominari juberet Herculem averruncum, nisi ad certi dei designationem articulo τὸν θεόν opus esset. Praeterea Graeci etiam in rerum initiis ominis causa deum unum pluresve nominabant. Exemplo est Liv. XXXII, 25 Mos erat (Argivis), comitiorum die primo velut ominis causa praetores pronuntiare Jovem Apollinemque et Herculem. Adde Eustathium p. 258, 25 θεός, θεός, ὃ κατὰ — ἀρχόμενοι ἔλεγον θεός θεός, et Hesychium s. θεός θεός. Scholiasta tres habet perinde falsas explicationes. Modo enim dicit, qui magnis malis oppressi essent, eos dei auxilium implorasse et sacra pollicitos esse. Eadem partim dicit Suidas s. Ἐγκέχοδα. Audio: at κάλει θεόν esse debet peculiaris quaedam formula in certis rebus usitata. Modo Graecos narrat in sacrificiis libatione tummaxime effusa verbis κάλει θεόν usos esse: ἢ πρὸς τὸ ἐν ταῖς θυσίαις ἐπιλεγόμενον· ἐπειδὴν γὰρ σπονδοποιήσονται, ὥς ἐκκέχεται, λέγεται »κάλει θεόν«· πρὸς ὃ ἐξελέκται (leg. ἐξελέληται) εἰς τοῦτο. Videlicet ipse demum e nostro loco formulam excogitavit simillimis verbis conceptam, ἐκκέχεται· κάλει θεόν. Hoc tamen probat Brunckius, propterea quod Bacchus quandam ventris libationem effuderit. Postremo daduchum ait in Lenaeis verba καλεῖτε θεόν pronuntiasse: τὸ δὲ »κάλει θεόν« τῶς οὕτως ἀποδιδώκασιν· ἐν τοῖς Ἀθηναίοις ἀγῶσι τοῦ Διονύσου ὁ δαδοῦχος κατέχων λαμπάδα λέγει »καλεῖτε θεόν,« καὶ οἱ ὑπακούοντες βοῶσι »Σεμελή! Ἰαχε πλοσυροῦσα.« Quod si maxime verum est (tametsi daduchi nomina et lacchi ad Eleusinia potius referenda videntur), nihil tamen attinet ad locum nostrum. Reiskio omnia, si fieri posset, correcturo hic locus multum facessivit molestiae.

V. 480. ἀναστήσεις Paris. C. ἀναστήση Elb. Monac.

V. 481. ὠρακιῶ per Ienem Cantabr. I. II secundum quosdam grammaticos. Verbum ὠρακιῶ et hic et in Pac. 686 animo linqui significat recteque Moeris p. 425 Ὁρακιῶν, ἀττικῶς· λειποψυχεῖν Ἑλληνικῶς, ubi Libanii, Themistii, Aristateni locos collegit Piersonus. Intellexi autem ὠρακιῶν ab aeolica voce ΩΡΟΣ ductum esse, quae noctem vel potius caliginem oculis offusam designavit. Etymol. M. p. 117, 16, ὥρος καὶ ἄωρος κατὰ πλεονασμὸν τοῖ α μηδὲν πλέον σημαίνοντος. ὥρος γὰρ ὁ ὕπνος. Καλλιμάχος· »πολλάκι καὶ κανθῶν ἤλασα ὥρον ἄπο.« καὶ Σαπφώ· »Ὀφθαλμοῖς δὲ μέλας χύτ' ἄωρος. Hesychius, Ὁρος· ἡ νύξ — . Praeterea vide Meinekium ad Euphorion. p. 126. Jam vero ut ὥρος Aeolensibus quippe φιλωταῖς, ita Atticis δασυνταῖς potius ὠρακιῶν dicendum erat. [Lobeckio iudice in Pathologia p. 10 ὥρος annus et ὥρος nox unum idemque vocabulum est.]

Et Sapphus quidem verba vix aliam notionem habere possunt, nisi hanc ὠρακίᾱσα vel ὠρακιάσεν. Jam a Verbi hodie ignoti (ὠράζω?) Futuro ὠράξω recta proficiscitur ὠρακ-ιᾶν eo malo premi, ut caligo oculis offusa sit. Haud scio, an veram hujus verbi originem multo ante nos summus grammaticus perspexerit Eratosthenes, qui Lycophronis nugas rejicit in scholiis ad Pac. 686 (701) Ἀνκόφρων δὲ τὸ ὠρακιᾶν ἀντὶ τοῦ ὠχριᾶν. Ἐρατοσθένης δὲ τὸ ὑπὸ ἐκλύσεως ἐσκοτῶσθαι. Reliqui grammatici tribus maxime modis errarunt, quum alii esse putarent ὠχριᾶν ut Lycophron, alii a v. ὠρα ducerent utrique scilicet attenuantes ὠρακιᾶν, alii denique ὠρακίῃν esse somniarent τὴν ὥραν αἰκίῃν. Scholiastes ad h. l. Ὁρακιῶ: ὠχριῶ, φροντίζω· ὠρα γὰρ ἡ φροντις, ἐκ δὲ φροντίδων ἐκλύεται τις. ὠρακιᾶσαι δὲ λέγεται τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριάσαι, ἀπὸ τοῦ τὴν ὥραν αἰκίῃν. τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν Ἀμφιαράφ σατυρικῷ· τὸ ὠχριάσθαι θλιβομένης τῆς καρδίας. τοῦτο δὲ πολλοῖς γίνεται. Mire haec quidem perturbata sunt. Corrige audacter, ὠρακιῶ, φροντίζω· ὠρα γὰρ ἡ φροντις· ἐκ δὲ φροντίδων ἐκλύεται τις. ἡ ὠρακιᾶσαι λέγεται τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριάσαι θλιβομένης τῆς καρδίας· τοῦτο δὲ πολλοῖς γίνεται. ἡ ὠρακίῃν ἀπὸ τοῦ τὴν ὥραν αἰκίῃν· τοῦτο δὲ Σοφοκλῆς εἶπεν ἐν Ἀμφιαράφ σατυρικῷ. Auctore utamur Suida s. Ὁρακιᾶσας, in quo hoc ipsum scholium ita legitur, — καὶ ὠρακιᾶσαι λέγουσι τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριάσαι, θλιβομένης τῆς καρδίας· τοῦτο δὲ πολλοῖς γίνεται. παρὰ τὸ τὴν ὥραν αἰκίῃσθαι, ὃ ἔστι τὴν μορφῇν. ἡ Ὁρακιῶ, ὠχριῶ, φροντίζω· ὠρα γὰρ ἡ φροντις. Ἡσιόδου· ὥρη γὰρ τ' ὀλίγη πέλεται νεκίαν. ἐκ δὲ φροντίδων λύεται τις. ὠρακίῃν δὲ τὸ θέμα καὶ ὠρακιῶ (codices paullo melius — φροντίδος ἐκλύεται τις. ὠρακίῃν γὰρ τὸ φῆμα.). In Suida post γίνεται ita corrigo, ἡ ὠρακίῃν παρὰ τὸ τ. ω. α. ο. ε. τ. μ. ἡ ὠρακιῶ, φροντίζω — ἐκλύεται τις. [Similiter V. hic continuat verba, ὠρακιᾶσαι δὲ λέγεται τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριάσαι· θλιβομένης γὰρ καρδίας τοῦτο γίνεται.] Nam haec quidem scholiastae verba θλιβομένης τῆς καρδίας quo referenda sint, praeter Suidam ipse docet versus Aristophanis, ἄλλ' ὠρακιῶ. | ἄλλ' οἷσε πρὸς τὴν καρδίαν μου σπογγίαν. Illam vero scholiastae explicationem, τὴν ὥραν αἰκίῃν formae ὠρακίῃν ad literas simillimae fundamento niti, quum Suidas monstrat, qui formam ὠρακίῃν quamvis alieno loco attulerit, tum clare ostendit Etym. M. p. 823, 33. Ὁρακίῃν, παρὰ τὸ αἰκίῃσθαι τὴν ὥραν, τυντέστι τὴν μορφῇν, ἀντὶ (leg. ἡ ἀντὶ) τοῦ ὠχριᾶν· καὶ ὠρακιῶ, τὸ αὐτό· σημαίνει δὲ καὶ τὸ λειποφυγεῖν καὶ ἐκλύεσθαι. Ex his igitur plane efficitur, Sophoclem teste scholiasta pro ὠρακιῶ posuisse formam non aliunde cognitam ὠρακίῃν; Brunckium vero Dindorfiumque, qui Suida neglecto ne Passivo quidem ὠχριάσθαι offensi, quod improbavit jam Lobeckius in Buttmanni Gr. T. II p. 390, Sophoclis Amphiareo hunc senarium tribuerunt, τὸ δ' ὠχριάσθαι θλιβομένης τῆς καρδίας, procul a vero

aberrasse. [Sophoclis hunc versum esse nunc negat Diindorfius; caetera nihil expedit.] Sed vir amicissimus, qui *lepidum* senarium criticos tanquam Sophoclis effinxisse narrat, ita aliquid dixisse videretur, si aut suam Sophocli manum restituere aut probabilem scholiastae ipsiusve Suidae emendationem invenire potuisset.

V. 482. οἶσαι Juntina I et codd. Barocc. Cantabr. I. II. οἶσε ut vulgo Suidas s. Σπογγιά.

V. 483. Editl. ante Brunckium inepte ἄα. ἰδοὺ λαβέ. Δι. πρόσθου ποῦ 'στιν; ἄα. ὦ —. Brunckius et post eum caeteri ediderunt, ἄα. ἰδοὺ λαβέ. Δι. πρόσθου. ἄα. ποῦ —; Et ita sane Parisini ABCD Vatic. Elb. Monac. Rav. Ven. Mut. Cantabr. I. II et Poggianus. Similiter Barocc. ἄα. ποῦ 'στι νῦν. ὦ χ Jam πρόσθου Baccho male tributum invenerat etiam scholiastes, ἐνταῦθ': ἐνθα μου τὴν χεῖρα προσήγαγες, ἥγουν περὶ τὸν προακτόν. λαμβάνει γὰρ ὁ Διώνυσος τὴν χεῖρα τοῦ Ξανθίου καὶ προστίθῃσιν εἰς τὸν προακτόν. Attamen ipse Brunckius postea intellexit, Dionysio non ut Xanthiae πρόσθου *admove* tibi, sed πρόσθες dicendum fuisse. Ergo recepi certam Hermanni Dobraeique emendationem, ἄα. ἰδοὺ λαβέ, πρόσθου. Διο. ποῦ 'στιν; Accedit, quod verba ποῦ 'στιν; Dionysio assignata recte interpretatur jam schol. ποῦστιν: ὁ Διώνυσος φοβούμενος λέγει· ποῦ ἐστίν ἡ καρδία μου; Denique πρόσθου a Xanthia pronuntiata esse docet v. 490 καὶ προσέει' ἀκνησάμην, unde patet Dionysum ipsum spongia usum esse non illum quidem ad cor reficiendum, ut ostenderat, sed ad podicem abster-

gendum. Ibid. χρῶσθ^{οι} θεα^{οι} Venetus. Qui ὦ χρῶσῃ θεὰ scripsit, haud illepide Venerem animo informavit. At satis comicum est ὦ χρῶσοι θεοὶ διί pretiosi, auro facti, in qua re multum jocat^{ur} Lucianus Jov. Tragoed. c. 7 — 10. Nec minus suaviter ad nomen πολυτέμνητοι θεοὶ allusum est in Acharn. 724.

V. 484. δέισας Rav. Barocc.

V. 485. Pro μου Vaticanus μοι. Accidit Baccho quamvis non brachato fere illud, quod Germanis etiam in proverbio est, daß Herz in den Föfen haben. Contrarium est ἀφοβόσπλαγχνος v. 496. Confer Hom. II. ó, 280 τάρβησαν, πᾶσιν δὲ παρὰ ποσὶ κάππεσε θυμός. De quo loco disserens Eustathius p. 1015, 46 haud satis apte comparavit Amphidis versus de tetricis philosophis ap. Athen. X, 448 α ὑμῶν τῶν μόνον | ἐν τῇ μετώπῳ νοῦν ἔχειν ἐλωθότων. Longe aptius idem meminit gravissimam stuporis descriptionem in Orat. De Halonneseo p. 45, 6 B. εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς χροτάφοις καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρυγαις καταπεπατημένον φορεῖτε. Rursus cum hoc oratoris loco Valckenaerius Diatrib. p. 253, c optime conjunxit Eupolidis memoriam (p. 106 ed. Runk.) — μειράκια κινούμενα, | ἐν τοῖς σφυροῖς ἔλκοντα τὴν στρατηγίαν, quae Eupolidis verba

haudquaquam intellexit Dobraeus Adversar. p. 442 alienissima quaeque afferens nec satis recte Rapius meus p. 63 exposuit. Intelliguntur vero mali imperatores, qui iidem fuerint *ελλποδες*.

V. 486. *θεῶν σὺ | σὺ θεῶν* Barocc.

V. 487. *ὅστις] ὅτι* Elbing. et sic legerat scholiasta, *πῶς δειλός: δειλός εἰμι ἐγώ, ὅτι ἤτησά σε σπογγιάν.*

V. 488. Edd. ante Brunckium, *οὔκουν ἔτερος ταῦτ' εἰργάσατ' ἀνήρ.* *ἤα. ἀλλὰ τί;* Paris. C. *οὐ δειλότερος ταῦτ' εἰργάσατ' ἀνήρ.* — Ab initio *οὐκ ἄν ἔτερος* Venetus et Excerpta Scaligeri itaque edidit Brunckius. Paullo tamen praestat conjectura Elmsleji *οὐ τᾶν ἔτερος* ad Ajacem v. 1338. Pro *ταῦτ'* est γ' *αὐτ'* in Rav. et Cantabr. I., *αὐτ'* in Barocc. Et γ' *αὐτ'* receperunt servato tamen *οὔκουν* Dindorfius et Bothius. At *αὐτ'* pariter ac *ταῦτ'* glossema est. E tribus, in quas incidi conjecturis, *οὔκουν ἔτερος γ' ἄν εἰργάσατ' ἀνήρ.* *ἤα. ἀλλὰ τί;* tum *οὔκουν ἔτερος γ' εἰργάσατ' ἀνήρ ἄν.* *ἤα. ἀλλὰ τί;* atque *οὔκουν ἔτερος γ' ἀνήρ ἄν εἰργάσατ'.* *ἤα. ἀλλὰ τί;* primam elegi. Similiter corrigit Hermannus, *οὐκ ἄν ἔτερος γ' εἰργάσατ' ἀνήρ ἄν.* *ἤα. ἀλλὰ τί;* recte sublato pronomine. Attamen huiusmodi trimetrum haud novit Aristophanes. Nam, ut olim dixi 'De trimetro comico p. 2 sq., comici iis senariis, qui nimia pedum similitudine premantur, constanter abstinent, quemadmodum iidem trimetrum in aequales partes raro tantum nec nisi joci causa distribui patiuntur. Quamobrem omnes formae improbatæ sunt huiusmodi,

— — —		— — —		— — —
— — —		— — —		— — —
— — —		— — —		— — —
— — —		— — —		— — —
— — —		— — —		— — —
— — —		— — —		— — —
— — —		— — —		— — —
— — —		— — —		— — —
— — —		— — —		— — —

Ac prima quidem forma semel exstat in toto Aristophane idque loco percommodo Vesp. v. 979. Neque excipio nisi eos versus, in quibus ex ipsa pedum similitudine lusus quaeritur, ut *μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ μὲ*

Eqq. 10. *ibid.* 100. Avv. 1122. Ran. 184. 271. Pac. 291. Acharn. 31. Nam si quando duae dipodia priores eodem numero decurrunt, non solum ultima dipodia generis esse debet longe diversi, verum etiam nimia similitudo caesurae ope tollenda est. Itaque nemo jure reprehenderit hos trimetros Ran. 4. *ib.* 100. *ib.* 481.

τοῦτο δὲ φύλαξαι· | πάντων γὰρ ἐστὶ ἤδη χολή.

αἰθέρα Διὸς δομάτιον, | ἢ χρόνον πόδα.

πρὶν εἰνὰ σ' ἰδεῖν ἀλλότριον. | Δι. ἀλλ' ὠρακιῶ.

Neque minus intercedit caesura in Ran. 285. Ach. 491. Avv. 52. Theom. 210. 211. 424. Eccles. 75. 79. Nusquam vero hujusmodi trimetrum reperias,

οὐκ ἂν ἑτερός γ' εἰργάσαι ἀνήρ ἂν. Δ. ἀλλὰ τί;

Multo minus ferri posse apparet versum, qualem in Ran. 607 Elmslejus excogitavit

οὐκ ἐς κόρακας; | οὐ μὴ πρόσκειτον. | Δι. εἶεν, μάχι;

Unicum novi, qui sententiae meae minus saveat versum Thesmoph. 458

πλέξαι σταφάνους συνθηματίας εἰκοσι.

Duo alia hujusmodi vitia jam olim correxi Acharn. 513 οὐκ ἠθέλομεν δ' ἡμεῖς δομῶντων πολλὰς; vulgo κοὐκ ἠθέλομεν ἡμεῖς, sed in Rav. est κοὐκ ἠθέλομεν δ' ἡμεῖς et Eqq. 674, ubi leg. ἐγὼ δ' ἐπριάμην τὰ κορίαῖν ὑπευδραμῶν.

V. 489. περὶ om. Mutin. κατέκειτ' (duo codd. Suidae κατὰκειτ') ὁσφραίνόμενος sine particula Suidas s. Ὀσφραντικόν, caetera cum scholio Aldino ad verbum consentiens.

V. 490. ἐγὼ δ' ἀνέστην] Nub. 127 ἀλλ' οὐδ' ἐγὼ μέντοι πᾶσάν γε κείσομαι. Ante hunc versum Bacchi persona in Elb. πρὸς σέ τ' Venetus. Versu sequente Rav. ἀνδρείας et v. 492 ἰδδύσας ionice.

V. 492. Huc spectat Phrynichus Bekkeri p. 65, 9 Τὸν φόρον τῶν φημάτων: ἐπὶ τῶν ἐν λόγοις κομπαζόντων. At hic minime vaniloquentiam significat, sed verba ipso sono terribilia; Aescus enim tragica atque sublimi oratione erat minatus. Cf. Nub. 314 αἱ φθονγέταιμαι τοῦτο τὸ αἰμῶν.

V. 493. τὸν δέ' Cantabr. I.

V. 494. καὶ ἀνδρείος Rav. ληματίας γρ. Venetus. ληματίας ex emendatione Harlej. sed cum eadem fere glossa, quae est in Cantabr. I μεγάλας φρονεῖς καὶ κομπαῖς ὡς λέγεις. Schol. λῆμά ἐστι τὸ φρόνημα. ληματίας οὖν μέγα φρονεῖς. γράφεται οὖν (dele hic οὖν) καὶ ληματίας χωρὶς τοῦ ι, ὡς μεγαλόφρων καὶ ἰσχυρός. Eodem fere modo codices Suidae, Ληματίας: λῆμά ἐστι τὸ φρόνημα. ληματίας οὖν ἀντὶ τοῦ μέγα φρονεῖς. λέγεται δὲ καὶ χωρὶς τοῦ ι ληματίας, ὁ μεγαλόφρων καὶ ἰσχυρός. Photius p. 220, 15 Ληματίας: φρονηματίας· γεννάδας. Scripturam ληματίας probarunt Bentlejas et ad Suidam I. L. Bernhardyus. At ea minime apta est, propterea quod Bacchus quoque forti esse animo (ληματίας) sibi videbatur. Quare Xanthiae animum a suo ipaius ita distinguit, ut servum dicat λη-

ματιᾶν, animo esse nimium confidente ac sibi praesidente. Talis vero animi affectio non minus perversa est, quam in γανυῖαν et contra in ἀποδειλιᾶν. Nam λήμα etiam in vitio poni Valckenaerius ad Ammon. p. 142 demonstravit. Ita qui est ληματίας, is, ut verbo utamur Aeschyleo, ἐν ληματεῖ; qui autem ληματιᾶ, is ut ita dixerim δυσληματεῖ. Quodsi sententia utramque lectionem ferret, tamen ληματιᾶς ut magis comicum videretur probandum esse. Recte enim statuit Lobeckius ap. Buttmannum Gr. T. II. p. 390 ed. sec., comoediam huiusmodi verbis in — ᾶν et — ῖαν delectari. Confer quae supra dixi ad v. 128.

V. 496. λεοντήν Rav. Ald. Junt. I. II aliaeque; ἀφόσπλαγχρος Elb; ἀφοβόσπλαγχρον lemma scholii i. e. ἄφοβος σπλαγχνον.

V. 497. σκευοφόρος e Ranis attulit Pollux X, 14.

V. 498. αὐτ' αὐτὸν Rav. πειστέον] πιστέον Rav. Elbing. Apud Suidam ante Πιστεύω et Πίστις Kuster edidit, Πειστέον: δεῖ πεισθῆναι ἢ πιστεύειν, sed longe aliter codices: Πιστέον: δεῖ πιστεύειν, quae ex hoc Ranarum versu sumta esse arbitror. Videtur enim hic aliquis grammaticus πιστέον sibi probatum a verbo (credite posteri) πιστεύω derivasse. Neque obstat, quod Suidas alibi bonum auctorem sequutus recte scribit, Πειστέον: δεῖ πείθεσθαι. Nam tertio loco s. Οὐ γὰρ ἀλλὰ primum dicit: καὶ ἐν Βατραχείοις· οὐ γὰρ ἀλλὰ πειστέον. ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ πειστέον, ubi Mediolanensis bis habet πιστέον. Tum continuo addit verba scholiastae ad h. l. οὐδαμῶς, φησὶν, ὀφείλεις λέγειν, ἀλλὰ καὶ διδόναι, ἵνα σοι πιστεύσω, ὅτι ἀληθῶς ἐπαγγέλλη μοι αὐτὰ διδόναι (schol. διδόναι μοι αὐτὰ), quae explicatione utcumque absurda tamen indicio esse videtur, fuisse, qui πειστέον vel potius πιστέον a verbo πιστεύω ortum putaret.

V. 499. Ἡρακλαιοξανθίαν] lectio est vulgata, quam agnoscit schol. Sed ἡρακλαιοξανθίαν Rav. (in textu et scholio), Mut. Barocc. Cantabr. I, compositione nominum Ἡρακλῆς et Ξανθίας legitima, quae caeteroquin ab jambico metro abhorreat. In eundem fere modum variant ἀρεοπαγίτης, ἀρεοπαγίτης, ἀρεοπαγίτης. Plura nominum propriorum Composita e comicis attulit Lobeckius in Paralipom. p. 367 recteque iudicavit, Ἡρακλαιοξανθίας numerorum causa epenthesei poetica auctum videri. Ne quis hoc nomen ex Ἡράκλειος Ξανθίας coaluisse putet, satis cavit idem Lobeckius ad Phryn. p. 600 sqq.

V. 501. Huc spectat Hesychius, Ἐκ Μελίτης μαστιγίας: Ἀριστοφάνης ἐν Βατραχείοις ὑπέπλησεν ἀντὶ τοῦ φάναι, ἐκ Μελίτης Ἡρακλῆς. μετημφίεσται γὰρ τὴν Ἡράκλειον στολήν. καλεῖται δὲ ὁ ἐν Μελίτῃ Ἡρακλῆς, Ἀλεξίνακος. Eandem explicationem habet schol. ἀντὶ τοῦ ὁ ἐκ Μελίτης Ἡρακλῆς — μαστιγίαν δὲ ὡς πρὸς δοῦλον — ἀνθρώπων ἀπολλυμένων. Summa istius opinionis haec est, Xanthiae causa praeter expectationem μαστιγίας dictum esse pro Ἡρακλῆς. At praeterquam quod ita οὐν Μελίτῃ μαστιγίας scri-

bendum erat: quum Hercules in tot aliis Atticae pagis tanta religione cultus sit, parum liquet, cur Melitensis Hercules potissimum hic nominetur. Neque enim Melitensis Herculis statua erat tanquam ministri Omphalae servientis, sed longe alius Hercules, dei averrunci. Iisdem argumentis hanc interpretationem in scholio refutavit Apollonius, qui negare non debuit, Herculis Melitensis sacellum Aristophane ipso antiquius fuisse. Etenim pestis jam Ol. 87, 2 vel 3 multo ante Ranas (Ol. 93, 3) Athenis saevire coepit et Hercules ille, si tamen Ageladae opus fuit, aetatem huius Ageladae putanti videbitur aliquanto ante pestilentem annum consecratus esse (cf. Thierschium *Ἐποχὴν* d. bñd. R. p. 159 ed. II.). Sed Apollonius, ante quem alii hoc saltem animadvertenterant hominem certum rideri, vidit praeclare, Calliam Hipponici f. intelligendum esse. Schol. *Ἀπολλώνιος δὲ οὐ κακῶς ὑπονοησθῆναι φησι τὸ καμφθεῖσθαι τινα. ἴσως δὲ ὅτι ἤρχε, διὰ τοῦτο οὐκ ἀνομάσθη, ἥ (hic adde cum Dobraeo, διὰ τὸ) ὀλίγον πρότερον εἰρησθῆναι. Καλλίας γὰρ ὁ Ἰκονίου ἐν Μελίτῃ ὄναι. παρηνάξει δὲ αὐτὸν τῷ Ἡρακλεῖ, ἅμα χλευάζων διὰ τὸ λεοντῇ ἐν ταῖς μάχαις χρῆσθαι, ὥς ἐν τοῖς ὀπίσω » κισθον λεοντὴν ναυμαχεῖν ἐνημμένον (v. 430).^a ἐπεὶ εἶπε ὄντως ἐπὶ τὸν Ἡρακλῆα ἀνέφερε, τί μᾶλλον εἶπε τὸ ἐκ Μελίτης καὶ μὴ ἐξ ἄλλου δήμου; πανταχοῦ γὰρ Ἡράκλεια ἐκίφαν. σύνθηές τε οὐχ οὕτω λέγειν ἐπὶ θεῶν οὐκ Μελίτης, ἀλλ' ὁ ἐν Μελίτῃ, ὥς καὶ Ζεὺς ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ. ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων ἐκ Μελίτης, ἐξ Ἰοῦς (leg. ἐξ Ὀλοῦ cum Valckenaerio Diatrib. p. 292, c.), ἐκ Κολωνῶν [cod. Flor. κοθῶνων; recte Dindorfius Κοθωνιδῶν]. πῶς δὲ καὶ παλαιότερον εἶναι (εἰ γὰρ αὖν) Ἀριστοφάνους τὸ ἀγαλμα, εἰ ἀκμάζοντος τοῦ λοιμοῦ ἰδρῦσθαι; σχεδὸν γὰρ μειρακίσκος ἦδη ἦπτετο τῶν ἀγῶνων. Huius scholii eam partem, quae de ἐν Μελίτῃ atque ἐκ Μελίτης agit, cum Suida compono, qui quum eodem exemplo utatur, non dubito, quin ejus glossa e pleniori scholio nostri versus ipsius fluxerit, *Ἐν Κλάρῳ*: ὅτι σύνθητες τοῖς παλαιοῖς τὸ λέγειν ἐπὶ μὲν τῶν θεῶν, ὁ ἐν Μελίτῃ, ὁ ἐν Κλάρῳ. ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων, ὁ ἐκ Μελίτης, ὁ ἐκ Κλάρου. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ πάσης πόλεως καὶ χώρας. Palam nostrum versum spectat idem Suidas s. *Μαστιγίας ἐκ Μελίτης* scholio, ut quidem nunc est, inutili. Apollonius itaque, cur Calliam Hipponici derisum putaret, duas habuit ad suspicandum rationes, unam quod ille in Melite pago habitasset, alteram quod in proelio, sicut alter Hercules, leonina indutus fuisset. Quae etsi vere dicta sunt, ante omnia tamen ostendendum erat, spectatores Calliae ne nominati quidem personam tam certo agnoscere debuisse, ut verba οὐκ Μελίτης μαστιγίας non possent non ὁ Ἡρακλεῖο — Καλλίας interpretari. Quamobrem plane censo, ab aliquo poeta comico in noto tum loco hunc ipsum Calliam τὸν ἐκ Μελίτης μαστιγίαν paullo ante convicii causa dictum esse (et plerumque ἀληθῶς, ut ἀτεχνῶς, ad certum dictum locumve refertur). Atque etsi Callias haud dubie homo nequam et quasi verbero*

fuit, nostri tamen loci fontem indagare non potui. Scio equidem, ut jam olim De Babylonis p. 39 dixi, similem jocosum multis annis ante motum esse a Cratino comico, uti testatur scholiasta Luciani ad Jov. Tragœd. c. 48 fin. (T. VI p. 390 L.) 'Ο μὲν Καλλίας οὗτος, ὡς Κρατίνος Ἀρχυλόχοις φησὶν, Ἰππονίκου υἱὸς ἦν, τὸν δῆμον Μελίππης, ὡς Ἀριστοφάνης Ὀρέας, πλούσιος καὶ πασχητιῶν καὶ ὑπὸ πορνιδίων διαφορούμενος καὶ κόλακας ἐρῶν. εἰς δὲ στιγματίαν αὐτὸν Κρατίνος καμφοδεῖ, ὡς ἕνα τῶν κατὰ χρεων· οἱ γὰρ δαπειζόμενοι τὰς κτήσεις ὑπεκρίθησαν καὶ ἐπέγραφον αὐτὰς εἰς τὸ γινώσκεισθαι, ὅτι ὑποθήκαι εἰσιν. ὅθεν καὶ Μένανδρος ἄστικτον χωρίον εἰσάγει λέγειν τὸ ἀνπεκιδάνειστον. καμφοδεῖ δὲ αὐτὸν Κρατίνος καὶ ὡς Φάκον γυναικὰ μοιχεύσαντα καὶ τρία τάλαντα δόντα εἰς τὸ μὴ κριθῆναι. De tabulis (ὄροις) indicibus loci oppignerati dictum est in Quæstt. Aristoph. p. 55. Quamobrem Cratinus Calliam fecerat quasi servum et notis compunctum, quod obaeratus et creditorum notis tanquam compunctus esset. At quomodo, inquit, haec in Calliam convenient, filium ditissimi hominis Hipponici? Videlicet Callias, quum adolescens sub patria potestate esset, aes fecerat alienum. Etenim Cratinum de eo tempore loqui, quæ Callias nondum paternam hereditatem adisset, ex eo certum est, quod Cratinus ante Ol. 89, 3 sive paucis mensibus post Hipponici (Ol. 89, 1) obitum mortuus est (vide supra ad v. 297). Neque vero insana Calliae effusio post patris mortem de adolescentis ingenio dubitare sinat: tametsi frustra Sluiter Lectt. Andoc. p. 94 (p. 56 ed. sec.) viventis adhuc patris bona eum dilapidasse quodam Andocidis loco docere conatur, quem locum mulierum erroribus infamem et ab uno Lobeckio Aglaoph. p. 1321 recte explicatum Sluiter minime intellexit. Verum Ol. 91, 2 anno post Hipponici mortem uno Calliae opes mire diminutae erant (Avv. 284). Quin ex Eupolidis Adulatoribus Calliam apparet jam duobus post patris mortem annis strenue bona sua dilapidasse. Velut in loco Pollucis IX, 59 sive schol. Lucian. T. VI p. 380 L. Calliae dictata scriba, qui ei a rationibus est, in tabulis accepti et expensi referre videtur, ita ut ad Calliae verba δίσκων θές ἑκατὸν δραχμὰς inter scribendum respondeat ἰδοῦ. Ejusdem Calliae ad scribam suum verba in iis fragmentis servata puto, quæ attigi in Quæstt. Aristoph. p. 202 ἵππον κλέπτ' ἀσκούοντα θές atque θές τῶν ἀγροθῶν καὶ πρόβατα καὶ βοῦς. Nam ut superiora in expensi, ita haec bona in accepti codicem relata arbitror. Ex eadem scena petita esse conjicio, quæ exstant in cod. Falckenburgiano Pollucis X, 10 αὐτὰ δὲ τὰ σκευῆ καλοῖς' ἂν ἐπιπλάγιον ἢ κούφη κτήσεις, τὰ ἐπισολῆς ὄντα τῶν κτημάτων. ὁ γοῦν Εὐπόλις ἐν τοῖς Κόλαξι προειπὼν, ἄκουε δὴ σκευῆ τὰ κατ' οὐλίαν, ἐπηγάγε παραπλήσιον· τισσυνέγραπται τοῖς τὰ ἐπιπλά. Recte Hemsterhusius corrigit, — καλοῖς' ἂν ἐπιπλά. ἦγονεν ἢ κούφη κτήσεις, recte etiam in Eupolide Phrynichum legisse docet, σκευῆ τὰ κατὰ τὴν οὐλίαν. Sed idem manifesto or-

rore vocem *παραπλήσιον* Polluci tribuit, id quod probatum nollem Hano-
vio Exerc. Crit. p. 141. Nam neque *ἐπήγαγε παραπλήσιον* significare po-
test *addidit paullo post* (*μικρὸν ὑποβάς*), sed potius *addidit similiter*, quod
plane ineptum est, et ad alterius senarii integritatem duo isti pedes *πα-
ραπλήσιον* necessario requiruntur. Recte igitur et Bentleyus Epist. ad
Hemsterhusium p. 85 et ego ipse Quaest. Aristoph. p. 55 Eupolidi id
ipsum vindicavimus; hoc neuter vidit, *παραπλήσιον* vel in Eupolide emen-
dandum fuisse. Equidem nunc priorem versus scribae assigno,

Ἄκουε δὴ σκεῦῃ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν,

posteriorem autem, quem enumerata jam supellectili Callias proloqui vi-
detur, ita plane corripo,

Παραπλήσι' ὄντα σοι γέγραπται τῷπιπλα.

totidem numero vasa a te scripta sunt (tot vasa, quot v. c. oves). Quodsi
nunc recte conjicio, scribam loquutum, *γέγραπται* vulgarem habebit pote-
statem, quam ei l. l. tribuit Hanovius; neque vero, ut olim statui, signi-
ficabit *oppignerata sunt*, praesertim quum *ἐπιγράφειν* potius quam *γράφειν*
sit *ἐνέχυρα τιθέναι*, *ὑποτιθέναι*. Neque enim si Cratineus Callias patre
superstite omnia oppigneravit, ideo etiam Eupolideus Callias tanto post,
patre vixdum mortuo eodem descendere necessario debebit. Ceterum co-
dex fortasse non *τεσσονέγραπται* exhibet, sed ita uti Bentleyus l. l. scri-
psit, *τεσσονέγραπται*. — Ceterum hic *ἀλλ'* om. Mutin. *ὅκ' ἐμείλιττες* Rav. *ὁ
'x* *Μελλίττης* Barocc.

V. 502. *αἰρωμαι* Rav. Parisinus C Cantabr. I atque edd. Gel. Lugd.
Port. Kust. *αἰρωμαι* reliqui codd. edd. Ald. Junt. I. II aliaeque. Scaliger
„*αἰρωμαι* ταδι *ut et alii.*“ *αἰρωμαι* Dawesius Misc. Crit. p. 237 et recen-
tiores. Pro *ταδι* Rav. *τάδε*.

V. 503. *Θε. Περσεφ.* praefigunt Cantabr. I. II. Famulum in ancillae
locum subrogat schol. ad. v. 534 (535) *ὅτε δὲ ὁ θεράπων ἀπήγγειλε τῷ
Ξανθίᾳ, ὅτι ἡ κόρη δειπνον καὶ ὄψα ἐποίησε*. — Contra ancillam tuetur
schol. ad v. 513 — *ἄμα τῇ θεραπαύῃ τῆς Περσεφόνης*. [Schol. V. ad h. l.
θεράπων, ὡς δὲ τινὲς φασιν, δούλη Περσεφόνης.] Ille error (puto autem
esse errorem) sive ex ambiguo signo *Θε.* sive e Xanthiae vel potius Aeaci
similitudine nasci potuit. Pro *Ξανθί* Mutin. *Ξα*.

V. 504. Recte vulgo *θεός σ' ὡς*. Pronomen *σ'* abest a Rav. Mutin.
Barocc. Cantabr. I Harlej. et ab ed. Ven. II, quae *θεός σ' ὡς*. In vulgata
scriptura trajectio pronominis ferri potest, ut in Lysistr. 376 *ὅκ' οἶδά σ' εἰ
τῷδ' ὡς ἔχω τῇ λαμπάδι σταθεύσω*; ibid. v. 753 *ὦρα μ' εἰ καταλάβοι | ὁ
τέκος ἔτ' ἐν πόλει, τέκοιμ'*, neque prorsus dissimilia sunt, quae in Quaest.
Luc. p. 27 sq. collegi. Pro *ἦκουτ'* Rav. *ἦκουτα*.

V. 505. *καταρηκτῶν* Cantabr. I. II *καταρικτῶν* marge Leid. *κατ' ἐξήκω-
τῶν* Elb. (qui etiam *ἐπεπτεν*), *καταρικτῶν* Parisinus C et Suidas s. *Ἐρειν-*

τόν, κατερικτοῦ Mutin. et ita citat Joann. Diaconus ad Hesiod. scut. Herc. 287 p. 525 Gaisf. Vulgatam servat Etym. M. p. 387, 16 in quo est ὄψε pro ἤψε. Singularem κατερικτοῦ male probat Blomfieldus Glossar. ad Pers. v. 544. Per errorem κατερικτοῦ ξινους ab istis librariis arce conjuncta sunt. At ἐρικτὰ, κατερικτὰ de cibo, quantum e grammaticis colligo, semper numeri fuisse videtur pluralis. De Hercule pultiphago supra dixi ad v. 63.

V. 506. βοῦν] βοῦν τ' Venetus, βοῦν δ' Suidas s. Ἀπηνθράκιζεν, ubi cod. Oxon. καὶ βοῦν ἀπηνθρακίζόμενον. Verba βοῦν ἀπηνθράκιζ' ὄλον eo spectant, quod totos boves comedebat Hercules, de qua re vide Boeckhium ad schol. Pindar. 150 p. 638. Non mirum igitur, quod Herculi bos immolari solebat testante praeter alios loco Avv. 567. De edacitate Herculis locus classicus est Athenaei X, 411 a et porro.

V. 507. κολλάβους] Cum scholiastae memoria ἄρτοι νέοι ἐκ νεοπύρων (νέων πυρῶν Kust.) consentit Athenaeus III, 110 f. Idem vero, quem Suidas s. Κολλάβους partim descripsit, verbum et inepte a κολληβίεσθαι vel ut Zonaras II p. 1229 a κολοβοῦσθαι ortum putat et significationes confundit diversas, quum scribat, τοὺς ἄρτους λέγει τοὺς εἰκότας τὴν κλάσιν τοῖς κολλάβοις τῆς κιθάρας, quam opinionem miror non reprehensam ab Hemsterhusio ad Luc. D. Deor. VII, 4. At epitonium Attici minime κόλλαβον, sed κόλλοπα dixerunt ipso scholiasta teste, qui exoletum sive cinaedum, qui et ipse Atticis κόλλοψ ejusque amator κολλοποδιώκτης est, a Sicyoniis κόλλαβον appellatum esse tradit (καὶ οἱ λάσταυροι ὑπὸ Σικωνίων λέγονται). Similiter Phrynichus Eclog. p. 193 epitonia lyrae attice κόλλοπας, in alia autem dialecto nescio qua κολλάβους nominari refert. Ex his intelligitur, κόλλαβος non Athenis, sed in aliis Graeciae locis tum de epitonio tum etiam de cinaedo dictum esse. Verum eadem vox, ubi quidem panis genus placentaque designaret, Athenis recepta est, siquidem placenta et vere attico verbo κόλλιξ et secundum aliam dialectum ab iisdem tamen Atticis etiam κόλλαβος dicebatur. Testis mihi est Athenaeus III, 112 f. τῶν δὲ κολλικῶν ἄρτων, οἱ αὐτοὶ δ' εἰσὶ τοῖς κολλάβοις —. [Schol. Flor. ad h. l. τοὺς λεγομένους κόλλικας. Ita scribendum, non κύλικας.] Ac nescio an ex Archestrato Athen. III, 112 a Ehippo ibid. 112 f. Aristophane Ach. 837 colligere liceat, panem istum proprie a Thessalis Boeotisque nomine κόλλαβος dictum esse. Plures grammatici κόλαβος per unum λ agnoscunt ut Suidas, Κόλαβος: ὁ μικρὸς ψωμός. Quam formam opinor restituendam esse in Ran. 576, ὃ τοὺς κολάβους κατέσπασας. Revera enim panes devoraverat Hercules (v. 551). Quod in omnibus libris exstat τοὺς κόλικας, id scholiastarum glossema esse ex eo concluditur, quod κόλλιξ et κόλλαβος unus idemque panis fuit. Nam τοὺς κόλικας certe vitiosum est, tum quia pro κόλλιξ nusquam legitur κόλιξ, tum idcirco quod τοῦ κόλλικος

jota constanter habet productum (vid. Ephippium Athenaei III, 112 f. Hipponactem ibid. VII, 304 b. Nicophontem ibid. XIV, 645 c cl. Etym. M. p. 367, 33). Scholiasta ad v. 576 κόλινας: ἢ ἄρτους ἢ ἔντερα. Qui scripsisse videtur, ἢ ἄρτους ἢ ἔτερα, prorsus ut loquitur Erotianus p. 202 κόλλινας: ἀρτίσκιον εἶδος ὡς πλακούχτων. — τινὲς δὲ ἔτερα ἐνόμισαν. [Al etiam schol. V. l. l. ἔτερα agnoscit.] Critici tamen ex incerta voce ἔτερα scholiastam coniecerunt in aliquo codice non κόλινας, sed χόλινας invenisse, in quam opinionem primum incidit Piersonus ad Moer. p. 405. Schweighauser autem ad Athen. VII p. 540 scholio isto fretus in Aristophane ὃ τοὺς χόλινας κατ. rescribit, quem ita sequitur Schaefer ad Gregor. Cor. p. 550, ut corrigendi sive τοὺς χόλινας sive τὰς χόλινας optionem fecerit. Laudo, quod Dindorfius Atticos αἱ χόλινες dixisse censet (Lobeck. ad Phryn. p. 310); recepit autem et ipse conjecturam τὰς χόλινας. Articulus tamen indicare videtur, h. l. aliquem cibum de eorum numero commemorandum esse, quos devorasse Hercules supra v. 551—560 dictus erat, quibus in locis viscerum nulla plane mentio injecta est. Ceterum ad v. 507 spectat balbutiens scholiasta ad Pac. 1162 κολλάβους: — καὶ ἐν Βατράχοις μέμνηται ἄρτους ἔπειτα κολλάβους. Ibid. ἀλλ' εἰσθι. δεῦρ' εἰσθι Rav. Ven. Mut. Monac. scilicet e v. 503. Pro εἰσθι Cantabr. I ὄτι eadem qua v. 503 discrepantia e locis parallelis sumta.

V. 508. De recusandi forma καλῶς post Casaubonum Lect. Theocr. c. XVI init. multi dixerunt, in his Valckenaerius ad Phoen. v. 406, ceterum quod blanditias, urbanitatem, euphemismum denique gratias agentis inesse contendunt, ita, credo, interpretati, *pulchre (mone)*, haud dubie falluntur. Recte veteres magistri καλῶς simpliciter recusantis esse statuunt, ut Phrynichus Bekk. p. 49, 20 schol. ad Ran. 512 (513) ibid. v. 888 (886). Etenim καλῶς (ἔχει) nihil aliud significat, quam hoc: *bene est, ita ut oblata conditione uti nolim*. Hic igitur Xanthias ad coenam vocanti verbis κάλλιστ', ἐπαινῶ et mox πάνν καλῶς respondet sibi bene esse utpote jam satiatu cibo et probe expletus. Nemodum aptissimos locos comparavit Lysiae De caed. Eratosth. 23, 1 B. — ἐδειπνοῦμεν. ἐπειδὴ δὲ καλῶς αὐτῷ εἶχεν, ἐκείνος μὲν ἀπίων ᾗχετο, ἐγὼ δ' ἐκάθευδον et iterum ibid. 39, 5 — συνοδαίπνει, καὶ ἐπειδὴ καλῶς εἶχεν αὐτῷ, ἀπίων ᾗχετο, quum bene haberet id est quum esset satur. Eodemque modo apud Clearchum Athenaei XIV, 642 b aliquis epulari jussus respondet, μηδαμῶς· καλῶς ἔχει. Partim vulgatae, partim nostrae sententiae favet Plutarchus Moral. p. 22 f. αὐτῷ δὲ τῷ ἐπαινεῖν ἀντὶ τοῦ παραιτεῖσθαι νῦν χέρεται, καθάπερ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλῶς φάμεν ἔχειν καὶ χαίρειν καλεῖσθαι, ὅταν μὴ δαήμεθα μηδὲ λαμβάνομεν. Neque enim saturi tantum, sed etiam alii καλῶς dicunt recusantes, ut Euripides infra v. 888. Aegrotanti succlamatum est καλῶς ἔχει, Lucian. De Saltat. c. 76. Sed Casaubonus, Kuster, Valckenaerius, Brunckius

ut καλῶς blande dictum censerent, moti sunt urbanis Romanorum formulis nostratum dicto „*Ich danke*“ simillimis, veluti *benigne* (Horat. Epp. I, 7, 16 et v. 62), *gratia est* (Plaut. Menaechm. II, 3, 36). — Ibid. Pro *ὁ ἐγὼ* Elb. αὐ, pro *Ἀπόλλω* Monac. Cantabr. I Harlej. ἀπόλλ'. Quod in omnibus libris est, οὐ deleri jusserunt Duker craseos ignoracione atque ob aliam causam non minus falsam Elmslejus ad Oed. Col. v. 177, quem sequitur Matthiae Gr. Gr. p. 988 ed. II. De gravi negatione οὐ μὴ (minime) supra disserui ad v. 462. Si de potestate hujus negationis quaeritur, nihil aptius particulis οὐ μὴ cogitari potest et nostro loco et in Soph. Electr. 1052 οὐ σοι μὴ μεθέξομαι ποτε, | οὐδ' ἦν σφόδρ' ἡμείρουσα τυγχάνης et in Oed. Col. 177 οὐ τοι μήποτε εἴ ἐκ τῶν δ' ἐδράνων, | ὧ γέρον, ἄκουτά τις ἄξει. Quibus in locis inepte haesit Elmslejus, quum significatione particularum neglecta ne illud quidem reputasset, non semper iis aut prohibendi vim inesse aut secundam Verborum personam subjici. Veruntamen conjecturam illam ideo praeterire nolui, quod haec quoque prorsus graeca oratio est, μὰ τὸν Ἀπόλλω, μὴ σ' ἐγὼ περιόψομαι. Evolvamus loca primum a Reisigio Conj. p. 107 collecta Lysistr. 917 μὰ τὸν Ἀπόλλω, μὴ σ' ἐγὼ | καίπερ τοιοῦτον ὄντα κατακλινῶ χαμαί, Ecclesiaz. 1000 μὰ τὴν Ἀφροδίτην, ἧ μ' ἔλαχε κληρομένη, | μὴ γὰρ σ' ἀφήσω. Avv. 195 μὰ γῆν, μὰ παγίδα, μὰ νεφέλας, μὰ δίκτυα, | μὴ γὰρ νόημα κομπόταρον ἦκουσά πα. Quaeritur, cur his in locis μὴ potius quam οὐ positum sit. Reisigius igitur et Matthiae II. II. quia μὰ τὸν Ἀπόλλω μὴ fere idem sit quod μὰ τὸν Ἀπόλλω οὐ μὴ, hic quidem μὴ pro οὐ μὴ dici potuisse censent: quod etsi Ranarum versu commendari videtur, tamen quum conjunctiones μὴ et οὐ μὴ permisceri nequeant, falsum est et toto genere coactum. Minime vero sibi constitit Matthiae, quum in Ranis οὐ μὴ, id quod ipsius explicationi convenit, in μὴ mutaret. Primum equidem Ranarum versum, in quo οὐ μὴ aptissime dictum est, a caeteris locis, qui simplex μὴ post iurandum habent, multum differre iudico. Deinde miror, quod neque Reisigius, neque Matthiae, neque Elmslejus animadverterunt, hunc usum ab Homero acceptum esse: quod si vidissent, facile vim particulae μὴ assequuti essent. Etenim illud μὴ valet ὅτι μὴ ἰδὴ (ἴσῃστε daß nicht) atque μὴ ideo recte habet, quod non specie, re ipsa tamen oratio est obliqua, quae in oculos paene incurrit apud Homerum II. κ', 330 ἴσῃσιν νῦν Ζεὺς αὐτὸς, ἐργιδουπος πέσις Ἥρης, | μὴ μὲν τοῖς ἔκποισιν ἀσῆρ ἐποχρήσεται ἄλλος et II. δ', 41 ἴσῃσιν νῦν τόδε Γαῖα — μὴ δὲ ἐμὴν ἰσῆτα Ποσειδάων ἐροσέχθων | πημάλνει —.

V. 509. Libri περιόψομαι ἀπειθόντ'. Recte crasin esse statuit Porsonus eamque hoc versu confirmavit Platonis comici ap. Athen. XIV, 644 α ἄσκληπιοι ἐναντιόζομαί πλάκουντος, ἀλιβάνωτος. Adde Acharn. 306 Χα. ὡς ἐσθνήξαν ἴσθι νυνί. Δι. δῆξομάρ' ὅμῃς ἐγώ, ubi δῆξομάρ', ut recte Dawesius Brunnkiesque, non est δῆξομαι ἄρα, sed δῆξομαι ἄρα. Prorsus eo-

dem modo *οὐκ ἔπειτα* in Thesmorph. v. 248. Porsoni sententiam non video cur tantopere respuerit Reisigius Synt. Cr. p. 31 et p. 44, quem fugere non poterant certa atticae craseos exempla *κἄν* (pro καὶ ἄν), *ἀγαθός*, *κάπο*, *κάρτετ*, *ἀγαθαί* cet. Valet id etiam de Infinitivo Verbi in Lysistr. 116 *δοῦνᾶν ἔμμεντης παραταμοῦσα θῆμισιν*, de quo loco recte iudicavit Elmslejus ad Oed. Tyr. v. 1227 addiditque etiam in Eqq. v. 1171 *οἷσι γὰρ οὐκ αἰσθῶν ἔτι τήνδε τὴν πόλιν* crasin esse, neque ut vulgo *οὐκ αἰσθῶ* ἄν elisionem. Eiusdem generis est, si ad Thesmorph. p. 238 recte conjeci, illud in Ran. v. 1028 *νικητούσας*, id est *νικῆσαι ἀκούσας*. Ceterum Reisigius aoristum quoque sustulit. At οὐ σε *περιόχουσαι ἀπειθόντα* Graecis est, *non committam, ut abeas*. Cf. Lysiam in Simonem 47, 2 B. Ar. Pac. 10 Eccles. v. 370 ibid. v. 1068 cet.

V. 511. *κῶνον* — *γλυκύτατον*] haec ob crasin non vini sed vocalium in *κῶνον* afferunt Suidas s. *Κῶνον* et, in quo *κεράννυ* est pro *ἀνεκεράννυ*, Etym. M. p. 551, 28.

V. 512. Omnes edd. ante Dindorfianas omnesque codd. Dionysio tribuunt verba *ληρεῖς* — ἀφῆσω ac tum demum ante καὶ γὰρ personam habent ancillae. Ita etiam schol. cum prava explicatione, *ληρεῖς ἔχων*: τοῦτο λέγει κρατῶν αὐτὸν ὁ Διόνυσος, καὶ μὴ συγχωρῶν εἰσελθεῖν ἅμα τῇ θεῶν καὶ Περσεφόνης et iterum, καὶ γὰρ αὐλήτρεις: αὕτη ἡ κατασκευὴ πρὸς τὸ » ἀλλ' εἰσελθ' ἅμ' ἐμοί. Sed in Parisino D ante *ληρεῖς ἔχων* ut vulgo persona est Bacchi, ceterum ante καὶ γὰρ Xanthiae; in Parisino C haec omnia *ληρεῖς ἔχων* — πῶς λέγεις; (v. 515) Baccho continuantur; in Ravennate etiam verba καὶ γὰρ — δὴ ἡ τρεῖς continuantur Baccho. Parisini C et Ravennatis distinctionem apparet Scaligeri conjecturae favere. Vulgata defendi non potest. Nam si Bacchus ut tandem introiret Xanthiae suasisset, dicendum erat οὐ γὰρ σ' ἐάσω non ἀφῆσω; neque ancilla pergere ullo modo posset, καὶ γὰρ αὐλήτρεις γέ σοι —, quia Xanthias denuo recusaverat, sed nimirum ita pergere deberet, μὴ ἀλλὰ αὐλήτρεις σοι — vel αὐλήτρεις μὲν οὖν σοι—. Enimvero luce clarius est, Scaligeri emendationem probandam esse, qui Bacchi nomine deleto verbis *ληρεῖς ἔχων* κ. τ. λ. ancillae personam praefixit. Nempe ancilla in Xanthiam usque recusantem invehitur et dimissuram negat, deinde novas addit illecebras, plane ut v. 508 sqq. Scaligeri correctionem Benteleus, Duker, Brucknius in adnotatione, Welcker, Vossius, Dindorfius, Bothius sequuti sunt. Ceterum vulgatam distinctionem omnino habuit scholiastes, ut postrema ejus verba ostendunt; prior autem explicatio ab h. l. plane abhorret, quum non modo Xanthias, sed ne ancilla quidem jam nunc introire veliat. Hanc vero partem referendam esse intelligo ad v. 522, quo loco Aldinus scholiasta non dicit nisi haec, κρατῇ τὸν Ξανθίαν ὁ Διόνυσος. Nam plenius scho-

lium olim fuerat hujusmodi, ἐπίσχες οὗτος: τοῦτο λέγει κρατῶν τὸν Ξανθίαν ὁ Διόνυσος καὶ μὴ συγχωρῶν εἰσελθεῖν ἅμα τῇ θεορακαλίῃ τῆς Περσεφόνης.

V. 513. γέ τοι ed Lugd. Amst. *Alīi habent τοι pro σοι* Scaliger. Pro γέ Venetus τέ.

V. 514. Vulgo ἦδ' ἔνδον, quod Bothio *hic intus* significare visum est. Vulgatam habent non solum edd. ante Brunckium, sed etiam codd. omnes, diserte Ravennas Bekkeri, tum Ven. Mut. Parisini ABCD Cantabr. I. II Harlej. [Sic etiam schol. V. τὸ τέλειον, ἦδε.] Mira fide Invernitiū in Rav. et Borgiano a se μί' ἔνδον inventum esse fabulatur. Immo μί' ἔνδον infelix Brunckii conjectura est, quam ipse ob proxima verba δὴ ἢ τρεῖς putavit certissimam. Nos vero hic ἦδη exspectamus, ut paullo post v. 517. Probo igitur Seidleri Dobraeque emendationem ἦδη ἔνδον, quam jure recepit Dindorfius comparavitque μὴ ἔνδον in Thesmoph. ἦδη ἔστιν et ἦδη ἔξεργεται in Pace. — Rav. κ' ὀρχηστρίδες, κώρχηστρίδες Cantabr. I.

V. 515. Vaticanus et Parisinus C apud Brunckium ad v. 515 (512) distinguunt Ξαν. πῶς λέγεις; Θε. ὀρχηστρίδες ἡβύλλ. quod quum ferri nequeat, placuit tamen Kustero. Ravennati tribuit Bekker Ξαν. πῶς γε λέγεις; ὀρχηστρίδες; Θε. ἡβύλλ., Invernitiū autem Ξαν. πῶς λέγεις; Θε. ὀρχηστρίδες ἡβύλλ. Neque Bekker in vocula γε erravit, neque ut Vaticanus et Parisinus C demonstrant, in persona Invernitiū. Ergo ita legit Ravennas itaque distinguit, Ξαν. πῶς γε λέγεις; Θε. ὀρχηστρίδες ἡβύλλ. [Ita nunc ipse Bekker apud Dindorfium.] Qui factum sit, ut librarii personas turbarent, indicio est Aldina, in qua versus 515 ἔτεροι — ὀρχηστρίδες propter homoeoteleuton excidit. ideoque ante ἡβύλλιῶσαι nota personae deest. Primum exstat versus 515 in Juntina I, quae bene distinguit Ξα. πῶς λέγεις ὀρχηστρίδες; Θε. ἡβύλλ. At Juntina II modo ab Aldinae modo Juntinae I exemplis pendere solita versum 515 e Juntina I ita recepit, ut tamen non magis quam Aldina ante ἡβύλλιῶσαι notam habeat personae. Hoc Juntinae II vitium transiit in Junt. III Ven. I. Raspīus meus tum quidem adolescens verba πῶς λέγεις; ὀρχηστρίδες; Dionysō tribui voluit hinc potissimum explicans, qui v. 512 in omnibus codd. est, personae errorem. At Bacchi nomine substituto vis comica hujus loci peribit, quae in eo cernitur, ut Xanthias nec tot cibis neque vino moveatur talesque escas constanter recuset; simulatque vero libidinis explendae spes ostendatur, subito totus amore exardescat. [Confirmat tamen Raspīi conjecturam schol. V. ad h. l. εἰσάγεται καταφευγῆς Διόνυσος, nisi aliud egit; Xanthias enim simulat Herculem.] Quare Raspīus ita saltem corrigere debebat, Ξανθ. πῶς λέγεις; Διον. ὀρχηστρίδες; quod commentum sat lepidum haud spernerem, nisi v. 522 Bacchi verba ἐπίσχες οὗτος esse viderentur incipientis loqui.

V. 516. Verbum ἡβύλλιᾶν e comico affert Eustathius p. 438, 5 et p. 1703, 20. Verba ὀρχηστρίδες ἡβύλλιῶσαι κἄρτι παρατετυλμένα e Ranis citat

Suidas s. Ἠβολλιῶσαι. Versum 516 affert etiam Etym. M. p. 283, 51. Comparo post Berglerum Pherecratem ap. Athen. VI, 269, b κόραι δ' — ἀρτίως | ἡβολλιῶσαι καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι — .

V. 518. ἤμελλ'] ἔμελλ' Rav. Barocc.

V. 519. Vulgo ταῖς αὐλητρίσι. Sed ταῖς ὀρχηστρίσιν Rav. Cantabr. I Harlej. Parisinus E Barocc. et Suidas s. Αὐτός, ubi e Ranis affert, φράσον ταῖς ὀρχηστρίσιν, ὅτι αὐτὸς εἰσέρχομαι. Quam lectionem Brunckius in adnotatione, Welcker, Vossius, Dindorfius jure comprobant. Neque enim αὐλητρίσι sed ὀρχηστρίσι scribendum esse docuit Brunckius e v. 513 et contra v. 514—516, quum nullo modo intelligi possit, cur nobis ex una tibicina subito plures existant. Cf. etiam infra v. 544.

V. 520. ἔνδοθεν οὖσαις αὐτὸς ὅτι γ' εἰσέρχομαι Elb. ἔνδοθεν οὖσαις αὐτὸς ὅτι εἰσέρχομαι Parisinus C. ὅτι αὐτὸς εἰσέρχομαι Suidas. ἔνδον] ἔνδοθεν etiam Mutin. ὥς] ὅτι etiam Rav. Mutin. ὅτ' Ven. Barocc. Egrege vero hic Xanthias de semetipso ponit αὐτός. Gerit enim se pro hero, quum reapse servus sit, mire gestiens persona herili. Nec minus superbe pergit, ὁ παῖς ἀκολούθει δεῦρο τὰ σκευὴ φέρων, non sine pulchra nominum αὐτὸς et ὁ παῖς oppositione. Ita fit, ut hoc unico in loco dominus de sese prorsus apte αὐτὸς dixerit, id quod cum loquendi consuetudine Graecorum pugnat. Fallitur enim Hemsterhusius ad Plut. v. 959 de versu μὴ δῆτ'. ἐγὼ γὰρ αὐτὸς ἐξελέλυθα, in quo αὐτὸς non dominum designat, sed est sponle, ut in Lysistr. 1107 Eur. Heracl. 118 et alibi. Immo αὐτὸς ut apud Romanos ipsa misit (i. e. domina) honoris reverentiaeque causa servus, discipulus, parasitus denique dicere solebat de hero, doctore, genio, ut Pythagorei αὐτὸς ἔφα ipse dixit; ipse autem erat Pythagoras. Ita in Nub. 220 discipulus de Socrate ponit αὐτὸς, cui egregie Strepsiades nōdum etiam ipse Socraticus, τίς αὐτός; Pollux III, 74 in cod. Falckenburgii, Ἀριστοφάνης μέντοι κατὰ τὴν πολλῶν συνήθειαν τὸν δεσπότην αὐτὸν πέκληκεν εἰπὼν ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρω· Ἀνοιγέτω τις δάματ'· αὐτὸς ἐρχεται. Ad hunc versum a Polluce allatum pertinet Antiattic. Bekk. p. 78, 30 Αὐτός: ἀντὶ τοῦ ὁ δεσπότης. αὐτὸς λέγει, αὐτὸς ἔρχεται (scribe ἐρχεται) Ἀριστοφάνης.

V. 522. Schol. ad Plut. v. 143 affert οἱ τοι πον σ:ουδὴν ποίσις. Et οἱ τοι πον etiam Barocc. Parisinus D tum edd. a Juntina II ad Kusterianam. οὐ τις πον Excerpta Scaligeri et cod. Venetus. οἱ τι πον Ald. Junt. I scholiastes et codd. Parisini ABC Rav. Mut. Cantabr. I. II. Hoc tandem restituit Brunckius, qui οἱ τοι πον graecum esse recte negat, restituit autem post Devarium, Reiskium et Valckenaerium ad Phoen. v. 455. — Ibid. Codd. atque edd. omnes cum scholiasta ποίσις sive ποίσις praeter cod. Venetum, qui habet ποίσι. Ita legit etiam, in explicatione tamen lapsus, Photius p. 532, 14 Σπονδὴν ποιέσθαι: τὸ ὀργίζεσθαι. οὕτως Ἀριστοφάνης ἐν

Βαρύτοις, quae eadem glossa in Bachmanni Anecd. exstat T. I p. 369, 6. Medium constans loquendi usus postulat atque id probarunt Hermannus ac Dobraeus recepitque tandem in tertia editione Dindorfius. Quanquam longe aliud est *σπουδὴν ποιῆσθαι περὶ τινος* sive *περὶ τι* sive *ἐπὶ τινι* magnam operam in re collocare (Platon. Conviv. p. 379 Bekk. Lucian. Nigrin. c. 33. Alexand. c. 2. Lexiph. c. 20. De Saltat. c. 1. ibid. c. 76.); aliud rursus, quod nostro versu legitur, *σπουδὴν ποιῆσθαι τι* rem pro seria habere, aus einer Sache Ernst machen. Hoc enim ita dictum est, ut in Eqq. 63 ὁ δ' αὐτὸν ὥς ὄρε' μεμακκοηκότα, | τέχνην πεποιήται, quem locum minime ab interpretibus intellectum sic velim exponas, fraudes suas in quandam artis formam redegit, er macht eine förmliche Kunst daraus. Confer Lucian. De Mort. Peregr. 18 τέχνην τὸ λοιδορεῖσθαι πεποιημένον, De Saltat. 9 τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένους, De Merced. Cond. 30 ἀνδράσι τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένοις, Pseudolog. c. 16 καὶ διὰ τὸ ἐποιεῖτο τὴν σπουδὴν τοῦ δήμου. Non magis viri docti intellexerunt locum De Conser. Hist. c. 59 — διατρεφὴν ποιούμενον τὸ πρᾶγμα, ὥς κατηγορεῖν μᾶλλον ἢ ιστορεῖν τὰ πεπραγμένα i. e. convicium vertere in oblectationem aus dem Schwärmchen ein ergötzliches Geschäft machen. Adjice De Mort. Peregrin. 12, De Saltat. 21, Platonem in Timaeo Τίμαιος περὶ φύσεως τοῦ παντός εἰδέναι μάλιστα ἔργον πεποιημένος, Plutarch. Moral. p. 17 Ὁ τοῖς μηδὲν ἄλλο πεποιημένοις ἔργον, ad quem locum apta inepta dedit Wytttenbachius VI. I. p. 195.

V. 523. Vulgo Ἡρακλῆα γ' ἐσκεύασα cum particula sane absurda. Ἡρακλῆα γ' ἐσκεύασα Venetus, Ἡρακλῆ' ἐσκεύασα Rav. Ἡρακλῆα δ' ἐσκεύασα Barocc. Recte Elmslejus ad Acharn. v. 384 Ἡρακλῆα ἑσκεύασα, idque post Dindorfium suscepi. Vide Acharn. 362 sive 411 ἐνσκευάσασθαι μ' ὅλον ἀθλιώτατον, Polluc. X, 14 καὶ τὸ ἐνσκευάσθαι τινὰ σκευὴν, et quae dixi de Lucianeis verbis βασιλικῶς ἐνσκευασμένος in Quaest. p. 322.

V. 524. φλυαρήσης Elb. Monac. Parisini AD Mut. Ven. Barocc. Cantabr. I.

V. 525. Vulgo ἀράμενός γ' ὁλεις librariorum fraude, qui primam in ἀράμενος natura longam esse nesciebant. Recte ἀράμενος ὁλεις Parisini CD Rav. Ven. Mut. et sic Dawesius Misc. Crit. p. 237, Brunckius, Dindorfius. Abest γ' etiam a Barocc., qui habet ἀλλ' ἀράμενος πάλιν ὁλεις—.

V. 526. οὐ δῆπον] οὐ δῆπον Cantabr. I οὐ τι που Venetus schicet e v. 522. διανοεῖ] διανοῇ Elb. Monac. et Junt. I. Particulas οὐ δῆπον attigit scholiasta recteque statuit eas non, ut Kustero visum est, negandi vim sed affirmandi potius habere; ceterum neuter vidit hanc esse interrogationem. Schol. ἀντὶ τοῦ ὄντως διανοῇ ὥστε ἀφελεῖσθαι με τὰ ὅπλα. ἢ γὰρ οὐ ἀρνησις συγκατάθεσιν δηλοῖ. Nam interrogativum οὐ δῆπον sic ab altero οὐ τί που ut a negatione positionem differre olim planum feci De Acharn. p. 28 ad v. 122 οὐ δῆπον Στράτων;] Falso Elmslejus atque Dindorfius interro-

gandi signum demserunt, nec rectius ille οὐ δὴ που —; et οὐ τί που —; distinguere omisit. Quae particulae hoc differunt, quod οὐ τί που levem tantum nulloque nixam certo indicio conjecturam expromit, οὐ δὴ που vero in re satis probabili gravem continet interrogationem. Unde fit, ut priores illae, quod in opinionis errore consistat, plerumque enuntient, posteriores quod veritati accurate respondeat. Avv. 442 οὐ τί που | τὸν . . ; οὐδαμῶς. Hanc suspicionem vanitatis coarguunt verba proxima: οὐκ, ἀλλὰ τῷ φθαλμῷ λέγω. Nub. 1260 οὐ τί που | τῶν Καρμίνων τις δαιμόνων ἐφθέγγετο; Falso suspicatur Strepsiadēs. Pac. 1211 οὐ τί που λοφῶς; Falsum id quoque. Lysistr. 354 οὐ τί που πολλὰ δοκοῦμεν εἶναι; Neque timorem alterorum neque eam timoris causam agnoscas. Soph. Philoct. 1217 οὐ τί που δοῦναι νοεῖς; Horrescit Ulixes, fidem non habet, ut qui ne postea quidem credat v. 1219. 1221. Verum Avv. 269 οὐ δὴ που τῶς; non opinio fefellit hominem, sed sententia destituit. Omnem dubitationem tollent hi loci. Ran. 522 οὐ τί που σπουδὴν ποιεῖ —; Bacchus fieri vix posse simulans, ut jocum scilicet manifestum secus acceperit Xanthias, admodum dubitanter quaerit: *opinarisne, rem seriam nos egisse?* At servus audita severa heri voce, qua iterum portare sarcinas jubetur, quum probe intellexerit, nunc quidem nihil joci motum esse, timens sibi interrogat, οὐ δὴ που μ' ἀφελέσθαι διανοεῖ —; Et profecto deponere exuvias clavamque Herculis cogitur. Eccles. 327 τίς ἐστιν; οὐ δὴ που Βλέπυρος ὁ γεγενημένος; Recte arbitratu pergitque, νῆ τὸν Δί' αὐτὸς ᾔητ' ἐκεῖνος. At subjicit, οὐ τί που | Κινησίας σου κατατετέλημέν ποθεν; suspicionem ut omnino ludicram, ita a veritate longe disjunctam. — Ibid. Verba μ' ἀφελέσθαι διανοεῖ ἄδωνας αὐτὸς conveniunt Homericis Il. α', 299 ἐπεὶ μ' ἀφελέσθαι γε δόντες.

V. 527. Bene schol. οὐδ' ὅλως, φησί, διανοοῦμαι, ἀλλ' ἤδη ταῦτα ἀφαιροῦμαι. ὅλον οὐ διατάζω. Dindorfius apte comparat Eurip. Suppl. 551, ego Andocid. II. τ. δ. Καθοδ. 2, 3 B. τουτὶ τοίνυν τὸ μέγα καὶ δεινὸν πάρεστιν ὑμῖν ὁρᾶν τοὺς μὲν ἤδη πρᾶττοντας, τοὺς δὲ τάχα μέλλοντας et Soph. Oed. C. 614 τοῖς μὲν γὰρ ἤδη, τοῖς δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ | τὰ τεκνὰ πικρὰ γίγνεται.

V. 528. Falso Brunckius alique, *testes horum ego deos voco, iisque ultionem committo*. Immo, *hanc rem testibus confirmo et deos facio litis nostrae arbitros*. Quid sibi velint illa ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι, luculente patet e Plut. 932 Σπκ. — ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι. | Χρ. ἀλλ' οἴχεται φρεῖνων δν εἶχες μάρτυρα, et e facelissimo loco Vesp. 1437 Κα. ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι. | Φι. οὐχίνος οὖν ἔχων τιν' ἐπεμαρτύρατο. Tum ἐπιτρέπω τινι dicendi genus forense est, ut infra v. 810, Ach. v. 1080, Vesp. 521, Thucyd. I, 28, Demosth. in Aphob. 58, 4. Plenius etiam clariusque Demosth. in Apatur. 14, 5 εἰς ἐπιτροπὴν ἔρχονται — ἐπιτρέπουσιν ἐνὶ μὲν δαιτητῇ κοινῷ Φωκρίτῳ et mox ἡ ἐπιτροπὴ ἐγένετο Φωκρίτῳ. in Neaer. 45, 4 συνῆγον αὐτοὺς οἱ ἐπιτήδειοι καὶ ἐπεισαν δίαταν ἐπιτρέψαι αὐτοῖς. Thucyd. IV, 83 ἐτοιμοὺς

ὦν Βρασίδα μέσφ δικαστῇ ἐπιτρέπειν. *ibid.* V, 41 οἱ Ἀργεῖοι ἤξιον δίκης ἐπιτροπήν σοῖσι γενέσθαι — . Cf. Qu. Aristoph. p. 262.

V. 531. Ἀλκμήνης γ' ἔσει cum infelici particula Parisinus A. Reddit autem hoc ipsum Dionysio Xanthias infra v. 583. Verba καὶ θνητὸς necessario addita sunt quum ob alios deos, qui servitutem servierunt, tum maxime ob ipsum Alcumenae filium, Omphalae aliquando servum.

V. 532. ἐχ' αὐτ'] ἔχ' αὐτόν Rav. eodem errore quo supra v. 498 φέρε δὴ ταχέως αὐτόν. Elb. κακῶς pro καλῶς et σοι pro τοι.

V. 533. θέλοι] θέλη Cantabr. I. θέλει Parisinus C et schol. supra ad v. 463.

V. 534 — 548 stropha est, v. 590 — 604 antistrophus. Utriusque loci metra insigniter corrumpit Brunckius, plerisque versibus, quos ipse pro tetrametris habuit, male divisit. A Brunckio in similem fraudem inducti sunt Welcker, qui p. 203 sqq. de metro trochaico imperite disputat, Ahlwardtus, Vossius, I. Bekker et Bothius. Antiquam distinctionem Beckius atque Dindorfius bene restituerunt. Nam et in omnibus ante Brunckium editt. et in libro Rav., de quo testis est Invernitiis, et haud dubie in plerisque aliis codd. et apud metricum scholiastam utraque strophae antistrophique pars e versibus constat denis, ultimo tetrametro, caeteris autem dimetris. Quam ego rationem totam servavi, praeterquam quod Beckio Dindorfioque auctore in duo dimetros tetrametrum distribui. Tametsi enim tetrametri trochaici dimetris proxime solent antecedere (veluti Avv. 386 Eqq. 283 Pac. 338. ib. v. 563. ib. v. 633. ib. v. 1153) nusquam tamen utrique eodem systemate conjunguntur. Esse autem hic vulgo singulos versus pro dimetris verissime habitos communis eorum lex, qua ad unum omnes reguntur, palam ostendit. Reguntur enim hac lege, ut utraque stropharum pars terna dimetrorum habeat systemata paria, unumquodque e duobus acatalectis et catalectico uno compositum, in fine autem unus acatalectus cum uno item catalectico addantur. Ceterum de horum systematum veritate praeter ipsorum repetitionem ne illud quidem dubitare sinit, quod quum in medio dimetrorum trochaicorum systemate syllabas vocum inter duo versus dispescere liceat, in fine systematis nullo modo liceat: hic cum tertio quoque versu constanter et voces integrae terminantur et sententia paulum insiatit. Ejusdem generis systemata infra v. 896 sqq. et in antistr. v. 993 sqq. continuata leguntur, non continuata autem in Pac. 1154 et in stropha v. 1122 sqq. Hujusmodi strophae Anacreontae sunt, qui paria systemata e tribus acatalectis dimetris unoque catalectico composita in notissimo loco continuavit, Πῶλε Θρηνητή, τί δὴ μὲ — . Vide Bergkium p. 205, qui tetrametros sat miros excogitavit, frustra, ne id faceret monitus a Gaisfordo ad Heph. p. 261. et ab ipso

Hermannō El. D. M. p. 80. Illam ipsam Anacreontis formam expressit Aristophanes Avv. 1478 et in antistr. v. 1490 sqq.

V. 534 — σχῆμα v. 538 affert Suidas s. Ταῦτα μὲν πρὸς — .

V. 535. καὶ post φρένας om. Cantabr. I.

V. 536. Vulgo μετακυνδεῖν. Parisinus A μετακυνδεῖν γ'. Ravennas et lemma scholii μετακύνδειν id quod recepi. Memini in nova quadam Stobaei Appendice apud Schneidewinum, ubi hic locus affertur, item legere μετακύνδειν. Utraque forma Atticorum est et HomERICA κύνδω (Eqq. 1246, Vesp. 492, Eccles. 208, Pac. 134.) et altera κύνδω (Avv. 501. ib. v. 502 ἐκύνδουμένην, ubi Rav. contra metrum ἐκύνδόμεν). Formarum κύνδειν et κύνδεῖν eadem ratio est, quae ῥίπτειν ῥιπτεῖν, φέρειν φορεῖν aliarumque, in quibus verba pura aut frequentativa esse aut intensiva putantur. Cf. Lobeckius ad Ajac. v. 239 ed. sec. Sed pro καλινδεῖν et ἀλινδεῖν barytona verba vix usquam legisse videor. Tum vulgo αἰεῖ. Ceterum αἰ Rav. Ven. Mut. Barocc. Cantabr. I Suidas.

V. 537. τοῖχον, μᾶλλον] μᾶλλον τοῖχον Parisinus A Mutin. τοῖχον μᾶλλον γ' Barocc. Illam lectionem μᾶλλον τοῖχον receperunt Brunckius et Bothius non deterriti verborum collocatione perversa. Bene dicit schol. proverbium πρὸς τὸν εὐ πράττοντα τοῖχον ῥέπειν de iis, qui suae utilitati cupide serviant, a vectoribus translatus esse, qui altero navis pariete deprimi coepto in alterum transcurrant. Fragmentum Alcmenae Euripideae in Aldina schol. ita legitur, οὐ γάρ ποτ' εἶων σθένελον εὐτυχῇ χωροῦντα τοῖχον, τῆς δίκης ἀποστερεῖν, schol. Cantabr. II habet τὸν σθένελον πρὸς εὐτυχῇ. Melius Suidas, οὐ γάρ ποτ' εἶων Σθένελον εἰς τὸν εὐτυχῇ | χωροῦντα τοῖχον τῆς δίκης ἀποστερεῖν. Hinc

Οὐ γάρ ποτ' εἶων Σθένελον εἰς τὸν εὐτυχῇ
χωροῦντα τοῖχον τῆς δίκης σ' ἀποστερεῖν

scribi iusserunt Grotius, Barnesius, Bergler, Musgravius, Porsonus ad Orest. 885 et Matthiae p. 29. Qui videntur se ad Amphitryonem regno expulsum retulisse (Apollodor. Bibl. II, 4, 6). At Suidae lectio defendi potest. Vetabam, inquit, suo jure unquam Sthenelum privare, ita ut aliquis suum commodum sequeretur. Dici haec videntur in Electryonem, qui mortuis filiis suis praeter Licymnium spurium omnibus regnum non Sthenelo fratri, cui debebatur, sed Amphitruoni socero futuro tradidit, ut l. l. est apud Apollodorum. Simillimus locus est etiam Plutarchi Moral. p. 20, C οὐ γάρ ἀποκλίνειν ἅπαντας εἰς τὸν αὐτὸν τοῖχον, ἀλλὰ γίνεσθαι τινα τοῦ βλάπτοντος ἀνθολκῆν ἐν τῇ διαφορᾷ τῶν πολιτευομένων, ad quem quum alia tum Aristophanis versum comparavit Wyttenbachius p. 210.

V. 538. Hinc profecit Eustathius citante Dukero p. 1381, 35 πολύτροπον — πολύτροπον, οὐκ ἐφ' ἐνὸς ἐστῶτα, οἷα γεγραμμένην εἰκόνα. — Ibid. μεταστρέφεσθαι edd. ante Brunckium et plerique codd. ut Ven. Mut. μετα-

στρέφειθ' ἀεὶ Rav. Barocc. Suidas s. *Δεξιὸς* et s. *Μαλθακώτερον*, quibus locis τὸ δὲ — *Θηραμένους* v. 538—540 afferuntur. μεταστρέφειν Parisini AC, in C glossa vel potius varians lectio est μεταστρέφεισθαι. Cantabr. I Harlej. δὲ δὴ μεταστρέφειν, in Cantabr. I praeterea μεταστρέφειν quasi glossa est super μετακλινδεῖν v. 536. Non dubito, quin utraque scripturae discrepantia et μεταστρέφεισθ' ἀεὶ et μεταστρέφειν nata sit e v. 536 μετακλινδεῖν αὐτὸν ἀεὶ. Itaque lectio μεταστρέφειν non potest eam vim habere, ut τὸ δὲ μεταστραφῆναι conicere audeas. Brunckius recepto μεταστρέφειν metrum corruptit. Cf. Aeschin. De Fals. Legat. 48 ed Brem. τοῖς γὰρ καιροῖς συμπεριφέρεσθαι ἀνάγκη πρὸς τὸ κράτιστον καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν πόλιν et Cic. Pro Plancio c. 38.

V. 539. πρὸς τὸ] πρὸς τὸν Rav.

V. 540. *Θηραμένους*] Hic iterum commemoratur infra v. 967 loco perobsuro,

Εὐρίπ. — γνώσει δὲ τοὺς τούτου τε κάμους ἑκατέρου μαθητὰς·
 τούτου μὲν Φορμίσιος, Μεγαίνετός θ' ὁ μάνης,
 σαλπιγγολογνηπάδαι, σαρκασμοπινοκάμπται·
 οὐμοὶ δὲ Κλειτοφῶν τε καὶ Θηραμένης ὁ κομφός.

Διον. Θηραμένης; σοφός γ' ἀνὴρ καὶ δεινὸς εἰς τὰ πάντα,
 ὃς ἦν κακοῖς πον περιπέση καὶ πλησίον παραστῇ,
 πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χίος, ἀλλὰ Κίος.

Pro vulgata lectione *Κίος* codex Venetus, Parisinus C tum etiam Eustathius exhibent *Κεῖος*. Quo probato Heindorfius ad Plat. Protag. p. 577, Dindorfius, Bothius locum sic interpretati sunt: *Theramenes non Chius, homo nequam, qui revera est, videri vult, sed Ceus, vir probus atque innocens; simulat se virum bonum, quum sit terribimus*: Chiorum enim intemperantiam saepe notari, id quod res est, Ceos autem nescio qua fuisse inaudita virtute. Nobis ista Heindorfii explicatio perquam semper absona visa est. Qua enim audacia ad talorum jactum hic alludi negavit? Num *πίπτειν ἔξω τῶν κακῶν* unquam Graecis est, *crimine ac periculo se expedire*, *ἔξω τῆς αἰτίας ὑποδείξει* *ἑαυτὸν* Polluc. VIII, 68? Quis non potius videt, *πέπτωκεν* dictum esse similitudine a ludo talario translata, sicut in pervulgato versu, *Ἀεὶ γὰρ εὐ πίκτουσιν οἱ Διὸς κύβοι* aliisque locis apud Valckenaerium ad Hippol. v. 718 et Blomfeldum ad Agam. Glossar. v. 31? Praeterea Therameni opponitur *Μεγαίνετος ὁ μάνης*, quae verba interpretes non magis quam illa, *οὐ Χίος ἀλλὰ Κεῖος* intellexerunt. Omnium facetissime interpretatus est Vossius — *Μεγάινετος, der Räpel*. Nam Brunckius scripturam Parisini A *Μεγαίνετός θ' ὁ Μάγνης* probavit *Megaenetum* dici ratus *Magnetem* et barbarum. Scholiastae verba — *βάρβαρος* — *τινὲς δὲ δούλων ὀνόματα* ad utramque lectionem referuntur. Immo lectiones *ὁ μάνης* et *ὁ μάγνης*, quae forma verbi discrepant, verbo ipso

et re conveniunt, aperte docent, exstitisse olim, qui hujus verbi sententiam bene assequerentur. Etenim Megaenetus, mihi crede, non magis natione Magnes fuit, quam conditione servus, sed verba *Μεγαίνετός θ' ὁ ΜΑΝΗΣ* sic intelligi volunt, Megaenetusque *infelix aleator*. Tu vide Pollucem VII, 204 *βόλων δὲ ὀνόματα, τῶν μὲν φαύλων τε καὶ δυσβόλων, ἐφ' οἷς τὸ δυσκυβεῖν, — μάνης — μάγνησα (scribendum, μάγνης) —, Hesychium, Μάγνης: κυβευτικοῦ βόλου προσηγορία —, Hesychium eundem, Μάνης: κυβευτικοῦ βόλου ὄνομα, καὶ βαρβαρικὸν, καθάπερ Ἐββουλος ἐν Κυβευταῖς παρ-ίστησι, καὶ ἄλλων καταλέγων ὀνόματα βόλων.* Quamobrem unus idemque talorum infelix jactus nunc *μάνης*, nunc etiam *μάγνης* dicebatur; verum genuina forma haud dubie ea est, qua et Aristophanes et Eubulus utuntur, *μάνης*, altera autem *μάγνης* debetur grammaticis, qui α mirabantur produci. At e longo α illud potius intelligitur, *μάνης* in talario ludo idem verbum esse, quod vulgo servum designat. Quumque *μανῆς* servus circumflectatur, apparet etiam in Aristophane scribendum esse *Μεγαίνετός θ' ὁ μανῆς*, praesertim faventibus Rav. et Ven., qui *μανῆς* hoc accentu exhibent. Hi igitur loci *Μεγαίνετός θ' ὁ μανῆς* atque οὐ *Χίος ἀλλὰ Κεῖος* alter alterum praeclare illustant. Opponuntur enim sibi invicem Megaenetus, Aeschyli discipulus, infelix aleator et Theramenes, Euripidis alumnus, aleator felicissimus. Sed in explicandis verbis οὐ *Χίος. ἀλλὰ Κεῖος* proficiscamur a Didymo. Schol. *Δίδυμος δὲ φησιν, ὅτι δύναται καὶ τῆς παροιμίας μεμνησθαι, οὐ Χίος ἀλλὰ Κεῖος, παρόσον ποικίλος τις ὢν καὶ ἀγχι-στροφος καθωμιλλεῖ τοὺς καιροὺς, πρὸς τὸ κρεῖττον μέρος εἰς διδοὺς ἑαυτόν.* Proverbium οὐ *Χίος ἀλλὰ Κεῖος* novum et invisitatum est. Quare Didymi errorem haud paullo scholiasta auxisse videtur, quum ipse Didymus attulisset sive proverbium οὐ *Χίος ἀλλὰ Κῶος*, sive *Χίος παραστὰς Κῶον οὐκ ἐάσω.* De hoc proverbio dixerunt schol. Platon. p. 320 B. *τῶν δὲ βόλων ὁ μὲν τὰ ἔξ δυνάμενος Κῶος καὶ ἐξίτης ἐλέγετο, Χίος δὲ ὁ τὸ ἐν καὶ κύων. λέγεται δὲ τις καὶ παροιμία ἀπὸ τούτου, οἷον, » Χίος παραστὰς Κῶον οὐκ ἐάσω· « ἄφ' οὗ καὶ Στράτις Λημνομέδᾱ· (ita scribo comparoque Ἀνδρομέδᾱ) » Χίος παραστὰς Κῶον οὐκ ἐᾷ λέγειν· « atque Eustathius p. 1289, 63 τῶν δὲ βόλων — Χίος καὶ κύων. ὅθεν καὶ παροιμία, » Χίος παραστὰς Κῶον οὐκ ἐάσω, « καθ' ἣν παρὰ Στράτιδι τῷ κωμικῷ τό· » Χίος παραστὰς Κῶον οὐκ ἐᾷ λέγειν· « ὁ παραλαλεῖ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ· » οὐ Χίος, ἀλλὰ Κεῖος· « ἢ Κῶος· Eustathium hic quidem ipsam Didymi explicationem dixeris memoriae prodidisse. Idem Eustathius p. 1397, 40 — ὅτι τῶν — Στράτις ἐν τῷ· » Χίος παραστὰς Κῶον οὐκ ἐᾷ λέγειν· « Ἐνθα ἐνθυμητέον καὶ τὸ τοῦ κωμικοῦ. » πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν, οὐ Χίος ἀλλὰ Κεῖος, « καὶ νοητέον ὥς ἡ ἐσφαλταὶ ἡ γραφὴ τοῦ Κεῖος, ἡ ἄλλα παρφύδηται ἐπὶ τοῦ κωμικοῦ. Aristophanis locum tangit idem p. 1462, 45 Ἀριστοφάνης ἐν τῷ· » πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν οὐ Χίος ἀλλὰ Κῶος, « ἢ κατὰ τινες Κεῖος — .*

Cum his de jactu Chio et Coo plane consentit Pollux tum IX, 100 οἱ δὲ πλείους τὸν μὲν ἐξέτην Κῶον, τὸν δὲ κύνα, Χίον καλεῖσθαι λέγουσι, tum vero VII, 204. 205 βόλων δὲ ὀνόματα, τῶν μὲν φάυλων τε καὶ δυσβόλων, ἐφ' οἷς τὸ δυσκυβεῖν — χίος, ὃν καὶ κίον (corrigere, κύνα.) ἐκάλουν — οἱ δὲ βελτίους, ἐφ' οἷς καὶ τὸ εὐκυβεῖν ἐλέγτο, — συνωρίς, συνωρικὸς ἢ Κῶος (codex Jungermanni, συνωρίς κίος ἢ κῶος, ut scribendum sit, συνωρίς, Κίος ἢ Κῶος, idque ob versum Ranarum, in quo quum Pollux vulgatam οὐ Χίος ἀλλὰ Κίος invenisset, animadvertit tamen hic Coom potius jactum intelligi). Enimvero scriptura, οὐ Χίος, ἀλλὰ Κῶος, quam et Eustathius, et uti mea opinio fert, jam Pollux noverunt, nulla antiquissimorum librorum fide nititur, sed unius conjectura est Aristarchi, ut patet e scholiasta: Ἀριστάρχος δὲ ὡς γεγραμμένον Κῶος ἐξηγείται, ὅτι πρὸς τὸ Κῶος ἐσέγγαγε τὸ Χίος· τὸν γὰρ ἀντίστροφον τῷ Χίῳ λέγεσθαι. τοῦτο οὖν φησιν, ὅτι οὐδέποτε κακοβουλεῖ [recte κακοβολεῖ Dindorfius post Hemsterhusium] ὁ Θηραμένης, ὡς ἐν ἀστραγάλοις, ἀλλ' ἐπιτυγχάνει. Eximie igitur Aristarchus perspexit, rationem ab Aristophane ductam esse proverbii, οὐ Χίος, ἀλλὰ Κῶος, quo nihil melius in Theramenem cadere potest, qui tum praesentissimum discrimen levi declinatione et velut corpore effugerat. Hoc enim proverbio necesse est hominem semper felicem describi, qui e quovis periculo evadere soleat. Accedit, quod a Chio et Coo astragalorum jactibus alia etiam proverbia fluxerunt, primum illud, quod supra posui, Χίος παραστὰς Κῶον οὐκ ἔάσω, deinde notissimum illud ἡ τρεῖς ἔξ ἡ τρεῖς κύβοι (id est ἡ τρεῖς Κῶοι, ἡ τρεῖς Χίοι, Baghen geminnt, Baghen verliert; vide Blomfieldum Glossar. ad Agam. v. 32). Sed pergit scholiasta, ἐπιπλήττει δὲ αὐτῷ (τῷ Ἀριστάρχῳ) ὁ Δημήτριος ὡς τελέως ἀγνοοῦντι, ὅτι Κίος (leg. Κεῖος) ἦν. παραλείπει δὲ ὁμῶς καὶ αὐτὸς, ὅτι οὐδὲν ἦττον παρὰ τὴν ὑπόνοιαν ἐλθεται ἀντὶ τοῦ Κῶος, Κίος (leg. Κεῖος). Demetrius Ixion nimia refutandi Aristarchi cupiditate abreptus proverbium, quod diximus, spectari parum intellexit; illud vero idem vidit pulcherrime, Aristarchum in eo errasse, quod Κῶος pro Κεῖος scribi cuperet. Neque enim integrum proverbium, οὐ Χίος ἀλλὰ Κῶος poeta retinet, sed aptissime pro eo dicit οὐ Χίος, ἀλλὰ Κεῖος, propterea quod Theramenem non solum ut hominem nimis felicem ridere vult, sed etiam ut exterum atque Ceum. Fuisse autem Theramenem e Cea oriundum Demetrii tempore adeo inter omnes constabat, ut ille ejus, qui rem non dico negaverat, sed tantum neglexerat, Aristarchi inscitiam accusaret; idemque testantur Plutarchus in Nicia c. 2 — Θηραμένης ὁ Ἄγνωνος — εἰς δυσγένειαν ὡς ξένος ἐκ Κέω λελοιδόρηται — et schol. ad Ran. 541 — δοκεῖ δὲ ἀπὸ Κέω τῆς νήσου εἶναι, καὶ εἰς τοῦτο ὡς μὴ γνήσιος πολίτης λέγεται. οὐκ εἶναι δὲ γνήσιον, ἀλλὰ ποιητὸν υἱὸν τοῦ Ἄγνωνος + + (excidit hujusmodi quiddam, Εὐπολὶς Πόλεσιν λέγει, ut liquet e schol. ad. v. 968 ὅτι δοκεῖ προσγεγράφθαι τῇ πο-

λαίῳ, Ἄγνωτος αὐτὸν ποιησάμενον, ὡς Εὐπολὶς Πόλεσιν. Cf. Suidas s. Δεξιός: — δοκεῖ δὲ οὗτος ἀπὸ Κέῳ τῆς νήσου εἶναι, οὐκ εἶναι δὲ γνήσιος, ἀλλὰ ποιητὸς υἱὸς τοῦ Ἄγνωτος). Sed quum Bergler ad v. 968 grammaticos in definienda Theramenis patria ipso Theramene inconstantiores esse dixisset, Kortuemius, Bothius aliique de patria ejus parum constare arbitrati sunt. At in schol. ad v. 968 Κῶος δὲ ἐλέγτο εἶναι καὶ Κόθορνος manifesto scribendum est Κεῖος (recens enim scholiasta ad conjecturam aberravit Aristarchi), neque quidquam tribuere licet nugis Graeculi ad v. 541 Χιοὶ γὰρ καὶ Κιοὶ — τῇ δὲ ἀληθείᾳ Χίος ἦν, quae e verbis minime intellectis οὐ Χίος ἀλλὰ Κίος recens conficta sunt. De Theramenis cognomine Κόθορνος inprimis vide Pollucem VII, 90. Plutarch. Moral. p. 824 B. Lucian. Pseudolog. c. 16. Amorr. c. 50. schol. ad Ran. v. 47 et jam Xenoph. Hellen. II, 3, 31 ὅθεν δῆπον καὶ Κόθορνος ἐπικαλεῖται· καὶ γὰρ ὁ Κόθορνος ἀρμόττειν μὲν τοῖς ποσὶν ἀμφοτέροις δοκεῖ, ἀποβλέπει δ' ἐπ' ἀμφοτέρων (nonnulli codd. ἀπ' ἀμφοτέρων). Falso hic Ruhnkenius et Morus verba καὶ γὰρ — ἀμφοτέρων quasi glossam contra omnes libros delenda putant, quae partim agnoscit antiquus schol. ad Ran. v. 47. Immo medicina adhibenda est, non scalpellum. Equidem suspicor, — καὶ γὰρ ὁ μὲν Κόθορνος ἀρμόττειν τοῖς ποσὶν ἀμφοτέροις δοκεῖ, αὐτὸς δὲ βλέπει ἐκαμφοτερισμόν. Similiter Pollux l. l. ὁ δὲ Κόθορνος ἀρμόζων ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν· ὅθεν καὶ τὸν Θηραμένην Κόθορνον ἐκάλουν διὰ τὸν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτερισμόν. Verbo ἐκαμφοτερίζειν utitur Pherecrates ap. schol. Pac. v. 476 agnoscitque Phrynichus Bekk. p. 41, 16. Deinde ἐκαμφοτερισμόν βλέπειν ita dictum est, ut vulgo etiam in comoedia βλέπειν φόβον, αἰσίαν, ἀπιστίαν cet. Phryn. Bekk. 5, 13 Ἀπιστίαν βλέπει: Εὐπολὶς· σημαίνει τὸν ἀπιστότατον. Sed Phrynichi locus hunc in modum emendandus est, Ἄνθρωπος ἀποφράς: ἀποφράδες ἡμέραι, καθ' ὧς ἀπηγόρευτο τι πράττειν. σημαίνει οὖν τὸν ὅλον ἀπείσιον καὶ ἔξεδρον καὶ ἐπάρατον ἄνθρωπον.

Συνέντευχεν ἐξιόντι μοι

ἄνθρωπος ἀποφράς, καὶ βλέπων ἀπιστίαν.

Εὐπολὶς· τὸ δὲ ἀπιστίαν βλέπειν σημαίνει τὸν ἀπιστότατον. Posteriorum versum affert etiam celato tamen auctore Etym. M. p. 131, 20. Sed quum octo per annos ab Ol. 92, 2 usque ad Ol. 94, 1 magna inter cives auctoritate Theramenes floruerit, prae caeteris τὰ τρία Θηραμένους illustrare conabor, quae ad potentiam ejus recens exortam spectare censeo. Schol. ad Ran. 541 sive Suidas s. Δεξιός: — δοκεῖ καὶ οὗτος καὶ ταῦτα τὰ τρία ἐπιψηφισασθαι ἐπὶ ζημίᾳ (lege partim e Suida, δοκεῖ δὲ οὗτος καὶ ταῦτα τὰ τρία ψηφισασθαι ἐπὶ ζημίᾳ), ἢ δεσμεύεσθαι ἐν τῷ ξύλῳ, ἢ πικρὴν κώνειον ἢ ἐκφυγεῖν. Hesychius, Τρία Θηραμένους: ἄντικρυς τὰ τοῦ Θηραμένους ἐπιζήμια ἐκτίθεικεν (deest nomen scriptoris; fortassis, ἐκτίθεικε Θουκυδίδης). Idem Hesychius, Τῶν τριῶν ἐν: Θηραμένης ἐψηφίσαστο

τρεις τιμωρίας κατὰ τῶν παράνομόν τι δρώντων. Photius p. 613, 4 et ex eo Suidas s. v. Τῶν τριῶν κακῶν ἔν: — ταῦτα δὲ εἶναι λέγουσιν, ἃ Θηραμένων ὥρισεν προστιμήματα· Πολύζηλος Δημοσθενδάρφ·

Τριῶν κακῶν γούν ἦν ἐλῶθ' αὐτῷ τι πᾶς ἀνάγκη·

ἢ ἔυλον ἐφέλκειν, ἢ πιεῖν κᾶνειον, ἢ προδόττα

τὴν ναῦν ὅπως τάχιστα τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆναι·

ταῦτ' ἔστι τρία Θηραμένους, ἃ σοὶ φυλακτέ' ἐστίν.

Ἀριστοφάνης Τριφάλητι·

Ἐγὼ γὰρ ἀπὸ Θηραμένους δέδοικα τὰ τρία ταυτί.

Photius et Suidas, ut quidem nunc est, male confuderunt τὰ τρία Θηραμένους et diversa ab his in versu Menandri τὰ τρία τῶν εἰς θάνατον, de quibus infra ad v. 1504 dicitur; sed quum in Photio a verbis ταῦτα δὲ novus locus incipiat, potius ante verba ταῦτα δὲ hoc lemma Τρία Θηραμένους excidisse videtur. Quod autem Meinekius Qu. Sc. II, p. 62 Polyzeli versus Ol. 93, 4 brevi post Theramenis de praetoribus ad Arginusas iudicium scriptos esse vult, id historiae fidei propalam adversatur. Tantum enim abest, ut tres illae Theramenis poenae inter se diversae praetoribus irrogatae sint, ut sex illos viros eodem omnes supplicio affectos esse constet. Immo vero quatenam a Polyzelo et Aristophane τὰ τρία Θηραμένους dicantur, auctore uno omnium certissimo ostendam Thucydide VIII, 70 καὶ ἄνδρας τέ τινας ἀπέκτειναν οὐ πολλούς, οἱ ἐδόκουν ἐπιτήδευοι εἶναι ὑπεξαιρεθῆναι, καὶ ἄλλους ἔδησαν, τοὺς δὲ καὶ μετεστῆσαντο. Haec facinora scito Ol. 92, 1 a quadringentis recens constitutis patrata esse; neque ea ullo modo mirari licet uni nominatim Therameni assignata, quum is principem inter quadringentos locum obtineret (Thucyd. VIII, 68 Xenoph. Hellen. II, 3, 30). Nihil de hac re dubitationis relinquatur cognito Triphaletis Aristophanei tempore, quod Suevernius De Nubib. p. 65 egregie indagavit viditque, nomine ipso ΤΡΙΦΑΛΗΣ Alcibiadem significari, comoediam totam Alcibiadis in patriam restitutione occupatam fuisse ideoque non posse Triphaletem non Ol. 92, 2 editum esse. Omisit tamen Suevernius gravissimum argumentum neque intellexit, duo Triphaletis versus, *Μανθάνοντες τοὺς Ἰβήρας τοὺς Ἀριστάρχου πάλαι*

et,

Τοὺς Ἰβήρας, οὓς χορηγεῖς μοι, βοηθῆσαι δρόμῳ

certissime illustrari hoc Thucydidis loco VIII, 98 Ἀριστάρχος δὲ αὐτῶν μόνος (ἔτρεχε γὰρ καὶ στρατηγῶν), λαβὼν κατὰ τάχος τοξότας τινὰς τοὺς βαρβαρώτατους, ἐχώρει πρὸς τὴν Οἰνώνην. Id factum est initio Ol. 92, 2. Et hos quidem locos inter se comparavit etiam Bergkiius Antiq. Com. p. 343, eam se rem olim a me accepisse, ut sit, credo, oblitus. Confabulati autem sumus Lipsiae de hoc Aristarcho, quum mirarer, quod Dindorfius De Arist. Fr. p. 190 sq. amplius quaeri vellet de Aristarcho scri-

paissetque quadringentos viros imperasse *olympiade nonagesima media*; immo Aristarchum in Triphaete manifesto eum dici, qui est apud Thucydidem, Xenophontem, Eupolin. Ceterum vix est, quod moneam, Polyzeli quoque Demotyndareum Ol. 92, 2 vel 92, 3 editum esse, sive Theramenes noster Demotyndarei nomine sive Alcibiades sive alius civis intelligi debet. [De temporibus hujus fabulae haud dubie falsa conjectura est Meinekii Histor. Cr. p. 262. Nomen ipsum etiam nunc interpretor, *populi alicui rex*. Ac nescio, an ita dictus sit Alcibiades ὁ λακωνίσας, fueritque Demotyndarei argumentum Aristophanico Triphaleti simillimum.] Sed Theramenes importunissimum quemque e quadringentis mox deseruit nulla animi perfidia, sed patriae caritate adductus et in primis cavit, ne Athenae hostibus proderentur (Thucyd. VIII, 90 sqq. Xenoph. Hellen. II, 3, 46). Restituto igitur Ol. 92, 2 populari imperio Theramenes de civibus suis optime meritus est. Thucydides VIII, 97 καὶ οὐχ ἥμισυ δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπὶ γε ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες· μετρία γὰρ ἦ τε ἐς τοὺς ἀλλήλους καὶ τοὺς πολλοὺς ξύγκρασις ἐγένετο, καὶ ἐκ ποτηρῶν τῶν πραγμάτων γενομένων τοῦτο πρῶτον ἀνήνεγκε τὴν πόλιν. ἐψηφίσαντο δὲ καὶ Ἀλκιβιάδην καὶ ἄλλους μετ' αὐτοῦ κατείνειν —. Hae tantae laudes vel uni Therameni propriae sunt, vel cum paucis aliis ei communes; quo viro inprimis suffragante revocatus est Alcibiades (Diodor. XIII, 38 et c. 42 Cornel. Nep. Alcibiad. c. 5). Tum in judicio de X praetoribus, ad quod Aristophanem Ran. v. 967 spectare Palmerius Exerc. Crit. p. 774 sq. vidit, aut nulla aut pertenuis in Theramene culpa residere videtur. Quum enim praetores ipsi hostilem persequi classem instituissent, suos autem milites, qui multi naufragium fecerant, a Theramene aliisque trierarchis servari voluissent: utrumque inceptum propter ventorum injurias immoderatasque tempestates irritum fuit (Xenoph. Hellen. I, 7, 29—32). Quamvis igitur utrique insonites essent, praetores tamen vehementer eo peccaverant, quod de tempestatum saevitia et naufragorum habita cura publicas ad senatum populumque literas nullas dederant (Xenoph. I, 7, 17), amicis vero suis privatim scripserant, Theramenem aliosque imperata non fecisse (ibid. I, 7, 3—6 cl. II, 3, 35). Itaque Athenienses, qui et hostilis classis partem e manibus amissam esse et suos naufragos foede desertos perisse scirent, tempestatem plane nescirent, odio et ira occoecati illud unum quaesiverunt, de utris praetoribusne an trierarchis justum sumerent supplicium. Ab initio animus erat in Theramenem potissimum trierarchum saevire. Hic tum Theramenes praetorum temeritate in vitae periculum adductus et a clandestina eorum accusatione defendere innocentiam suam coactus (ibid. II, 3, 35), et Athenienses tempestatis vehementiam edocuit et praetores vicissim ita accusavit, ut his non sibi utriusque facti rationem reddendam esse diceret (I, 7 § 4 § 18 § 31. II, 3, 32). Praeterea amici Theramenis

praetoribus multum conflarunt invidiae (1, 7, 8). Ex his apparet, praetores non Theramenem populo Attico mentem eripuisse et in eum locum rem perduxisse, ut aut sibi aut trierarchis nullam ob culpam pereundum esset. Ego neminem esse puto, quin praetorum et innocentium et victorum morti ingemiscat; perpaucos autem, qui Theramenem reprehendant, quod salutis suae cum praetorum perniciē cupidius consuluerit, id est, quod civium futuri a praetoribus objectus sua morte illorum inscitiam luere noluerit. Quodsi Diodoro, magno Theramenis patrono, XIII, 101 fidem habere liceret, minus etiam Theramenes vituperandus esse videretur; nunc Diodorum facile patet rem verissime a Xenophonte traditam multis modis corripuisse. Duobus post annis, quum periculum esset, ne Athenienses ad incitas redacti sub corona venirent, Theramenes, qui legatus ad Lysandrum et postea Lacedaemonem profectus ut pax in tantis malis oplanda conveniret effecit, vere aestimanti minime prodidisse, sed potius servasse patriam videbitur (Xenoph. Hellen. II, 2, 16 sqq.). Nihil enim moror, qui longe aliter judicat Lysiam in Agorat. 9, 2 et in Eratosth. 62, 1. cupidum Theramenis insectatorem, quippe qui domestico vulnere a triginta tyrannis ictus Theramenem potissimam malorum suorum causam putaret. Immo optimus integerrimusque in hac causa iudex Xenophon est, quocum comparati jacent et Diodorus, qui diligat, et qui oderit Lysias. Nam quod in XXX tyrannis nomen suum professus est, ab initio minime saeva tyrannis, sed haud sane cruenta paucorum dominatio quadringentorum imperio simillima (v. Lysiam in Agorat. 74, 2 B) videbatur institui, et ille vir optimatum potentiae perpetua favit vita a populari causa aversus. Et hoc quidem ipse Theramenes prae se fert in Xenoph. Hellen. II, 3, 48 sq. assentiente Aristotele Plutarchi in Nicia c. 2. *Ἐνεσθιν οὖν περὶ Νικίου πρῶτον εἰπεῖν, ὃ γέγραπεν Ἀριστοτέλης, ὅτι τρεῖς ἐγένοντο βέλτιστοι τῶν πολιτῶν καὶ πατρικὴν ἔχοντες εὐνοίαν καὶ φιλίαν πρὸς τὸν δῆμον, Νικίας ὁ Νικηράτου καὶ Θουκυδίδης ὁ Μελησίου καὶ Θηραμένης ὁ Ἀγνωνος, ἦττον δὲ οὗτος ἢ ἐκεῖνοι· καὶ γὰρ εἰς δυσγένειαν ὡς ξένος ἐκ Κέω λειοδόρῃται, καὶ διὰ τὸ μὴ μόνιμον, ἀλλὰ ἐπαμφοτερίζον αἰετὶ προαιρέσει τῆς πολιτείας ἐπεκλήθη Κόθορνος.* Hic Aristotelis locus, iudicis in hoc etiam genere intelligentissimi, vel unus tantum valere debet, ut Theramenis mire vulgo contemti virtutem magni faciamus. Quem ego virum supra defendi, non quo bilingues me delectent, sed quia decantata ista animi inconstantia non tam hominis fuisse videtur quam temporum. Et enim si quisquam difficillimo ac miserrimo tempore Atheniensium rempublicam capessivit, is profecto fuit Theramenes. Quanta autem benevolentia, amore, desiderio Athenienses eum vel mortuum prosequuti sint, inprimis e Lysia in Eratosth. 64, 3 B. intelligitur. Triginta vero tyrannorum crudelitatem tantum abest, ut ullo modo probaverit, ut Critiae

nulla e propinquo auxilii spe unus fortissime restiterit, atque morte ultra paene dicam quaesita testari voluerit, quantopere tyrannorum saevitiam abominatus esset. Desinamus igitur mirari, quod mortem Theramenis Xenophou Hell. II, 3, 56., Diodorus XIV, 5. Cicero Tuscul. I, 40. Valerius Maximus III, 2. summis certatim laudibus extulerunt.

V. 541. Edd. ante Dindorfianas et pars codicum οὐ γὰρ δὴ. Sed οὐ γὰρ ἄν Parisinus E Vatic. Rav. Ven. Barocc. Cantabr. I Harlej. οὐ γὰρ γελοῖον Parisini AC et Mutin. Οὐ γὰρ ἄν metri sententiaeque causa probarent Kuster, Brunckius, Beckius, Dindorfius, Bothius. Nempe voculae ἄν et δὴ saepissime in codd. permutantur. Pro ἦν Mutin. ἦ.

V. 542. Pro vulgato στρώμασι Brunckius στρώμασιν et sic Venetus. Pro Μιλησίοις Mutin. μιλησίοισιν, Venetus λησίοις. Ἐν στρώμασιν ἀνατετραμμένος h. e. in stragulis supinus jacens. Compara Homericum ἀντεράπετο Il. ε', 64 et ξ', 447.

V. 543. Libri omnes contra metrum κινῶν praeter Rav. Ven., qui recte κινῶν. Hoc e conjectura reponi jusserunt Bentlejus, Porsonus Append. ad Toup. p. 488, et qui ad hunc locum fallitur, Brunckius ad Pac. v. 1138, ubi vulgo χῆμα τὴν Θοῦραν κινῶν eodem errore. Nostro versu κινῶν etiam Beckius, Dindorfius, Bothius. Pro εἰτ' Venetus εἰ.

V. 544. ἀμίδ'] ἀμίδα Rav. Parisinus C. ἀμιδ' edd. ante Kusterum et Cantabr. I II. Et Atticos vocem ἀμῖς adspirasse tradunt Eustathius p. 1387, 9 et p. 1636, 27 atque grammaticus Bekkeri p. 380, 27. cf. Piersonum ad Moer. p. 179, quos partim comparavit Dobraeus.

V. 545. sq. οὗτος δ' αἶτ' ὦν αὐτὸς πανούργος] αὐτὸς δ' αἶτ' ὦν πανούργος Rav. Barocc. Vatic. Verba ἐρεβίνθου δρακτόμην affert Eustathius p. 948, 47.

V. 548. μούξεοψε] μ' ἐξέκοψε Parisinus C Barocc. Cantabr. I μ' οὐκ ἐξέκοψε Elb. Ibid. Pro τοὺς χοροὺς Paris. C. τὸν χορόν. Male Hotibius χοροὺς corruptum putavit, quia dentes χοροὶ dici nequeant, mutavitque ipse Bothius sententiam, puto quum Passovii Lexicon s. v. χορός evolvisset. Recte Beckius statuit, χορός a chori agmine ad alia etiam agmina bene ordinata, sicuti ad ordines dentium transferri posse. Schol. ἀντὶ τοῦ τοὺς ὀδόντας εἰπεῖν τοὺς χοροὺς εἶπε. Διόνυσος γὰρ ἐστὶν ὁ τῶν χορῶν προστάτης. τὸ δὲ ὅλον παρὰ τὴν ὑπόνοιαν. Omnino hic Dionysus loquitur, qui deus choris praeerat; scholiasta tamen mallet demonstrasset, χορός ὀδόντων etiam per se dici potuisse. Apte igitur Dindorfius contulit Galeum III, p. 871 Kuehn. ἀλλ' εἰ μὲν χορόν τις ἔστησεν ἐν κόσμῳ θυσίῳ καὶ τριάκοντα χορευτῶν, ἐπηγεῖτο ἄν ὡς τεχνικός· ἐπεὶ δ' ὀδόντων χορόν οὕτω καλῶς διεκόσμησεν ἢ φύσις, οὐκ ἄρα καὶ ταύτην ἐκαινεσόμεθα; Alia Passovius l. l. attulit veluti Achillem Tatium I, 15 ὑπὸ χορῶν κίωνων, ubi Jacobsius p. 470 addit ipsum Tatium VIII, 6 ὁ λοιπὸς τῶν καλῶν χορός,

Eustath. Amorr. Ism. III, p. 96 χορὸς ὀδόντων λευκός, Marcell. Inscr. in Regill. v. 50 χορὸν ἡμερίδων.

V. 549. Schol. πανδοκεύτρια δὲ πρὸς Πλαθάνην θεράπειναν λέγει. Adesse etiam ancillas infra apparebit, ceterum Plathane non ancilla est, sed caupona altera, quando duae mulieres dicuntur popinam habuisse communem. Nomen ipsum Πλαθάνη cum vocibus ὁ πλάθανος sive τὸ πλάθανον cohaeret et a panificio ductum est. Πλαθάνη Hippiae uxor est apud Plutarchum Moral. p. 838, a. Ibid. ξλθ' ἡλθ' Junt. II et codd. Barocc. Cantabr. I Harlej. Reiskio in mentem venit, Πλαθάνη, Πλαθάνη δεῦρ' ἡλθ' ὁ. π. ο..

V. 550. hunc versum om. Mutin. Forma parum attica πανδοχεῖον est tantum in Cantabr. I.

V. 551. Vulgo κατέφαγεν. κατέφαγ' Hermannus De Metr. p. 152 et El. D. M. p. 133, Bentlejus, Beckius, Dindorfius, Bothius idque exstat in Veneto. Postea Hermannus conjecit, κατέφαγεν ὦν, eo fortasse motus, quod pro ἡμῶν Cantabr. I et Barocc. ἡμῖν habent. Ibid. Πλ. hic et infra legitur in omnibus edd. ante Brunckium. Sine causa Brunckius Dindorfiusque Πανδοκεύτρια β' substituerunt, quasi haec non sit ipsissima Plathane. Neque vero codices sibi constant. Nam hic verbis νῆ Δία — in Parisinis BCD (credo etiam in Ven. Mut.) praefixum ἑτέρα πανδοκεύτρια, et Baroccianum Bentlejus Plathanae loco dicit semper habere Ἐτερ. Πανδοκ. At Ravennas et Parisinus A hic servant Πλαθ.

V. 553. εἰκοσι Rav. Vide Buttmanni Gr. I p. 92 ed. II. — τούτοιςιν] τούτοις Elb. Zonaras p. 187 et Mediolanensis Suidae s. Ἀνάβραστα, qui hunc versum afferunt. κρέας ἀνάβραστον e Comico habet Eustathius p. 1241, 18. Athenaeus IX, 384, e ἀναβραστῶν δὲ κρεῶν μνημονεύει Ἀριστομένης Γόησιν οὕτως (locus poëtae excidit).

V. 554. Scholium Aldinae et Suidae s. Ἀνημιβολιαῖα, ut partim jam ab aliis correctum est, sic infra posui: Ἀνημιβολιαῖα δὲ ἀντὶ τοῦ ἑκαστον αὐτῶν ἡμίσεος ὀβολοῦ ἦν ἄξιον, ἥτοι ἡμιβολλίον. [ἢ ὁμᾶ ὄντα κατὰ τὸ ἡμισ. Haec absurda sunt neque habet Suidas.] ἈΛΛΩΣ. ὅτι ἰδίως ἐπὶ τῶν ἂν ἡμιβολλίον παλουμένων. ἀπὸ δὲ συντάξεως ὀνόματα γίνεται, καλὸς καὶ ἀγαθὸς καλοκαγαθία, θεοῖς ἐχθρὸς θεοεχθρία, ἂν ἡμιβολλίον ἀνημιβολιαῖα. Θηλοὶ δὲ ἡμιβολλὸν ἄξια. ἐπισημιουῖσθαι δὲ τὴν λέξιν ἔδει τῷ χ. In Aristophane ἀνημιβολιαῖα edd. ante Brunckium et Rav. ἀνημιβολιαῖα Cantabr. I ἀνημιβολιμαῖα Harlej. ἀνημιβολιμαῖα margo Leid. Monac. duo codd. Suidae et scholiasta. ἂν ἡμιβολιαῖα Parisinus D Ven. Mut. et ex emendatione Cantabr. II. Pollux IX, 64 τὸ δὲ τοῦ ὀβολοῦ ἡμισον ἡμιβόλιον· καὶ ἡμιβολιαῖον τὸ τοσοῦτον ὄνιον, ὥς ἐν τοῖς Βατραχίοις Ἀριστοφάνους· καὶ κρέα γε — ἀνημιβολιαῖα. In Polluce codd. Vossii, Jungermani et margo Kuehniani exhibent ἀνάβραστα εἰκοσι ἂν ἡμιβολιαῖα recteque

Jungermannus censet Pollucem ipsam ἀν' ἡμιωβολιαῖα legisse, qui e Ranis vocem ἡμιωβολιαῖος allaturus esset. Ἀνημιωβολιαῖα uno verbo sed eo monuistroso probarunt scholiastes, Salmasius, Jungermannus, Duker, contra ἀν' ἡμιωβολιαῖα Kuster, Brunckius, Dindorfius, Bothius. Nam praepositio ἀνὰ regit accusativum ἡμιωβολιαῖα, semiobolaria singula. Similiter Eupolis ap. Athen. VII, p. 328, e ἡμιωβολίου κρέα citante Berglero.

V. 555. Bacchus, dum sibi cum unica muliere rem esse videt, nondum plane animum abjecit; postea vero Plathanæ etiam minis territus obmutescit jacetque afflictus.

V. 556. sq. οὔμενοῦν με edd. ante Kusterum, οὔμενοῦν με Kuster, Brunckius. Borg. οὐ μὲν οὖν με προσεδόκῃσας. Recte οὐ μὲν οὖν με e Rav. Ven. receperunt Bekker et Dindorfius ed. tert. Nam οὐ cum verbo προσεδόκῃσας cohaeret. — γε pro με Barocc. — pro εἶχες idem Barocc. ἔχεις, quod glossema esse e scholio patet. Nunc enim Bacchus utitur cothurnis (supra v. 47), quos verus Hercules olim nullos habuerat. — Vulgo ἀναγνώναι, Borg. αὐ γνῶναι. Verissime αὖ γνῶναι Elmslejus ad Ach. v. 178, Dobraeus (cujus altera conjectura ἀναγνώναι ὅ ἐτ' αὖ explodatur) et Dindorfius. Et γνῶναι etiam scholiasta legisse videtur, Οὔμενοῦν με προσεδόκῃσας: οὐ προσεδόκῃσας με γνῶναι σε, ἐπειδὴ κόθορνον ἔχεις. ὁ γὰρ κόθορνος τοῦ Διονύσου ἐστίν, οὐ τοῦ Ἡρακλέους. Ita enim recte scriptum in Aldina. [Mutillum scholium in ed. Oxon. propagavit Dindorfius, non consulta Aldina.] — σε pro ὅ ἐτι Cantabr. I. Caeterum in Ald. Junt. I. II Παν. loquitur οὔμενον — ὅ ἐτι; proximisque versibus τί δαί; — per errorem eadem persona Πα. tanquam nova quaedam praefigitur. Hoc vitium recentiores aliquot editt. ut Lugdunensis et Kusteriana correcturae scilicet οὔμενον — ὅ ἐτι Plathanæ tribuerunt, quasi non primæ cauponæ ad Dionysi verba respondendum sit.

V. 558. sq. Edd. ante Brunckium τί δαί; — ἀμυνκᾶτό γε dant primæ (Πα.), Brunckii editio eadem omnia secundæ (Πανδοκέντρια β) et sic praefixa eadem persona ἄλλῃ πανδ. Parisini AC Rav. Mut. Contra Venetus, Barocc. Parisini BD ante τί δαί; habent πλαθ | sive ἐτερ. π. ac tum reliqua μὰ Δί' οὐδὲ — ἀμυνκᾶτό γε primæ (Πανδ.) assignant. Verissime Porsonus versum τί δαί; — primæ cauponæ continuavit, reliqua autem μὰ Δί' οὐδὲ — ἀμυνκᾶτό γε dedit Plathanæ, suum ille ingenium sequutus non, ut Dobraeus Bentlejane collationis ignarus coniecit, librum Baroccianum. Luculentam Porsoni emendationem Dindorfius, Bothius egoque suscepimus. Et versum 558 primæ cauponæ tribuit etiam scholiasta, ἐπελαθόμεν δέ, φησὶν, ἐπεῖν τὸ τάριχος. Etenim prima caupona plane hoc dicere potest, se multa illa salsamenta nondum commemorasse, quippe quæ alios cibos supra nominaverit; Plathane autem ita loqui nullo modo potest, quum hæc quidem nullam ante vocem miserit, nisi hanc unam,

νη Δία, | ἐκεῖνος αὐτὸς δῆτα. Neque minus certum est, a v. 559 loqui Plathanen. Nam et μὰ Δί' — τάλαν haud ambigua novae personae indicia sunt, et ad Bacchi nondum satis territi curam augendam opus est etiam Plathanae minis, ne unus modo terror, sed multi undique terrores Bacchum circumstant. — Pro τί δαί; Rav. et Barocc. τί δέ; pro ἐρηκά Venetus ἐρηκας, quod est glossema spectatque ad v. 559, in quo ἐρηκας tacite supplendum est. Ibid. τάλαν]. Non satis recte Draco Strat. p. 40, 22. 107, 13 id esse dicit ἐπιρρημα ὀνομαστικόν. Significat potius du armes Wesen referturque hic vocativus ad feminam et hic et Lys. 102 Eccles. 124. Quartum hujusmodi locum in Athenaeo legere memini.

V. 560. Edd. ante Kusterum, ὅνπερ σὺν αὐτοῖσι ταλάροις, praeterquam quod Lugdunensis et Porti ὁ. σ. αὐτοῖσι τοῖς τ. Kusteriana ὅνπερ σὺν αὐτοῖς τοῖς ταλάροις et sic Parisinus B et Cantabr. II. ὃν οὗτος σὺν τοῖς τα-

σὺν
λάροις Parisinus D, ὃν οὗτος αὐτοῖς ταλ. Cantabr. I. Et haec quidem peperit glossa σὺν, quam arguit Brunckius. De σὺν αὐτῷ — v. Dobraeus ad h. l. p. (61), Matthiae ad Hippol. v. 1203, Lobeckius ad Phryn. p. 100. ὃν οὗτος αὐτοῖς τοῖς τ. bene restituit Dindorfius e Vatic. Parisino C Ven. Mut. ὃν οὗτος αὐτοῖς ταλάροις Rav. Parisinus E Barocc. et qui οὕτως Harleij. ὃν οὗτος αὐτοῖσι ταλάροις liber Poggianus. ὃν αὐτὸς αὐτοῖς ταλ. Parisinus A ὃν αὐτὸς αὐτοῖς τοῖς ταλ. Borgianus, Brunckius, Bothius. αὐτοῖς τοῖς ταλάροις lemma scholii et grammaticus Bekkeri p. 466, 30 Αὐτοῖς τοῖς ταλάροις ἐσθίεις τὸν τυρόν: σύντροφον τοῖς Ἀθηναίοις ἄνευ τῆς σὺν προθέσεως λέγειν, αὐτοῖς τοῖς ὅπλοις, αὐτοῖς τοῖς ταλάροις. Eandem glossam in ipsis vocibus habet Suidas articulo tamen constanter omisso Αὐτοῖς ταλάροις — αὐτοῖς ὅπλοις, αὐτοῖς ταλάροις. Ac ne quis Suidae articulos furtim inserat, quum tot Aristophanei codd., in quibus et ipsis exstat αὐτοῖς ταλάροις, impedimento sunt, tum atticistarum praeceptio, quorum partim αὐτοῖς τοῖς ταλάροις dici vetuerunt. V. Bekk. Anecd. p. 130, 8 Αὐτῇ νηϊ, αὐτοῖς Ἰπποῖς, αὐτοῖς ἀνδράσι: ταῦτα χωρὶς ἄρθρον. Etsi quum αὐτοῖς ἀνδράσιν apud historicos plerumque articulo careat, dubitare licet, utrum ille has tantum formulas dixerit, an complexus sit genus universum. Hoc alterum placuerat Wolfio τῷ παλαιῷ, Reiskio, Wesselingio, aliis, quos refutarunt Schaefer ad Bos. Ell. p. 745 sq. atque Elmslejus ad Med. v. 160, quibus hoc addendum erat, abesse saepius articulum, quam interponi. More enim suo atticistae, quae saepenumero dicta sunt, ea semper et ubique dici jusserunt.

V. 562. [ἐβλεψεν] εἰσέβλεψεν Elb. ἀμυνκᾶτό] ἀπέμυνκᾶτό duobus vitiiis
γα
Paris. E Barocc. Harlej. ἀπέμυνκᾶτο με Cantabr. I. Afferit versum Suidas s. Ἐμυνκᾶτο, ubi Mediol. εἰς με et cod. Oxon. εἰς με δριὺ κ' ἐμυνκᾶτό γε. Dindorfius et Bothius e Rav. εἰς με susceperunt, quod tamen nonnun-

quam dicitur, (Elmslej. ad Bacch. v. 804), hujus tamen versus numeri non tragici esse debent, sed comici.

V. 563. *τούτου πάνν τούργον*] pecuniam debitam non reddere. Aliter infra v. 568 *καὶ τοῦτο τούτου τούργον*, quod est, insuper furari. Recte igitur schol. οὗτος ὁ τρόπος: τὸ τρώγειν καὶ μὴ διδόναι, φησί, τὸν μισθόν —, quae Suidas s. *Τοῦτο* perperam ad v. 568 transtulit.

V. 564. Primae persona *Πα.* praefigitur in edd. ante Brunckium, qui tacite *Πανδοκεύτρια β'*. Et *πλαθ* | sive *ἄλλη πανδ.* habere videntur Rav. Ven. Mut. — γ' om. Mus. Ven. pro eo δ' Barocc. — Schol. *καὶ παρ' Εὐριπίδῃ μαινόμενος ὥς (f. ὁ) Ἡρακλῆς καὶ σπῶν τὸ ξίφος. πρὸς τοῦτο οὖν παίζει.* Mihi hicce versus videtur esse Euripidis. Totus enim tragoediam redolet maximeque ipsum Euripidem, apud quem *δοκῶ*, *simulo* saepissime legitur. V. Valckenarium ad Hippol. v. 462 atque Elmslejum ad Med. v. 66.

V. 565. *νῆ Δία τάλαινα* in edd. ante Brunckium primae continuantur ac tum primum inde a *νῶ* loquitur Plathane. *νῆ Δία τάλαινα* Xanthiae tribuunt Rav. Ven. Mut. Barocc. Bentleji, Cantabr. I. II Vatic. Elb. Parisini ABDE. Parisinus C Xanthiae dat *νῆ Δία* — *λαβὼν* tumque ante v. 568 personam habet Dionysi. Pessime Kuster ac Dobraeus *νῆ Δία, τάλαινα* loqui faciunt Xanthiam, qui illis rebus ne interfuit quidem atque v. 563 conjectura tantum se duci fatetur. Recte haec verba primae cauponae tribuunt Brunckius in adnot., Welcker, Vossius, Dindorfius, Bothius. — Ibid. Vulgo *δεῖσσαι*. Recepi elegantem scripturam Rav. et Ven. *δεσάσα*. V. quae dixi ad Thesmoph. p. 529. Tum vulgo *πον*. Ego *πον* conjeci adulescens, probante Hermanno, quam Veneti lectionem esse multis post annis intellexi. Egrege aptum est *πον*, metu, puto, correptae. Pudet enim Plathanen timoris sui, quae nunc Pseudherculi ipsa terrori sit. Tandem *πον* e Veneto Dindorfius in ed. tert., qui antea infelicitèr conjecerat *πως*, in quod idem incidit Dobraeus.

V. 566. Schol. *κατήλιφα: τὴν μεσόδομον (f. μεσόδμην) ἢ τὴν κλίμακα.* Obscurissima vox, hic tantum obvia et in Luc. Lexiph. c. 8. *μετὰ δὲ ὁ μὲν τις ἐπὶ τὴν κατήλιφα ἀναφύχισσάμενος . . . ἐπιφόρημα ἐζήτει* —. Sed hunc locum paene inutilem reddit lacuna, quam primum indicavi, quum ex aliis codd. enotatam, tum in Gorlicensi totius paene lineae capacem. Nunc ex Aristophane Lucianoque hoc tantum patet, aedium aliquam in superiore tabulato partem *κατήλιφ* dictam esse. Brunckio est superior contignatio, quae certe praestat sublimi scalae Frischlini. In glossa satis mira Bekk. Anecd. p. 1200, 32 voces *ἀπὸ τοῦ πηλοῦ* non expedio, deinceps autem scribo, *καὶ τὸ ξύλον τὸ ἀπὸ τῆς τρώπεως ἕως τοῦ ἱστοῦ* cet. Hesychius, *Κατήλιφ: μεσόδμη, μεσότοιχον, δοκὸς ἢ ὑπὸ τινος (f. ὑπὸ τέγους vel τέγους) βασιτάζουσα τὸν ὄροφον. οἱ δὲ ἐκρίωμα τὸ ἐν τῷ οἴκῳ, ὃ καὶ βέλτιον.* Et hic quidem voce *ἐκρίωμα* indicare videtur ta-

bulatum superius, quod Attici vulgo nominant *ὑπερφῶν*, *ἀνώγειον*, *διστεγία*, *διήρες* *δωμάτιον*. Haud dubium videtur, quin *κατήλιψ* eandem fere vim habuerit, quam *μεσόδμη* (certatim enim *κατήλιψ*: *μεσόδμη* grammatici, ut Pollux VII, 123, Hesychius, Photius 149, 8. 13 Suidas in voce), ceterum de hujus ipsius verbi *μεσόδμη* significatione parum constat. Galenus Gloss. Hippocr. p. 522 ed. Fr. *Μεσόδμη: ἡ καθ' ἓνα οἶκον εἰς δύο μεμερισμένον διορίζουσα τοῦ δοκοῦ εἰρέεις, οἷον μεσοδομή τις οὔσα. Τινὲς δὲ καὶ τὸ ὑπερ- κείμενον στέγος μεσόδμην καλοῦσι*. Ac prior quidem explicatio parietis intergerini longe a verbo *κατήλιψ* abhorret. Aliter idem Galenus Vol. XVIII. P. I p. 738 ed. Kuehn. *κελεύει τοιγαροῦν ἐπὶ κλίμακος τὸν θεραπευόμενον δῆσαντας ἱμῶσιν, κρεμάσαι τὴν κλίμακα πρὸς μεσόδμην ἀνατείναντας. οὕτως δὲ ὀνομάζεται τὸ μέγα ξύλον ἀπὸ τοῦ ἐτέρου τοίχου πρὸς τὸν ἕτερον διήκον, ἔν τε τοῖς τῶν πανδοχείων οἰκοῖς τοῖς μεγάλαις, ἐν οἷς ἰσθῶσι τὰ κτήνη, καὶ κατ' ἀγρὸν ὁμοίως ἐν τοῖς γεωργικοῖς οἰκοῖς. βούλεται δὲ τοὺς μὲν πόδας ἄνω πρὸς τὴν μεσόδμην ἐστράφθαι κ. τ. λ.* Hoc enim altero loco si minus ipse Galenus, certe Hippocrates intelligi vult signum transversum in summo pariete sive tecto. Cf. Lobeckium in Paralipom. p. 290. His scriptis incidi in egregium locum Etymol. M. p. 634, 1 sub *Ὁρσοθύρη*. Nunc igitur probabile duco, *ἡ κατήλιψ* eandem vim habere, quam habet Homericum *ἡ ὀρσοθύρη*. [Schol. V. ad h. l. *σανίδα, ἐν ᾗ πάντα τὰ πωλούμενα τιθέσθιν, ἡ εἰς ἣν ἀναβαίνοντες οἱ κατοικίδιοι ὄρνις ἐκεῖ κοιμῶνται* — Apparet hunc scholiastam hariolari.] Ceterum et mihi et Bachmanno nostro cohaerere *κατήλιψ* videtur cum elementis *ἡλι* — in verbo *ἡλίβατος*. Nam simplex quoque *ἡλιψ* Graeci noverant teste Hesychio, *ἄλιψ: πέτρα*. Optime autem Guyetus glossam *ἄλιψ (πέτρα)* illustravit notissimo illo *ἡλίβατος (πέτρη)*, qui vellem alius loci Hesychiani meminisset, *Κατάλιψ: μεσόδμη*.

V. 567. *ἐξάξας* pro *ἐξάξας* Kuster, Bentlejus, Brunckius et caeteri. *τὰς ψιάθους*] unus tantum Parisinus C *τοὺς ψιάθους*, quod etiam Callistratus in suo codice invenit. Schol. *τὰς ψιάθους: — ἐν δὲ τῷ Καλλιστράτῳ γέγραπται τοὺς ψιάθους, καὶ ὅτι σσημεῖωται (dele ὅτι vel leg. ἐπισσημεῖωται, scilicet τῷ χ, hic enim sensus est) τοῦτο, ὅτι ἀρσενικῶς εἶπα*. Callistrati lectionem sequi non dubitat Suidas, *Ψιάθου: θηλυκόν. λέγεται δὲ παρ' Ἀριστοφάνει καὶ ἀρσενικῶς, τοὺς ψιάθους*. Nempe perantiqui codicis vitio deceptus esse videtur Callistratus. Male vero Dindorfius Bothiusque *τοὺς ψιάθους* receperunt. Nam *ψιάθος* apud Atticos ubique generis est feminini, velut in Lysistr. 921 sq., ubi Ravennas atque Ed. Princeps *ψιέθος* scribunt alio genere vitii. [Schol. Ven. et Flor. ad h. l. *ὅτι ὁδε ἀρσενικῶς, ὥδε δὲ θηλυκῶς* διδὸν τὸ χ.]

V. 568. Nulla persona praefixa in Elb., Dionysi in Parisino C. Versum affert Suidas s. *Τοῦτο. — τοῦτο τούτου*] *τούτου* τοῦτο Cantabr. I et paene

II. Verba ἀλλ' ἐχρῆν τι δοῦν in recentioribus aliquot edd., ut Lugdunensi et Kusteriana, Plathanae tribuuntur, quae Brunckius cum omnibus codd. et antiquis edd. Xanthiae reddidit. Nugae istae fluxerunt e scholio, τὸ δὲ » ἀλλ' ἐχρῆν τι δοῦν « δύνανται καὶ ἡ γυνὴ λέγειν. Respondere licet ipsius scholiastae verbis ad similem versum 563, τοῦτο δὲ ὁ Ξανθίας, ἐπαίρων κατὰ τοῦ Διονύσου τὰς γυναῖκας.

V. 569. Hunc Dionysio tribuit Cantabr. II. Utraque caupona in scenam prodierat, ut recte Brunckius, comite ancilla; ut jam suam utraque ancillam jubeat patronum arcessere. Brunckio repugnat nescio quo modo Welcker p. 209, cui permire videntur se invicem ipsae misisse cauponae. Ceterum et Cleonem et Hyperbolum, florentissimos olim demagogos, tandem mortuos ad id, quod facere possint, detrudit atque δήμου προστάτας in πανδοκειστικῶν προστάτας convertit, similia vivo etiamtum Cleoni magno clamatori minatus in Eqq. v. 1400. Nempe cauponae, quarum sordidus esse quaestus putabatur (Pollux VI, 128 et Theophr. Charact. XIII sive VI, 2), vulgo ejusmodi erant, ut cum Cleone adeo clamoribus conviciisque certare posse viderentur (Plut. v. 427).

V. 570. Haec usque ad ἐπιτρέψωμεν primae (πα.) continuantur in omnibus edd. ante Brunckium et in Parisinis ABD Cantabr. I ipsoque Rav. Primum correxit Brunckius e Parisino C et Veneto, qui σὺ δ' — ἐπιτρέψωμεν recte tribuunt Plathanae. [Schol. Rav. παρατηρητέον δὲ, ὅτι τέσσαρες ἐπὶ σκηνῆς (ἐν τῇ σκηνῇ codd. Flor. et ad v. 574 V.; τῇ σκηνῇ male Mediol.) διαλέγονται. Colloquuntur scilicet duae cauponae, Bacchus et Xanthias. Cf. infra ad v. 1414.]

V. 571. In edd. ante Brunckium, ut consentaneum erat, porro confunduntur personae, Πλα. ὦ — Πα. ἐγὼ δὲ γ' — Πλ. ἐγὼ δὲ τὸν —. Tacite correxit Brunckius, fortassis e Parisino C. Nam ὦ — φορτία primae dant Cantabr. I. II et versum 574 ἐγὼ δὲ γ' Plathanae Venetus. Ibid. φάρυξ] φάρυξ Ven. Parisinus C. Cantabr. I male.

V. 574. Edd. ante Brunckium εἰς et sic Rav. Ven. Mut. ἐγὼ δ' εἰς τὸ Parisinus C, ἐγὼ δ' εἰς τὸ BD Elb., εἰς etiam Cantabr. II. Qui primum ἐγὼ δ' αὖν εἰς τὸ — male conjecit, tandem ipse percepit, αὖν e v. 573 supplendum esse. Schol. Rav. τινὲς φασὶ τὸν Διονύσου λέγειν τοῦτον τὸν στίχον. Profecto Bacchus non eo est animi habitu, ut cauponas ultro terrere minis audeat. Sed grammaticus subito hic tres animadvertisse sibi videbatur cauponarum personas nesciebatque, quidnam faceret tertia. Genus autem supplicii Athenis usitatum Gorgo Tithrasia (v. 477) minitatur; v., si opus, Schneiderum ad Xenoph. Hellen. I, 7, 20.

V. 575. sqq. In edd. ante Brunckium hic loquitur Plathane, in Brunckiana recte prior caupona et sic Rav. Ven. Mut., personam omittit Cantabr. I. Verba εἰμ' ἐπὶ τὸν Κλέωνα significant ibo ad Cleonem arcessendum,

de quo praepositionis ἐπὶ usu supra ad v. 69 exposui. Jam Cleonem arcessere paullo ante v. 569 iussa erat ancilla. At loqui omnino non potest ancilla, ut quae quinta persona futura esset. Nimirum caupona v. 569 ancillae imperaverat, ut domum suam in cauponulam Cleonem evocaret; nunc autem v. 577 ipsa Cleonem e caupona in hunc locum h. e. in scenam deductura est (ἀλλ' εἰμ' ἐπὶ τὸν Κλέων', ὃς αὐτοῦ —). [Nunc interpretari malim, ibo ad Cleonem. Cf. v. 645.]

V. 575. δὲ om. Barocc. — λάργγ'] φάργγ' Ven. scil. e v. 571.

V. 576. Affert Thomas Mag. p. 570 B. (p. 223 R.) cujus codices pro κόλικας habent modo κολύκας, modo κόλνκας, modo κόληκας, modo κώληκας et tantum non omnes κατήσθιες glossema pro κατέσπασας. In Aristophane libri ad unum omnes τοὺς κόλικας, vitiose. Ego quae de h. l. supra ad v. 507 scripsi, ea partim hic retractabo. Primum enim conjecturae meae τοὺς κολάβους obstat, quod ποῖται ὁ κόλλαβος per duplex λ constanter dixerunt. Tum recepi probabilem Schweighauseri conjecturam τοὺς χόλικας, genere tamen femineo, ut in Pac. v. 701. Quam frustra hoc nomine reprehenderam, quod χόλικας non ante commemoratae essent. At de Hercule in illa ventris voragine quam plurimorum ciborum mentione opus est; ipsumque Herculem, qui bubus totis delectari soleret, vel per se nimis credibile est devorasse omasum. Nam χόλικας omasum significant, velut in Aristophane Ammonii p. 149 et Pherecrate Athenaei VI, 269, a. Postremo edacissimi dei gulae aliquanto melius convenit omasum, quam placentia. De guloso scurra Horatius Epp. I, 15, 34 patinas coenabat omasi — tribus ursis quod satis esset.

η

V. 578. ἐκποινιῖται Paris. E Cantabr. I. ἐκποινιῖται Elb. ἐκποινιῖται Barocc. et pro varia lectione schol. εἰ δὲ διὰ τῆς οἱ διφθογγογραφεῖται, μετὰ τιμωρίας ἀπαιτήσῃ. Ridicule: sed quaeritur de justa verbi ἐκποινιῖται interpretatione. Scholiastes, quocum Suidas s. Ἐκποινιῖται conferendus, ita exponit, ἃ ἔφαγεν ἡμῶν, ἀφελκύσει. Hoc quum a verbi natura abhorret, tum a re ipsa; quando Hercules omnes illos cibos jam dudum concoxerat (cf. Thesmoph. v. 570). Non huc spectat Hesychii glossa in ipsa voce, ubi ἐκποινιῖται Musuri est; codex enim, Ἐκποινιῖνται, ἐμυρῖσται. Recte Schowius, Ἐκποινιῖνται: ἐμυρῖσονται. Nostrum vero locum dicit Eustathius p. 1328, 48 ἐκ δὲ τοῦ πηνίον καὶ τὸ ἐκποινίζειν παρὰ τῷ Κωμικῷ et p. 1421. 64 πηνίον δὲ ἐστὶν ὁ μίτος. ἐξ οὗ — καὶ ἐκποινίζω φῆμα παρὰ τῷ Κωμικῷ καὶ ἐκποινιῖται, ὃ ἐστι μυρῖσεται, καὶ κατὰ Πανσανίαν, ἐξειλήσει εἰς πηνίον. Pausaniae explicationem sequitur Brunckius. Permire Vossius ihm diesen ganzen Glausch (leoninam) abzapfen wird. Immo Pausaniae sententiam tuemur »qui hoc ipso in loco hodie te in jus vocato totam litem extricabit.« Simillimus est enim Cratini locus apud Etymol.

M. p. 269, 31 *Διαπηνικίζω*, ἀπατώ. Κρατῖνος » Τούτον μὲν καλῶς διεπηνικίσας λόγον. α. εἴρηται ἀπὸ τῆς πηνίκης, ἥ ἐστι περιθετὴ κόμη, ὡς ἡ φενάκη, ἥ τοὺς ὀρθῶτας ἀπατᾷ ὡς φύσει οὐσα. τινὲς δὲ τὸ ποικίλλω ἐξηγοῦνται, ἀπὸ τῶν πηνῶν ἢ πηνίων, ὄντων ποικίλων, ἐν ᾧ ἡ πηνίζω, καὶ πηνικίζω (scribendum καὶ μὴ πηνικίζω). Meinek. in *Fragm. Com. Vol. II P. I* p. 184 quum μὲν recte in μὲν οὖν mutasset, falso tamen ne memorata quidem altera scriptura *διεπηνικίσας* retinuit, quae a sensu Cratinei loci procul abhorret, etiamsi forte metro congruat: utrum autem secunda verborum *πηνίκη*, *πηνικίζω* longa an brevis sit, juxta mecum nescit Meinek., quando deterior forma *πηνήκη*, *πηνηκίζω* non videtur momentum facere. Omnino certum exemplum compositi *διαπηνικίζω* (valde decipio) non exstat. Nam Eustathius p. 1422, 2 atque Hesychius Suidasque s. *Διαπηνηκίσαι*, id quod tam ex aoristi forma, quam ex ipsorum interpretatione *διακτεφαιώσαι* certo appareat, toti ab hoc ipso Cratini loco suspensi sunt. Atqui apud Cratinum Etymologus docet alios grammaticos *διεπήνισας* legisse, quo nihil verius cogitari potest. Scribendum est enim, *Τούτον μὲν οὖν καλῶς διεπήνισας λόγον, hanc quidem rem pulchre explicasti*. Et in articulo quidem omisso non haeremus. Ceterum qui olim *διεπηνικίσας* conjecerunt, fortassis Activi usu offensi sunt. Alibi enim Medium tantummodo invenias, h. l. *ἐκπηνιεύεται*, in Philyllio Pollucis VII, 31 *πηνίσασθαι*, apud Aristotelem *Hist. Animal. 5, 19 ἀναπηνιζόμεναι*, Theocrit. 18, 32 *πανίσδεται*. Denique si *πηνικίζω* a verbo *φεναικίζω* ductum est, ut grammaticis placet, secunda producitur; eadem vero corripienda est, si *πηνίκη* a ν. *πῆνος*, *πήνη*, *πηνίον* derivatum est. Hermannus a me consultus produci: in verbis *πηνίκη*, *πηνικίζω* respondit.

V. 579. εἰ φίλῳ μὴ ξανθίαν Mut.

V. 580. Hunc affert Suidas s. *Οἶδ' οἶδα* T. II p. 663 Kust. legitque ut vulgo, *παῦε παῦε τοῦ λόγου*. In Aristophane Venetus, *παῦε παῦε τούτους τοὺς λόγους*. Hinc conjicere licet, *οἶδ' οἶδα τὸν νοῦν παῦε τούτου τοῦ λόγου*, quamvis alibi *παῦε*, *παῦε* legatur ut supra v. 269, quae res mirandum peperit Elmsleji commentum *παῦ παῦ' οὗτος* in *Eqq. v. 828*.

V. 581. Libri omnes, *οὐκ ἂν γενοίμην Ἡρακλῆς ἂν*, falsa utique sententia, quia Xanthias id est modo ipse Hercules negare in universum non potest se aut velle aut posse Herculem. Immo qui v. 498 evolet, nihil h. l. aliud quam hoc dici posse videbit: *nolo iterum fieri Hercules*. Quare recepi correctionem meam ad *Thesmoph. v. 196* propositam, *οὐκ αὖ γ. Ἡ. α.* Hermannus ante hos decem annos mihi scripsit, conjicere *sese, οὐκ ἂν γενοίμην Ἡρακλῆς αὖ*, cujus conjecturae vir summus nescio quo pacto oblitus est ad Viger. p. 815 ed. IV.

V. 584. *θυμεῖ* edd. ante Brunckium praeter Junt. I omnes, *θυμοὶ* Junt. I Rav. Ven. Mut. Paris. C. Cantabr. I. II. *θυμῷ* et superue a rec. man. *θυ-*

μοῖ Paris. E θυμῇ Baroco. Elb. partim θυμεῖ partim θυμῇ Parisini ABD. Postremo φημι Borg. jarante Invernatio. Θυμοῖ post Valckenarium Diatrib. p. 231, a Brunckius et caeteri.

V. 585. εἶγε τύπτεις Ven. εἶγε τύπτεις μ' Parisinus B εἶγε τύπτεις μ' Cantabr. II et ut opinor Elb., unde notatum τύπτεις μ' οὐκ, porro εἶμι τύπτεις Paris. C, τύπτεις etiam Paris. D, εἰ με τύπτῃς Baroco. Cantabr. I. — Pro σοι Elb. σε, Venetus οὐκ ἂν ἂν γ' εἵποιμ' ἔτι. Scripturus erat librarius, οὐκ ἂν ἀντείποιμ' ἔτι, quod alibi legitur, hic autem contra sententiam est. Hunc v. Suidas s. *Οἷδ' οἷδα* continuo subjicit versui 580 οἷδ' οἷδα τὸν — legitque καὶν εἰ με τύπτῃς, οὐκ ἀντείποιμί σοι γε, sed ibi vocula γε abest ab Oxon. Pessime Brunckius lectionem εἰ γε τύπτεις μ' recepit. Vulgatam, quae est in omnibus edd. ante Brunckium, in ipso Rav. in Mut. Borg. aliisque codd., jam Dindorfius et Bothius restituerunt.

V. 586. *es om.* Rav.

V. 587. Juvenis Bacchus, qui caelebs erat non paterfamilias, hic jocatur, ut recte Bothius. De mysticis tantum Bacchi nuptiis e Demosthene atque Hesychio constat. Illud olim Spanhemius bene observavit, respici morem Atheniensium in gravissimo jurisjurandi genere se et ipsos et totum genus devoventium, si pejerassent, cujus rei exemplis pleni sunt oratores graeci. V. pauca de multis, Lysiam in Eratosth. 10, 1 B. Antiphontem Π. τ. *Ἡρώδ. φον.* 11, 9 B. Legem ap. Andocid. De Myster. 98, 8, Demosthenem In Aristocr. 67, 8 et p. 68, 9 B.

V. 588. Schol. Ald. et Rav. γλάμων: ὁ ἔχων λήμας, ὁ ἀκάθαρτος· παρ' ὅσον ἐρώμενος, φασὶν, ἣν Διονύσιον. Καλλίστρατός φησιν, ὅτι οὕτως ἐκαλεῖτο γλάμων, ὡς Χάρων. ἄλλοι δὲ τὸν λημῶντα καὶ διύγρον τοὺς ὀφθαλμοὺς. Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσιν ἐπὶ τινῶν ὀρνέων „τοὺς γλαυροὺς κατὰ φορβάν.“ Verba κατὰ φορβάν male desunt in Rav., quae etiam Suidas agnoscit, Γλάμων: ὁ ἀκάθαρτος. καὶ Σοφοκλῆς ἐπὶ ὀρνέων· τοὺς γλαυροὺς κατὰ φορβάν. Ἀριστοφάνης Βατράχοις· κἀρχέδημος ὁ γλάμων. [Hic quoque Bekkerο repugnat Seidler, quo auctore Rav. pro κατὰ φορβάν scribit καταφορβάν.] Neque vero eo usque desipuit Callistratus, ut γλάμων pro Nomine Proprio haberet, ut hic κἀρχέδημος χῶ Γλάμων conjicere auderet et ex uno homine faceret duos, ut est in recente scholio Paris.. Immo illud Callistratus dixerat, non hic γλαμῶν participium verbi γλαμᾶν exstare, sed adjectivum γλάμων, paroxytonon illud ut Χάρων. Res dilucide patet e Suida. Γλάμων: ὁ λημῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ διύγρους αὐτοὺς ἔχων· ὡς Χάρων. Quippe Suidas et lippum intelligi putat, et tamen adjicit γλάμων, ὡς Χάρων, videlicet unius accentus causa, ut ostendit etiam qua scholiastae ubique utuntur, loquendi consuetudo. Sophoclis vero locum qui attulit, aut inepte attulit, aut de edace ὁ γλάμων non minus inepte accepit, quum in Sophocle pro τοὺς λαυροὺς vitiose τοὺς γλαυροὺς scriptum invenisset:

neque enim Sophoclem ipsum *γλαυρός* pro *λαμυρός* dixisse Schneidero Lex. Gr. s. *Λαμυρός* assentior. In oculos incurrit, τοὺς λαμυροὺς κατὰ φορβὰν aves intelligi edaces, sicut Epicrates ap. Athen. VI, 262, δ γάστριν — καὶ λαμυρόν conjungit, ut omittam notum illud, γαστήρ, ἧς οὐ λαμυρώτερον οὐδέν. Perraram esse hanc adjectivi *λαμυρός* significationem vel e silentio Phrynichi atque Lobeckii p. 291 sq. cognoscas; veruntamen et *λαμυρός* et τὸ λαῖμα Avv. 1563 (edacitas, ut docui ad Thesmoph. p. 316) cum voce ὁ λαῖμος non minus arcte cohaerent, quam *λαιμάττειν*, *λαιμαργία* cel. Ceterum videri potest *κἀρχέδημος* ὁ *γλάμων* addi, non quo iste homo ad Dionysum pertineat, sed quia dira exsecratione haud indignus fuerit. Aliter tamen scholiasta, παρ' ὅσον ἐρώμενος, φασίν, ἣν Διονύσον. Sane hicce Archedemus masculae Veneri deditus fuit amavitque nequiter Alcibiadem juniorem, ut est apud Lysiam in Alcib. I, 25, 1 B., ubi plane scriptum παρ' Ἀρχεδήμῳ τῷ γλάμωνι. Jam Διόνυσος hominis quoque nomen fuisse in Qu. Aristoph. p. 236 demonstravi ibidemque p. 235 scholiastae interpretationem defendi, quia ex hujus nominis ambiguitate jocus existat dignus ingenio Aristophanis. [At verba παρόσον — Διονύσον in Rav. et Ven. desunt. Quibus peculiare idque recens scholium continetur, non ad *γλάμων*, ut caetera, sed ad *Ἀρχέδημος* referendum. Sed non improbabilem duco conjecturam meam, παρόσον ἐρώμενος, φασίν, ἣν Διονύσον. *Ἐρώμενος* participium verbi *ἐρᾶσθαι* idem significat, quod *ἱερῆς*. Archedemus h. l., inquit, ideo a Baccho memoratur, quoniam Bacchi fuit sacerdos. Ceterum Dorvillius ad Chariton. p. 647, Schaefer ad Schol. Apoll. Rh. II p. 195 alique hominis nomen non ut dei Διόνυσος scribunt, sed constanter Διονύσιος, hujus frequentia nominis decepti. At verissime statui in Quaestt. Aristoph. I p. 236 etiam prius nomen Διόνυσος hominibus impositum esse. Postea Meinekius in Fragm. Com. V. II P. II p. 770 partim mihi assensus, partim hominum nomen Διόνυσος non valde antiquum esse ratus memoravit et Dionysum Atheniensem Musaei patrem, qui secundo post Christum saeculo vixerit, ap. Boeckhium Corp. Inscript. Vol. I tit. 193, et Dionysum Trimalchionis servum ap. Petronium Satyr. C. 41 p. 184 Burm. At praeterquam quod plura humani nominis Διόνυσος exempla afferenda erant, etiam comparatione uti simillimorum vir ingeniosissimus debebat, neque omittere *Λητώ*, Evagorae regis concubinam ap. Lucian. Pro Imagg. c. 27, *Ἀρτεμιν* servam Platonis ap. Diog. Laert. III, 42 al. Praeterea sacerdotes numinum suorum et cognomina et nomina ipsa saepissime invenerunt, ut docui ad Thesmoph. v. 533 et ad Ran. v. 295. Sed de hoc toto genere ad Plutum v. 550 plura dicemus.] — Huc spectant etiam Suidas s. *Κἀρχέδημος* ὁ *γλάμων* et fortasse schol. Ven. ad Il. ω', 192.

V. 590—604. De metro dictum est ad v. 534. Antistrophii versus non

minus, quam stropham, Brunckius corripit. Recte edd. ante Brunckium et plerique codd. etiam Rav. habent dimetros, praeterquam quod haec quoque duo systemata unico tetrametro claudunt. Borgianus tamen dividit νῦν σὸν — ἐλληφας et ἦνπερ — ἀνανεάζειν.

V. 590. Chori nomen, quod Bisetus praefigi jussit, in edd. vett. deest. De codd. parum constat. Ibid. Ald. ἔργο ἔνστ', J. I ἔργον ἔνεστ' J. II ἔργον ἔνστ'. Supra v. 540 Ald. recte θηραμένους, sed quia J. I θυραμένους, ideo J. II θειραμένους. V. 549. ἦλθ' quod sane in aliquot codd. legitur, Fracini tamen conjectura esse potest, quia Ald. J. I sine ulla interpunctione habent δεῦρ' ἔλθ' ὁ πανοῦργος οὐτοσί.

V. 591. Pro ἦνπερ Venetus et Parisinus A ἦν. In omnibus editis. pessime interpungitur, ἦνπερ εἶχες ἐξ ἀρχῆς, πάλιν —. Immo cohaerent haec verba ἐλληφας ἐξ ἀρχῆς πάλιν denuo accepisti. Hanc enim vim habet ἐξ ἀρχῆς πάλιν Plut. v. 221 et Pherecrat. ap. Athen. VI, 269 c., πάλιν ἐξ ἀρχῆς Isocr. Areopag. 17, 1 Pac. 961 ibid. v. 1292, αὐθις ἐξ ἀρχῆς Plutarch. in Mario c. 25, ἀπ' ἀρχῆς αὐθις Soph. Aj. 1097, ἐξ ὑπαρχῆς αὐθις Sophocl. Oed. R. v. 132.

V. 592. Edd. omnes et Cantabr. II ἀνανεάζειν σαντὸν αἰεὶ. Verba σαντὸν αἰεὶ absunt a Rav. Ven. Mut. Borg. Barocc. Cantabr. I Harlej. In Barocciano glossa est ἑαντὸν πρὸς τὸ σοβαρόν, in Cantabr. I Harlej. et in ipso Rav. σεαντὸν πρὸς τὸ σοβαρόν. Jam αἰεὶ intelligi non posse totumque istuc σαντὸν αἰεὶ metricos versus explendi causa e strophae versu, cui noster respondet, 536 μετακλύδεν αὐτὸν αἰεὶ, dolo malo huc transtulisse Beckius, Hermannus, Dobraeus et Dindorfius (ed. tert.) perspexerunt. Dobraei tamen conjectura ἀνανεάζειν αὐ σεαντὸν facile refellitur, quod et ἀνανεάζειν verbum neutrum est non activum, neque a metricorum additamento σαντὸν proficiscendum erat. Enimvero glossa πρὸς τὸ σοβαρόν tanto pluris facienda est, quod in codd. legitur et per se optimis et hic liberis a fraude metricorum. Hujus igitur fiducia glossae quum ego juvenis h. l. emendassem, πρὸς τὸ σοβαρόν glossema esse ratus verae lectionis πρὸς τὸ γαῦρον, nunc illud meum ἀνανεάζειν πρὸς τὸ γαῦρον recipiendum putavi, ultimis tamen, quia a libris omnibus absunt, in vincula coniectis. Omnes autem, quemadmodum spero, facile intelligent, verbis πρὸς τὸ γαῦρον nihil aptius cogitari posse neque ad huius loci sententiam, neque ad personam Herculis ipsius, de quo supra v. 282 haec leguntur, οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρόν ἐσθ', ὥς Ἡρακλῆς. Denique etiam haec eleganter, si recte sentio, pulchreque conjuncta sunt,

ἀνανεάζειν πρὸς τὸ γαῦρον,
καὶ βλέπειν αὐθις τὸ δεινόν.

V. 593. αὐτίς Rav. Inverniti.

V. 594. Parisinus E εἰλάξει σεαντὸν, unde Brunckius Beckiusque εἰ-

κάζεις ἐαυτὸν conjecerunt. Ibid. εἰ — ἀλώσει edd. ante Brunckium, Rav. Borg. Parisini BC Cantabr. I. II, εἰ — ἀλώση Ven. Mut. Barocc. Paris. D Elb. Monac., ἦν — ἀλῶς Brunckius e Parisino A et ἀλῶς etiam Vatic. At ἀλῶς interpolatio est e vitio strophici versus μεταστρέφειν ducta. Hinc idem Parisinus A catalecticum habet utroque loco, σχῆμα· τὸ δὲ μεταστρέ-

φειν atque ἦν δὲ παραληρωῶν ἀλῶς. Denique Harlejanus ita, ἀλῶς ^{εἰ} ἄξιον, primo erat ἀλῶς, sed statim mutatum. Ἄξιον e scholio Aldinae ipsiusque Harlejani fluxit, παραληρωῶν: ἀγνοεῖς τι ποιῶν καὶ οὐ τῆς Ἡρακλείους σκευῆς ἄξιον. Nempe παραληρεῖν quum proprie sit *delirare* ut *senem*, verbo ἀναπεάζειν v. 592 pulchre opponitur.

V. 595. κἀκβάλλης Venetus, καὶ βάλλης edd. ante Dindorfium, Rav. Parisini ABD Cantabr. I. II (sed βαλεῖς in gl. I), καὶ βάλλης Mutin. καὶ βάλλης hoc accentu Barocc. et Parisinus C. Beckius p. 155 εἰ — ἀλώσει καὶ βαλεῖς scribit, quod Dindorfius Bothiusque imitati sunt, sed p. 156 ad Brunckianum ἦν — ἀλῶς καὶ βάλλης revolvi videtur. Κἀκβαλεῖς favente Veneto scribit etiam Hermannus. Neque enim satis graecum esse puto μαλθακὸν τι βάλλειν. Contra ἐκβάλλειν τι saepenumero est, *per imprudentiam aliquid emittere*, velut in Hom. II. σ', 324. Od. δ', 503. Herodot. VI, 69. Aeschyl. Agam. v. 1663. Ar. Vesp. v. 1289. Ad sententiam confer Eurip. Helen. v. 508 ἦν μὲν ἀμόφρων τις ἧ — ἦν δ' ἐνδιδῶν τι μαλθακόν.

V. 596. ἀνάγκη τις πάλιν Ald. J. I. II et pleraeque aliae, tum Vet. Scaligeri, Parisini BD Borg. Monac. Cantabr. II ἀνάγκη πάλιν Rav. Mut. Paris. C Barocc. Cantabr. I Harlej. αὐθις ἀλρεσθαί σε πάλιν τὰ σφεάματα Parisinus A. Jam cod. Ven. (in quo τὰ deest) legit ἀνάγκη 'στι πάλιν eodemque modo edd. Gel. Port. Lugd. Kuster. Vulgatam ἀνάγκη τις πάλιν Brunckius Bothiusque revocarunt. Recte vero ἀνάγκη 'στιν πάλιν Bentlejus, Beckius, Hermannus, Dobraeus et tandem in ed. tert. Dindorfius. Praeter necessitatem ἀνάγκη 'σται πάλιν conjecit Dawesius Misc. Cr. p. 237. Quum τις necessitatis notionem minuat, apparet vulgatam ferri diutius non posse. Minime est enim ἀνάγκη τις, sed potius ἅπασ' ἀνάγκη (Pac. 369 et saepe) sive μεγίστη ἀνάγκη. V. Demosth. Philipp. I, 10, 3 πότ' οὖν, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πότ' ἂν χρηρὴ κρᾶξετε; ἐπειδὴν τί γένηται; ἐπειδὴν νῆ Δί' ἀνάγκη τις ἧ. νῦν δὲ τί χρηρὴ τὰ γινόμενα ἡγήσονται; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι τοῖς ἐλευθέροις μεγίστην ἀνάγκην τὴν ὑπὲρ τῶν πραγμάτων αἰσχρότην εἶναι. Ceterum 'στιν quodammodo commendat etiam strophæ, δεξιού πρὸς ἀνδρός ἐστ' —. Similiores etiam verbo ac vocis sono hi versus sunt v. 534 et 590, tum v. 539 et 595, denique v. 541 et 597.

V. 597. ἄνδρες] ἄνδρες Parisinus C.

V. 598. συννοούμενος ταῦθ' varia lectio in marg. Barocc. Equidem

olim τοῦτ' pro ταῦτ' conieci neque conjecturae poenitet. Nam parum eleganter intra tam paucos versus (v. 600) ταῦτ' bis poni video idque diversa significatione.

V. 600. Hoc loco τοῦτ' Rav. pro ταῦτα. At pronomen miuime ad χρηστὸν τι refertur, sed ταῦτ' Herculis amictum significat, ut αὐτὰ v. 498 et 532. Haud sciam tamen, an Ravennatis lectio τοῦτ' ἀφαιρῆσθαι novum pondus adjiciat conjecturae nostrae, ἀλλὰ καὐτὸς τυγχάνω τοῦτ' | ἄρτι συννοούμενος. Ceterum πάλιν non post ἀφαιρῆσθαι, sed post οἶδ' ὅτι demum ponit Barocc., πάλιν τι πειράσεται εὖ οἶδ' ὅτι Borg. πάλιν πειράσεται. εὖ οἶδ' ὅτι Junt. I. Pro ὅτι Elb. ὅτι τι.

V. 602. παρέξω — ὀρίανον affert Suidas s. Λῆμα, ubi in codicibus est, παρέξωμ' αὐτόν.

V. 604. δεῖν θ' Parisinus C, δεῖν δ' ἔοικεν ut vulgo Suidas s. Δεῖν, cujus caeteras ineptias omitto. [Ibid. ψόφον] ψόφον Mutin. et ed. Junt. III, ψόφους velus liber Scaligeri.

V. 606. κακόν τῳ Barocc.

V. 607. Elmslejus ad Medeam v. 1120 coniecit, Οὐκ ἐς κόρακας; οὐ μὴ πρόσσιτον. Αἰ. εἰεν, μάχει; Recepit Dindorfius, scribens praeterea μαχεῖ typothetarum credo errore. At nec senarius talis probari potest, ut supra ad v. 488 docui, neque καὶ expungi, quo nihil est aptius. Cave quidquam mutes; πρόσσιτον enim Imperativus est. Sed Elmslejum miror non ita potius scripsisse, ἄ. ἐς κόρακας· οὐ μὴ πρόσσιτον. Αἰ. εἰεν, καὶ μάχει; (ἐς κόρακας Vesp. 982, contra οὐκ ἐς κόρακας; Plut. 394). Jam εἰεν ad ea etiam quae sequantur referri posse Hermannus ad Eurip. Suppl. 795 et ad Viger. p. 749 ed IV. demonstravit. Et hic quidem vocula ista mirantis est, *istane, siccine vero* (tum tu etiam pugnas?) Eandem vim habet in Eurip. Hippol. 297 εἰεν, τί σιγῆς; ubi Brunckius ἔα frustra coniecit. Schol. οὐκ εὖ οὐδὲ κυρίως τὸ (leg. τῷ) πρόσσιτον προκαλεῖται. δύνανται δὲ ἄλλοις μὲν λέγειν τὸ πρόσσιτον ἐπομένοις αὐτῷ, ἄλλους δὲ ἔτι καλεῖν, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα εἰρηκεν ὡς δούλων ἢ τοξοτῶν βαρβάρων. Tantum abest, ut scholiasta οὐκ — πρόσσιτον Aeaco tribuat, ut manifesto errore πρόσσιτον scripserit pro Aeaci voce ἀνύπετον v. 606, recte caeteroqui explicans dualem, quo antea inepte offensus est.

V. 608. διτῶνας Rav. δ' ἰτῶνας Mut. Cantabr. I. II Junt. I. — Vulgo σκεβλίας et sic Junt. I Mut. σκεβλύας Rav. Ven. Borg. Cantabr. I. II Elb. Ald. Junt. II. Tum σπάρδοκας Venetus.

V. 609. Hic δεῦρο adscivi e Rav. iugrato sono δευρὶ — τουτῷ offensus. Legebatur δευρί.

V. 610—612. Vulgo Xanthiae tribuuntur μάλ' ὑπερφανᾶ, Aeaco autem σχέτλια — δεινὰ. At quomodo tandem Xanthias semet ipse condemnans

dicere potest indignum esse, quod quum fur sit, pulsare tamen lictores audeat? Immo vero μάλλ' ὑπερφυνᾷ Aeaci verba sunt et proxima σχέτλια — δεινὰ Bacchi, id quod intellexit etiam Dobraeus. Et profecto σχέτλια — δεινὰ Bacchi sunt in Parisinis BD et Elb., quod Beckio Boissonadioque placuit. Nam Bacchus servi malignitatem (supra v. 563. 568) imitatus quum in Xanthiam Aeacum incitat, tum pro se ipse Aeaci benevolentiam captat assentando, quo sit ipse tutior. Scilicet gradu quasi facto oratio adscendit δεινὰ, ὑπερφυνᾷ, σχέτλια. V. Thesmoph. v. 831 ἐν δ' ὑπερφυνέσ-
τον, Lysiam in Epicratem 12, 1 τὸ δὲ πάντων ὑπερφυνέστατον (quod indig-
nissimum est), Demosth. in Midiam 88, 5 δεινὸν ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερ-
φυνές. Adde Lobeckium in Paralipp. p. 541. Codex Ven. Aeaco conti-
nual εἶτ' — τᾷλλότρια, Baccho dat μάλλ' ὑπερφυνᾷ, Aeaco ut vulgo σχέτλια —
δεινὰ, quas easdem personas habet schol. τιwēs δὲ φασιν ἐκ τοῦ εἶεν καὶ
[τοῦ dele] μάχη τὸν παρὰ τοῦ Πλούτωνος ἐξελθόντα λέγειν ἕως τοῦ κλέπτοντα
τᾷλλότρια, τὸ δὲ μάλλον ὑπερφυνᾷ τὸν Διόνυσον λέγειν, εἶτα πάλιν τὸν παρὰ
τοῦ Πλούτωνος σχέτλια μὲν οὖν καὶ δεινὰ. Haec ratio etsi in postremis
vulgatae praestat, tamen graves ob causas et valde perspicuas repudianda
est. Nimis absurde addit schol. ἔνιοι δὲ φασὶ πάντα αὐτὸν λέγειν τὸν
Πλούτωνα, ἀγανακτοῦντα ἐπὶ τῷ τύπτεσθαι τοὺς ἀκολούθους ὑπὸ Ξανθίου,
ἀπὸ τοῦ εἶεν καὶ μάχη ἕως τοῦ σχέτλια μὲν οὖν καὶ δεινὰ.

V. 610. Borg. τύπτειν κλέπτοντα τουτονί. Suidas s. Δεινὰ affert Οὐχὶ
δεινὰ ταῦτα τύπτειν τουτονί.

V. 611. Libri omnes κλέπτοντα πρὸς τᾷλλότρια. Scholiasta in expo-
sitione πρὸς semel omittit, sed alio loco legisse idem videtur. At etsi
articulus loco Eqq. v. 391 defenditur, tamen πρὸς τᾷλλότρια ita dici mi-
ror, non ut praepositio sit πρὸς, sed adverbium. Male Reisigius ad Oed.
C. p. 308 κλέπτοντα πρὸς γ' ἄλλότρια conjecit. Edidi secundum meam
ipsius correctionem ad Thesmoph. p. 234, κλέπτοντα προσέτ' ἄλλότρια. V.
Ran. 490. Ach. 946. Avv. 855. — Ibid. Libri omnes μάλλ'. Scholiasta primum
affert μάλλον ὑπερφυνᾷ, tum vero optime scribit, μάλλ' ὑπερφυνᾷ: Τιμαχίδας
βραχέως ἀξιοὶ προσφέρεσθαι, ἀπιθάνως, συναλοιπῆς οὐσης ἐκ τοῦ μὴ καὶ ἄλ-
λά —. Qui μὴ ἀλλ' correxerunt, Marklando ad Iphig. 1010, Kustero (hic
dubitavit) et Porsono, Dindorfius et Bothius, non Brunckius obsequuti
sunt.

V. 614. Hunc affert Suidas s. Ἀξίος, ubi codices ἐκλεφα. Phrynichus
Bekk. p. 10, 7 Ἀξίον τριχός: Ἀριστοφάνης.

V. 615. Generosi est, servos suos ultro, ne exposcente quidem ad-
versario quaerendi extorquendique causa offerre. Plerumque enim ad-
versarius servos alienos ad quaestionem exposcebat, nec raro poscebat
frustra; v., quos alii jam nominarunt, Lycurg. in Leocr. 29, 3 Demosth.
in Stephan. 1, 61, 7 in Euerg. 5, 4—18, 1 cet. Ad torquendum servos

offerunt heri etiam ap. Demosth. in Aphobum p. 11, 5 B. ibid. p. 21, 1 monente Dobraeo.

V. 616. Verbo *βασανίζειν* recte et *extorquendi* notionem et *solicite explorandi* plures grammatici tribuunt, veluti Lex. Rhetor. Bekk. p. 226, 17. Thomas M. p. 143 B. schol. ad h. l. Falso alii, ut schol. Platon. p. 410 explorandi tantum vim huic verbo relinquunt, sublata altera torquendi, id quod olim refutavit Graevius ad Luc. Soloecist. c. 6. Suidas autem, quo est stupore, s. *Βασανίζειν* quum scholiastae Platonici errorem sequitur, tum hunc ipsum Aristophanis locum apponit contraria docentem. Profert ibi Suidas v. 616—622, ab initio legens, *Βασάνιζε τοντονι λαβών*.

V. 617. *κῆν τε μ' ἔλῃς* Borg. *ἀδικοῦντα* Rav.

V. 618. Recte plerique libri et Suidas *βασανίζω*; praecedit enim v. 616 *βασάνιζε*. Parisinus C et Ven. *βασανίσω*, frustra probante Porsono ad Phoen. v. 740. Pro *ἐν κλίμακι* Suidas habet *ἐν πίντακι*. V. 618—622 affert Suidas etiam s. *Κλιμακίζειν*, ubi sic incipit, *Βασάνιζε πάντα τρόπον, ἐν κλίμακι* —.

V. 619. *δαίρων* utrobique Suidas. *ὑστριχίδι μαστιγῶν* affert Suidas etiam s. *ὑστριξ*.

V. 620. *στρεβλῶν*] in rota servi cruciabantur; Pac. 444. Lys. 846. Plut. 875. Plutarch. in Nicia c. 30. Varia autem tormentorum genera fuisse patet etiam ex Antiphonte *Περ. τ. χορευτ. 24, 1 βασανίζειν τρόπον ὁποῖον βοῦλοιο*. Ibid. *ἐπὶ τε τὰς* edd. ante Brunckium et plerique codd. (omnes Parisini, Mut. Cantabr. I. II), *ἔτι δ' ἐς τὰς* Rav. Ven. Suidas s. *Κλιμακίζειν*; *ἐπὶ τ' ἐς τὰς* Borg.; *ἔτι δ' ἐς τὰς* Suidas s. *Βασανίζειν* et Brunckius. Primum correxit Dawesius M. Cr. p. 238.

V. 621. *πλινθους ἐπιτιθεῖς*] Laterum magnam multitudinem humeris impositam mire Beckius coniecit. Recte alii calidos fuisse lateres interpretantur. Simile quodammodo est illud Sophoclis de voluntario cruciatus ad probandam innocentiam comparato, Antig. v. 264 *ἤμεν δ' ἔτοιμοι καὶ μύδρους αἶρειν χερσὶν | καὶ πῦρ διέρπειν* —. Ibid. *πλήν] περι* Rav.

V. 621 sq. Puto Athenis licuisse domino servos in quaestionem danti saevissima quaedam tormentorum genera excipere ad eumque morem verba *πλήν* — *νέφ* revoco. Nam leges torquendi scriptas esse constat e Demosth. in Stephanum I, 61, 8 — *γράμματα ἣν ἔτοιμος γράφειν Ἀπολλόδωρος, καθ' ὃ, τι ἔσται ἡ βάσανος*. Jam Xanthias, ut est animo in Bacchum malevolo, atrocissima quaeque tormenta concedit, iis tantum exceptis, quae nihil doloris allatura erant. Recte enim schol. *δύναται μὲν οὖν ἐν ᾗθει τὰ ὄντως χαλεπὰ προσθεῖς* (leg. *προθεῖς*) *ἐπιφέρειν*· *πλήν μὴ τοῦτοις αὐτὸν τύπτει, ἅπερ ἔστιν ἐλαφρότατα*. At cur tandem porro alioque Bacchum feriri vetat? Scholiasta quidem sive Suidas s. *Βασανίζειν* harum plantarum caulibus pueros ingenuos in Graecia caesos esse narrant:

ἐπειδὴ οἱ ἐλευθέριοι πρὸ τούτου ἐδαίροντο πράσοις καὶ σκορόδοις. — ὡς τοὺς ἐλευθέρους παίδας τῷ ἐκκνηλήματι τοῦ πράσου τύπτουσιν ἢ τοῦ γητείου· τοντ-
έστιν ἀμπελοπράσον· ἢ ὥς τινες πράσον φύλλῳ (ita fere Suidas). Ceterum
hujus opinionis vanitatem merito risit Welcker p. 150. Immo res sic ha-
bere videtur. Odio hae plantae Baccho sunt, quippe quae vitium ferti-
litati noceant. Inprimisque h. l. dici videtur τὸ ἀμπελόπρασον, porrum
agreste, quod in vinetis nasci, nisi Plinius (H. N. 24, 15) tradidisset, no-
men ipsum ostenderet. Sic eidem Baccho hircus ob vitem potissimum
laesam immolabatur. Cf. etiam Plutarch. in Theseo c. 8. ἡ δ' εἰς τόπον —
ἀλλὰ σέβασθαι καὶ τιμᾶν. — γηθείῳ edd. Port. Lugd. Kuster, quem errorem
Brunckius correxit. γηθείῳ vel γηθύῳ Vel. non γητείῳ Scaliger. Ple-
rumque Aristophanes dicit γήτειον, semel tamen forma γήθιον utitur ap.
Ath. VIII, 372, a, ubi modo haec praecedunt, Δίδυμος ὁμοιά φησιν εἶναι
τὰ γήθια τοῖς λεγομένοις ἀμπελοπράσοις —. Etymol. M. p. 230, 22 Γήτειον:
τὸ χλωρὸν κρόμμυον. Ἀριστοφάνης· μήτε (sic) γηθείῳ νέῳ. — λέγεται δὲ καὶ
γήθιον. γράφεται διὰ τῆς εἰ διφθόγγου.

V. 623. Qui alienos servos torquendo mutilasset, is perdita causa
damnum praestare tenebatur, uti docent e Demosth. in Pantaen. 40, 4 et
in Neaer. 124, 15. — Pro καὶ Ven. κῆν.

V. 625. Οὕτω recte explicat schol. ὅλον ἄνευ τιμῆς, οὐδὲν θέλω ὑπερ
αὐτοῦ. Tum addit, τινὲς δὲ » μὴ δῆτ' ἐμέ γε, τοῦτον δὲ βασάνιζ' ἀπαγαγών.
αὐτὸν μὲν οὖν, * εἶναι δὲ καὶ ὅλον τοῦ Ξανθίου. Scribere voluit, τοῦ
Λιονόσου et sic Vaticanus Λιον. μὴ δῆτ' ἐμέ γε· τοῦτον δὲ βασάνιζ' ἀπα-
γαγών. Τοῦτον pro οὕτω et αὐτὸν pro αὐτοῦ etiam Mut. Absurde quidem.

V. 626. Pro σοι Ven. σου, Parisinus C μοι, pro ὀφθαλμοῦς Mut. ὀφ-
θαλμῶν. Recte habet accusativus. V. Eurip. Rhes. 421. Orest. 288. An-
drom. 1064. ibid. v. 1117.

V. 627. τὰ σιδή ταχέως] ταχέως τὰ σιδή Mut. Barocc.

V. 629. ἀθάνατόν γ' ὄντ' Cantabr. I prosodiae ignorance. Lycurgo
nunc aut Pentheo minari crederes deum mollissimum. Apte Bergler con-
fert ipsius Bacchi verba in Eur. Bacch. 504 αὐδῶ με μὴ δεῖν σαρφρονῶν
οὐ σάρφροσιν.

V. 630. αὐτὸς σὺ σαυτὸν edd. ante Invernitiū; αὐτὸς σεαυτὸν Rav.
Mut. Vatic. αὐτὸς ἐαυτὸν Ven. Borg.; σὺ abest etiam a Barocc.

V. 632. τοῦτον δὲ] τὸν δὲ Elb. Monac.

V. 637. Edd. ante Bothium χῳπότερον ἄν. Recte Bothius χῳπότερόν
γ' ἄν cum Rav. Ven. Borg. Cantabr. I Harlej. χῳπότερόν γε (sine ἄν) Mut.
χῳπότερον γ' ἄν ἰδης Parisinus C. Cf. v. 623 δίκαιος ὁ λόγος· καὶ τι πη-
ρώσω γέ σοι —. Tum recte Brunckius in adnotatione ἰδης et sic praeter
Parisinum C etiam AE Rav. Ven. Mut. Barocc. Borg. Cantabr. I II. Vulgo
ἰδοίς.

V. 638. *κλύσσοντα* Rav. Monac. *κλύσσωτα* Cantabr. II.

V. 639. Quum Bacchus tormentorum metu perterritus nomen suum edidisset, Xanthias autem Herculem se esse pertenderet: uter eorum deus uterve mortalis ac servus esset, parum constabat. Cui errori ut finis imponatur, Aeacus ambo flagris caedere statuit, ideo quod homo natus sentiat dolores, dii non sentiant. Enimvero illi ambo plane verbera sentiunt, sed quia uterque deus videri vult, ejulationem suam, utcunque possunt dissimulant lacrimisque suis risum theatro excutiant.

V. 640. Vir es, inquit, vere generosus. Respicit ad v. 615. *ὁ* om. Barocc. sed in glossa habet.

V. 641. *εἰς* Brunckius *ἐς* cum duobus Parisinis et Barocc.

V. 642. *δι' ἑ* Rav. At unus loquitur virtutemque suam ostentat Xanthias; tacet Bacchus et scuticae metu cacaturit. *καὶ πῶς οὖν* Cantabr. I.

V. 644. Edidi cum Brunckio, Bentlejo, Dindorfio, Bothio *σκόπει νῦν, ἦν μ' ὑποκινήσαντ' ἰδῆς* et sic Suidas s. *Ἵποκινήσαντα*, Vatic. Parisinus A Rav. Cantabr. I (cui *νῦν*, caeteris *νῦν* tribuitur); *σκόπει νῦν ἦν μ' ἀποκινήσαντ' ἰδῆς* Parisinus E Ven. Barocc. *σκόπει νῦν ἦν με παρακινήσαντ' ἰδῆς* Parisinus C Mut. Borg. Harlej.; *σκόπει ἦν με παρακινήσαντ' ἰδῆς* Parisinus D; *παρακινήσαντα* etiam lemma scholii; edd. ante Brunckium, Cantabr. II et Parisinus B *σκόπει γ' ἦν με παρακινήσαντ' ἰδῆς*. Syntaxin *σκόπει νῦν μ', ἦν ὑποκινήσαντ' ἰδῆς* de industria Aristophanes vitavit ingratoris soni causa. Tum in Parisino A ante *ἰδοῦ* est *ξ*, initium nominis *Ἰανθίας*, et post *ἰδοῦ* vacuum spatium, quae vestigia, ut recte Brunckius, ducunt ad lectionem Parisini C *ἰδοῦ* Aeaco tribuentis. Quam scripturam Brunckio, Beckio, Vossio probatam esse miramur. Est haec interpolatio, cujus parens *ἰδοῦ* mire explicabat *aocipe plagam*, inductus Aeaci verbis v. 645 *ἦδη πάταξά σ'* (ita enim et ipse legebat). Immo *ἰδοῦ*, quod saepissime est imperata facientis, ad v. 641 *ἀποδόσθε δὴ* refertur, id quod Bothias intellexit.

V. 645. Libri omnes post versum *ἰδοῦ* — *ἰδῆς* continuo pergunt,

Αλ. ἦδη 'πάταξά σ' (σε ΕΙβ.) Ξαν. οὐ μὰ Δί'. Αλ. οὐδ'

Paris. C. *οὐγ')* *ἐμοὶ δοκεῖς*.

ἀλλ' εἰμ' —

Hoc versuum ordine servato Ravennas Xanthiae continuat *ἦδη πατάξας* (sic) et porro sic mutat personas, *Αλ. οὐ μὰ Δί' Ξα. οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖς. | Αλ. ἀλλ' εἰμι ἐπὶ —*. Cum Rav. consentire videtur schol., qui et ipse verba *οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖς* Xanthiae assignet, *προσποιεῖται γοῦν ὁ Ξερος (ὁ Ξανθίας) μὴ αἰσθάνεσθαι, λέγων «οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖς»*. Et vulgatam quidem *σὺ* interpolationem esse, cujus auctor illud unum pensi habuerit, ne curasse ver-

bera Xanthias videretur. Neque enim apparet, cur Aeacus nullo interrogante subito dixerit ἤδη 'πάταξά σ' et multo minus verba οὐ μὰ Δί' (sc. ἐπάταξας) significare possunt, non *sensi plagas*, omnium minime vero illud tolerari potest Δί. οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖς, quod parum grammatice vertit Brunkius, nec mihi videris *sensisse*, Bentlejo Reiskioque infeliciter conjectantibus, οὐδ' ἐμοὶ δοκῶ vel δοκεῖ. Claudicat vero etiam, ut quidem nunc est, lectio Ravennatis, secundum quam Aeacus, qui modo Xanthiam verberarit, neget id ipsum Δί. οὐ μὰ Δί' (sc. ἐπάταξα). Immo affirmare eam rem non infitiri debuit, sicut idem paullo post Bacchum non minus leniter accipit et tamen verbis καὶ δὴ 'πάταξα a se verberatum esse fatetur. Deinde si Xanthias doloris sui dissimulandi causa dixit ἤδη 'πάταξας; ac statim οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖς, inepte mentitus est, quum sciret factum planissime. Meam hujus loci emendationem adeo certam esse arbitror, ut receperim. Verissima est enim scriptura Ravennatis, versu in hunc modum transposito,

Ξα. καλῶς λέγεις.

Ἰδού· αὐόπει νυν, ἣν μ' ὑποκινήσαντ' ἰδῆς.

(Nunc vapulat nec se tantillum movet Xanthias)

Δί. ἀλλ' εἰμ' ἐπὶ τῶνδ' καὶ πατάξω. Διο. πηνίκα;

Ξα. ἤδη 'πάταξας; Δί. οὐ μὰ Δί'. Ξα. οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖς.

Δί. καὶ δὴ 'πάταξα. Διο. ᾤτα —.

Librarii versuum ordinem turbantur decepti similitudine verborum πατάξω, 'πάταξας, 'πάταξα. Adeo Bacchus excruciat diuturna expectatione verberum; siquidem impendentis mali vel maxima esse solet carnificina. Is igitur πηνίκα; (sc. πατάξεις) animo quaerit anxio, ut recte Beckius; male enim schol. πηνίκα: ὡς μὴ αἰσθανόμενος καὶ αὐτὸς ὁ Διώνυσος λέγει, πότε με ἔτυψας; Jam Xanthias sollicite curat plagas Bacchi; vult enim, quae est malitia, herum quam potest atrocissime castigari. Sic postea v. 662 idem Xanthias dicit, οὐδὲν ποιεῖς γὰρ, ἀλλὰ τὰς λαγόνας σπῶδες. Ceterum nil apertius esse potest, quam Xanthiam, non Bacchum priorem vapulare; alioquin enim tota haec scena corrumpetur. Dubitavit tamen schol. ἤδη 'πάταξά σ': πιθανῶς [f. πιθανόν ἐστι] τὸν Ξανθίαν πρῶτως τύπτεσθαι. οὕτω γὰρ καὶ τό· οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ἐφρόντισα, ὁπότε [sic] 'Ἡράκλεια τὰν Διομελίδας" [excidit hujusmodi quiddam, Ξανθίον εἶναι]. τινὲς μὲν ὅτι Ξανθίας (εἰς αὐτὸν γὰρ ἐλεύσεται, ὡς ἄτε δὴ 'Ἡρακλῆα τέως ὄντα) τινὲς δὲ ὅτι Διώνυσος [hic adde, πρῶτως τύπτεται]. ἔχει δὲ καὶ τοῦτο λόγον, ὅτι θεράπων νῦν ἐστὶν ὁ Διώνυσος [καὶ πρῶτως τύπτεται, haec dele]. (Recte habent codices, πιθανὸν — πρῶτον τύπτεσθαι — ἐλεύσεται, ἄτε — πρῶτος τύπτεται, caetera fere omnia vitiose, ut vulgo.)

V. 647. Recte schol. οὐκ ἔπαρον: οὐκ ἡσθόμην et addit alia, quae partim habet Suidas s. ἔπαρον. Adeo non, inquit, plagis titillatus dolui, ut ne sternutaverim quidem.

V. 648. *δ'* Rav. *τοὺν* Barocc.

V. 649. Aeacus, qui prima vice leniter utrumque acceperat, nunc eos sane vehementer incipit percutere. Hic autem Xanthias suavi varietate et fortitudinem simulat verbis *οὐκὼν ἀνύσεις*; et continuo veram prodit mollitiem. Ceterum edd. ante Brunnium, *lattatai. Al. τί δὴ tatal.* Eodem modo sine Aeaci tamen persona Mutin. *τί tattatai. Al.^α/ τί tattatai* Ven. *lattatai. Al. τί tatal* Barocc. *lattatai. Al.^α/ τί δ' lattatai* Paris. D. Elb. Brunnius, *latatai. Al.^α/ τί latatai* Paris. C. Eodem modo Paris. A sine Aeaci tamen persona et in margine cum diversa lectione, *Alavός. τί ἀttatai.* Similiter Borg. *latatai latatai τί ἀttatai.* Ravennas *lattattattattattatai* (omissis *Al. τί δὴ tatal*). A Rav. haud longe abest Suidas, qui haud dubie nostrum versum spectat, *lattattattattattattattattatai: σχολιαστικά. καὶ τοῦτο ἀλγίστας φησίν.* [Vide nunc schol. Rav. ad h. l., non ad v. 651.] Ita editio Kusteri. Quare scripsi, *ἄ. οὐκὼν ἀνύσεις; lattattattattattatai Al. μῶν* —. Nam et Aeaci persona, quam tot optimi codices tollunt, cum hac vel simili cauda *τί δὴ tatal*; a correctore grammatico profecta est, et illud *μῶν ὠδονήθης*; est loqui incipientis, *that's weh?* Quare nihili esse censeo, quod Dindorfius et Bekker Veneti libri interpolatione nixi conjecerunt, *lattatai. Al. τί tātatai*; Isto enim modo, ut recte statuit Brunnius, eadem prorsus ejulatio iterari debebat. Summam rei ante me viderunt Hermannus atque Dobraeus, qui ambo emendant, *ἄανθ. οὐκὼν ἀνύσεις; lattatai, lattatai.* Fortassis recte. Cf. Ach. 1153. 1160 Eqq. 1. Nub. 697 Thesmoph. 223. 1005.

V. 650. Si Welckerum p. 151 audias, Pseudhercules illacrimasse se negat, sed risisse potius ut tempore festo. At in tanto tamque aperto dolore risus atque hilaritas ne fingi quidem commode poterat. Immo, ut mihi quidem videtur, Athenienses inter tot belli curas magnum Herculis festum in Diomeensium pago celebrari solitum intermiserant. (Cf. Lucian. Icaromen. c. 24. Lysias in Nicomachum 20, 2. Lobeck. Aglaoph. p. 626 sqq.). Jam Xanthias-Hercules minime plagis se doluisse ait, sed sollicitum fuisse sacrorum suorum intermissione. Ita apte perget etiam Aeacus, *ἀνθρώπος ἱερὸς, εἴν frommet Xensch!* (Dindorfius mavult *ἀνθρώπος*, quod non necessarium est.) Bene schol. A. I. *ἀποδέχεται αὐτὸν ὁ κύριος ὡς δαιμόμενον καὶ (i. καὶ ὁμῶς) φροντίζοντα τῶν μυστηρίων. τυπτόμενος γὰρ θείας τελετῆς μέμνηται.* (Hic usus vocis *τῶν μυστηρίων* recentior est, verbo jam latius patente; v. Lobeck. Aglaoph. p. 90). Ostendi autem ad Daetal. p. 28 contra ac Meursio visum est, *Διόμεια* et *Κυνόσαργες* ambo unum eundemque pagum fuisse, praeterquam quod Cynosarges, templum Herculis gymnasiumque et lucus circumjectus haud procul portis Aegaei

(Diog. Laert. VI, 13) partem tantummodo universi pagi complexum sit. Ne enim dicam, Herculis et festum et parasitos ipsiusque Diomi nomen utrique loco communes esse, disertus testis est Stephanus Byzantius s. v. *Κυνόσαργες: γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ δῆμος ἀπὸ Διόμον, ἀφ' οὗ ὁ χῶρος Διόμεια καλεῖται*—. Jam vero Hercules per totam Atticam ita pie colebatur, ut tamen et Marathone et vero etiam in Cynosarge maximus ei honos haberetur (Harpocratio et Suidas s. *Ἡράκλεια* sive Photius p. 73, 2). Praeterea ad Ranarum versum aliosque similes spectat idem Harpocratio, *Ἐν Διομείοις Ἡράκλειον: — τῆς ἐν Διομείοις ἀγομῆνης ἐορτῆς τῇ Ἡρακλεῖ μνημονεύουσι καὶ οἱ Κωμικοί*. Adde Suidam, *Διόμεια: δῆμος τῆς Ἀθηίδος φυλῆς, ἀπὸ Διόμον τοῦ (sic) Ἡρακλέους. Ἀριστοφάνης· ἐφρόντισα — γίνεται*. Schol. Ald. *τὰν Διομείοις: δῆμος τῆς Ἀθηίδος φυλῆς ἀπὸ Διόμον ἐρωμένον τοῦ Ἡρακλέους. ἔστι δὲ Ἡράκλειον αὐτόθι, περὶ οὗ φησι δηλῶν, ὅτι Διόμος Ἡρακλῆς ἐγένετο*. Schol. Rav. habet vitium *Διόμος Ἡρακλῆς* nec minus falso legit *Διόμον τοῦ Ἡρακλέους* ut Suidas (*ἐρωμένον* inserit Aldina), sed lacunam praeclare explet scribendo, *περὶ οὗ καὶ Ῥιανός φησι δηλῶν*—. Notum est enim Rhiani de Hercule opus vel ex Etym. M. p. 153, 4 et Suida s. *Ῥιανός*. Nemo autem verba ad sensum aptissima ἀπὸ Διόμον ἐρωμένον τοῦ Ἡρακλέους mutare auderet, nisi Musurus demum ἐρωμένον inseruisset. Nam et in Ravennatis scholio et in omnibus Suidae libris scriptum est ἀπὸ Διόμον τοῦ Ἡρακλέους, falsa sententia. Et haec quidem quomodo corrigendā sint, et ipsius Aristophanis verba *Ἡράκλεια τὰν Διομείοις* ostendunt et vero etiam Eustathius ad Il. p. 444, 20, qui formas τὰ Ἡράκλεια et τὰ Διόμεια ab Ἡρακλῆς atque Διόμος derivatas componit. Totum vero scholium ita emendandum est, *δῆμος τῆς Ἀθηίδος φυλῆς ἀπὸ Διόμον, [ὡς Ἡράκλεια ἀπὸ] τοῦ Ἡρακλέους. ἔστι δὲ Ἡράκλειον αὐτόθι, περὶ οὗ καὶ Ῥιανός φησι, δηλῶν ὅτι Διόμος Ἡρακλεῖ συνεγένετο*. [Rhiani locum ex ejus Heraclea sumtum esse nunc etiam Meinekius observavit in Anal. Alex. p. 178, sed conjecturae viri doctissimi utpote audaciores mihi non probantur.]

V. 653. Edd. ante Brunckium et pars codicum ut Mut. Cantabr. II *ἱππίας γ' ὄρῳ*. Sed abest γ' a Rav. Ven. Parisinis ACE Barocc. Cantabr. I lemme scholii. Primum correxit Piersonus ad Moer. p. 204. Fingit autem, se equitibus subito in conspectum datis laetatum, quia *ἰὼν* non solum dolorem exprimit, sed etiam effuse gaudentis est, ut in Pac. 1157. Eurip. Cycl. 470. Suidae aliorumque praeceptum, *Ἰοῦ ἰὼν: τὸ ἰὼν ἐπὶ χαρῶς περιπαῖται* grammaticorum argutias redolet, qui ne ipsi quidem *ἰὼ* exclamationis aequae ambiguae accentum mutant.

V. 654. *κλάεις* Parisini AB Cantabr. I Rav. Ven. Mut. *κλαίεις* edd. ante Brunckium. Verba *τὲ δῆτα κλάεις*; libri dant Aeaco. At sunt Xanthiae, ut ad v. 655 ostendam.

V. 655. Edd. ante Brunckium *Al. ἔπειτα προτιμᾷς γ' οὐδέν; Δι. οὐδέν μοι μέλει*. Brunckius, *ἔπειτα προτιμᾷς οὐδέν;* et sic Parisini BD Monac. Mut. lemma scholii; *ἐπεὶ προτιμᾷς οὐδέν* Cantabr. II; *ἐπεὶ προτιμᾷς γ' οὐδέν* Rav. Ven. Barocc. Cantabr. I Harlej. Dobraei aliusque Harlej. Elmsleji ad Ach. v. 178 Auctar. *ἐπεὶ προτιμᾷς τοῦδέν* Parisinus C et haud dubie etiam A, cui Brunckius *ἔπειτα προτιμᾷς τοῦδέν* tribuit; *προτιμᾷς γ' οὐδέν* etiam Borg. *ἐπεὶ* (non *ἔπειτα*) etiam Elb. Aeaci Dionysisque personas libri omnes habent praeter schol. *καὶ νῦν ὅλον οὐκ ἐπιστρέφῃ. δύναται δὲ τὸ αὐτὸ πρόσωπον λέγειν ὅλον*. Verum codices scribi jubent *ἐπεὶ*, quo facto duae personae loqui non possunt. Omninoque quisquis primum interpolavit, *Al. ἔπειτα προτιμᾷς οὐδέν; Διον.* — languidum tamen planeque frigidum versum commentus est. Egrege vero solus ante me haesit Hermannus versu paullo audacius transposito. V. infra ad v. 663. Equidem quum et codices optimi *ἐπεὶ προτιμᾷς γ' οὐδέν* exhibeant, et scholiasta versum totum uni tribuat personae, non dubitavi ita corrigere,

Διον. προμύων ὁσφραίνομαι.

ἐπεὶ προτιμᾷς οὐδέν, οὐδ' ἐμοὶ μέλει.

Sententia jocosa est: quoniam tu, inquit, nihil curas verbera, ne mihi quidem senio sunt. Nempe verbo *προτιμᾷς* Xanthiam alloquitur: quod ut recte fieri posset, interrogationem *τί δῆτα κλάεις;* non Aeaco sed Xanthiae tribui.

V. 656. *γ' ἄρ'* editiones ante Dindorfium; *ἄρ'* Parisinus A; *ἄρ'* Rav. Parisini CE Barocc.; *γὰρ* Mut. Pariss. BD Cantabr. I. II Harlej.; *τ' ἄρ'* Ven. (i. e. *τοὶ ἄρα*) idque restitutum a Brunckio in adnot. (qui confert Eccles. 739), Elmslejo ad Ach. v. 323 et Dindorfio. Cf. varr. lectt. ad v. 655.

V. 658. *τὸ om.* Elb. Quasi admirans dicit, *τί τὸ πρᾶγμα τουτί;* fingitque se inopem esse consilii, ut recte scholiasta.

V. 659. *πυθῶν'*] ita edd. omnes ante Invernium, Bekkerum, Dindorfium, Bothium, qui non recte ediderunt *Πύθων'*. Ceterum inter ipsa verbera hunc versum recitat, ne iterum ejulare cogatur utique animum a sensu doloris avocet; parum recte enim schol. *ἄδειν προσποιεῖται αἰσθηόμενος ὁ Διόνυσος. οἱ γὰρ ἀλγοῦντες τοὺς θεοὺς ἀνακαλοῦνται*. Melius idem schol. ad v. 661 *Ἰαμβον 'Ιππῶνακτος: ὡς ἀλγήσας καὶ συγκεχυμένος οὐκ οἶδε, τί λέγει· ἐπεὶ οὐχ 'Ιππῶνακτος ἀλλ' 'Ανανίον. ἐπιφέρει δὲ ὁ 'Ανανίας αὐτῷ· » ἢ Νάξον ἢ Μίλητον ἢ Θείαν Κλάρον, ἔκον καθ' ἑῶν, ἢ Σκύθας ἀφ' ἑσθαι.* [Pro *ἑῶν* cod. Flor. *ἑρῶν*.] De Anania scholiastae jure assentiuntur Bergler, Brunckius, Vossius. Bacchus enim tum hic memoria labitur, tum paullo post Sophoclis locum admodum confuse affert, nimirum quia scuticam horret mireque animo perturbatus est. Repughavit tamen scholiastae Welcker p. 210 miro utens argumento, quod hujusmodi versus apud

plures poëtas legi potuerit. Sed Welcker quidnam esset parodia, usque eo olim oblitus erat, ut p. 151 Bacchum v. 664 sqq. suis ipsius verbis, non Sophocleis uti asseveraret. Qui si nostrum versum vindicare Hipponacti cupiebat, ita potius debebat argumentari, Ananiae et Hipponactis nomina jam antiquitus varie commixta esse. Nam eundem locum Ananio tribuit Athenaeus III, 78 f., Hipponacti autem Stobaeus T. 97 (95) p. 519. T. III, p. 261 G. idemque Athenaeus XIV, 625 c de alio loco, siue Ananii an Hipponactis dubitat, quando ibi veram esse censeo Casauboni emendationem, *Ἀνάνιος ἢ Ἰππώναξ*. Quanquam ne hoc quidem argumento multum efficitur. Neque enim scholiasta, qui persuasissimum habet nostrum quidem versum Ananii esse non Hipponactis, nisi ante poetam ipsum diligenter explorasset, longiorem ejus locum potuisset apponere. Ananii versus ita maxime corripo,

*Ἀπολλον, ὃς πον Ἀήλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις,
ἢ Νάξον ἢ Μύητον ἢ Θείαν Κλάρον,
ἔκου καθ' ἱερὰ· κοὐ Σκύθας ἀφίξειαι.*

V. 1 incertum esse, ubi cummaxime Apollo habitet, vocula *πὸν* apte declaratur, ut in II. π', 514. V. 2 ne quis choliambos latere putet, *Κλάρον* hic primam habet brevem, ut Homer. Hymn. in Dian. v. 5. V. 3 scholiastes καθ' ἱερὰ ἢ Σκύθας particula ἢ e superioribus falso repetita. Secundum meam conjecturam opipara deo sacra promittit. Nam Scythae huic ipsi Apollini asinos immolare credebantur. Vise Fragmenta Apollodori p. 394 Heyn. ed. II, Callimachi p. 256 Blomf., Pindar. Pyth. X, 51. Nihil autem moror Herodotum, qui IV, 129 ullos in Scythia asinos fuisse negat. Neque enim quid in rerum natura fuerit, quaeritur, sed quid vulgo a Graecis creditum sit.

V. 661. Lepide Borg. *ἱππαρνάκτος*.

V. 662. *τάς*] *τοὺς* Mut.

V. 663. E Xanthiae verbis οὐδὲν ποιεῖς et Aeaci μὰ τὸν Δί' (οὐδὲν ποιῶ) apparet, plagam modo v. 659 inflictam pro nihilo duci, sive ea justo lenior fuit, sive Bacchus ictum declinatione corporis plane effugit (cf. v. 663 ἤδη πάρεχε τὴν γαστέρα). Quare nunc ilia sive ventrem Bacchi quanta maxima potest vehementia caedit. Adeo etiam h. l. alternae plagae insiluntur ex Aeaci proposito supra v. 643. Hermannus tamen male hic Bacchum bis percuti ratus, quum idem pulchre animadvertisset versum 655 correctionis indigere, hunc versum justo audacius ita transposuit,

*Αἰ. μὰ τὸν Δί', ἀλλ' ἤδη πάρεχε τὴν γαστέρα,
ἔπει προσημαῖ' οὐδέν.* (tum Xanthiam feriri)

Ἄα. οὐδέν μοι μέλει.

At parum amoene Xanthiae quoque ventrem feriri puto. Immo feriendus est unius Bacchi venter, utpote ventriosi (supra v. 200 γάστρων).

V. 664. sqq. Venetus ὁ πόσειδον et deinceps μεδέεις; μεδεῖς Elb. — vulgo ἤλγησε, sed recte ἤλγησεν Rav. Mut. — πρῶνός in Exc. Scaligeri conjectura est — γλανυάσης Cantabr. I Harlej. i. e., ut recte Dobraeus, ἤς γλανυάς. — ἀλός γ' Cantabr. I Harlej. — verba δς — μέδεις recte uno versu comprehendunt edd. ante Brunckium; Brunckius, Invernitiis, Bekker duo versus habent δς — πρῶνας et ἦ — μέδεις et sic Elb. Verissime olim me docuit Hermannus Aristophanis ingenium suo ingenio assequutus, integrum esse trimetrum,

Δι. Πόσειδον. ἤλγησέν τις. Δι. — ἀλός ἐν βένθεσιν,
quae autem in medio sicut, ea prae dolore Bacchum quam celerrima voce pronuntiare ac tum demum doloris occullandi causa tranquilliore sono ad interpellatum senarium redire. Quam ego sententiam De trim. com. p. 3 quum probavi, tum interpellari trimetrum posse alio ipse exemplo ostendi Acharn. 380

Εὐριπίδη, Εὐριπίδιον

(ὕπακουσον — ἐγὼ)

. . ἀλλ' οὐ σχολή.

Tum recte omnes libri *Αἰγαίου πρῶνας* tuentur, neque Scaliger, Bentlejus, Kuster, Bothius *πρῶνός* conjicere debebant. Mire vero etiam statuunt Bergler Brunckiusque, Bacchum idcirco *Πόσειδον*, δς *Αἰγαίου πρῶνας* (scil. *ἔχεις*) pronuntiasse, quia ad Ananiam a Sophocle aberravit versusque, quem modo recitavit, *Ἄπολλον, ὅς πον Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις* memoriae influxus haeserit. Immo verbum a Sophocle additum *νέμεις* Bacchus prae dolore reticuit. Neque hic solum anxius deus et ridicule perturbatus Sophoclem corruptit, sed etiam porro, ubi exclamat, *ἦ γλανυᾶς μέδεις ἀλός ἐν βένθεσιν*, multis verbis, quae Sophocles interposuit, plane omissis. Schol. δς *Αἰγαίου πρῶνας*: παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐκ Λαοκόωντος. »Πόσειδον, δς *Αἰγαίου μέδεις πρῶνας*, ἦ *γλανυᾶς μέδεις εὐανέμον λιμνας*, ἐφ' ὕψηλαῖς σπιλάδεσσι στομάτων.« In his restituendis critici primum neglexerunt verba *ἀλός ἐν βένθεσιν*, quae ex illo Sophoclis loco ipse protulit Aristophanes. Deinde posterius *μέδεις* vel ob Aristophanis locum retineri debet. Prius autem *μέδεις* fuerunt, qui delerent atque etiam *πρῶνός* conjicerent, ut Brunckius post Kusterum. Bergler autem pro priore *μέδεις* legendum esse censuit *ἔχεις*, quo probato Bergkii De Fragm. Sophocl. p. 14 porro conjecit,

Πόσειδον, δς *Αἰγαίους ἔχεις*

πρῶνας, ἦ *γλανυᾶς μέδεις εὐανέμον λιμνας* ἐφ' ὕψηλαῖς στομάτων σπιλάδεσσιν. De numeris aliter sentio, quum praesertim primi versus metrum nullum esse videam. Sed haec in iisdem fere erratis sunt omnia. Nefas est enim, *Αἰγαίου* et *πρῶνας* mutare, quae quum per se verissima sint, tum et ab Aristophane et scholiasta certatim defenduntur. Falso enim Kuster Su-

nium Neptuni cultu inprimis clarum intelligi vult. Atqui Neptunus etiam in aliis promontoriis colebatur, cuius rei illustre exemplum retulit T. Livius 44, 11. Quamobrem ita potius corrigo,

Πόσειδον

[ἄναξ], ὃς Ἀλγείον νέμεις
 παῶνας, ἧ γλαυκᾶς μέδεις
 εὐανέμον λίμνας, ἐφ' ὅ-
 ψηλαῖσι σπιλάδεσσι στομάτων,
 [ἄλλοθ'] αἰὼς ἐν βένθεσιν.

Nihil equidem mutavi, nisi prius μέδεις in νέμεις ac tum ὑψηλαῖς in ὑψηλαῖσι. Nam ἄναξ metri, ἄλλοτε etiam sententiae explendae causa inserui, non quo haec ipsa Sophoclis verba esse contenderem. Neptune, inquit, sive nunc alta promontoria incolis aequoris Aegaei, sive in mari imo regnas.

V. 668. Vitium Juntinae II οὔτε in alias quasdam transiit. δῆμητραν Mut. Bothius confert supra v. 42.

V. 669. male Ven. εἴσιτε.

V. 670. ἀντὸς ὕμῳς] ὕμῳς ἀντὸς Rav.

V. 671. Pro ὄντε Mut. ὄντες. Ab initio edd. ante Brunckium et pars codicum ut Mut. φερσέφατθ', simillime φερσέφατ' Rav. φερρέφατ' Ven. φερσέφασσ' Cantabr. II Elb. περσέφασσ' Cantabr. I περσέφασσ' Monac. Barocc. Parisinus C περσέφασσα Borg. »Περσέφαττ' alii« Scaliger. Et Περσέφατθ' tacite edidit Brunckius. At Περσεφόνη et Περσέφασσα formae sunt veteris, quo tragici utuntur, atticismi; recentioris autem Φερσεφόνη (Eupolis ap. Athen. IX, 397, e), Φερσέφαττα (Thesmoph. 287. Epicrates Aeliani De Nat. Anim. XII, 10. Lucian. D. Deor. XI, 1 ex optimis codd.), Φερέφαττα (Demosth. in Conon. 8, 2).

V. 673. πρὶν ἐμὲ Dindorfius et Bothius e Rav. Ven. Mut. Borg. πρὶν με vulgo et metricus scholiasta ad v. 605.

V. 674—685. Hoc carmen novem versus sive tria systemata complectitur,

I. ' 00 — 00 — 00 — 00 — 00 — 00 | — ' 0 —
 ' 00 — 00 — 00 | ' 00 — 00 —
 ' 00 — 00 — 00

II. 00 ' 00 — 00 — 00 —
 00 ' 00 — 00 — 00 —
 ' 00 — 00 — 00

III.

V. 674 sq. Duo versus *Μοῦσα — καὶ | ἔλθ' ἐμᾶς* recte in unum conjunxit Dindorfius. Pro *ἀοιδᾶς ἐμᾶς* male *ἐμᾶς ἀοιδᾶς* Barocc. Cantabr. I Harlej.

V. 676 sq. Vulgo distinctum *τὸν — ὄχλον, | οὗ — κᾶθ' ἑνταῦθα*. Recte vero in Rav. Invernitiū unicus versus est, *τὸν — σοφαί* et in antistr. v. 708 *οὐ πολὺν — ἐνοχλῶν* itaque Dindorfius et Bothius ediderunt. Versus est haud ignobilis,

cujus octavam syllabam esse ancipitem intelligitur vel e Pac. v. 759 et antistr. v. 772

*Μοῦσα σὺ μὲν πολέμους ἀπώσαμένη, μετ' ἐμοῦ
Τοιάδε χρὴ Χαρίτων δαμώματα καλλικόμεν.*

Postremus versus Stesichori est apud scholiastam Pacis. Praeter Stesichorum et Aristophanem hoc metro usi sunt Pindarus, Antiphanes, Diphilus; v. Hermannum de metris Pindari ap. Heynium III p. 222 Gaisfordum ad Hephaest. p. 353 sq. Naekium De Choerilo p. 257 sqq. [Verbo tetigit Meinekius Histor. Comoed. p. 444.] Natus est autem hic versus e numeris Doriis, duobus membris, quae in hoc genere frequentia sunt, in unum versum conjunctis. Hoc equidem tum e Pindaro, tum ex Euripidis Medea intellexisse videor.

V. 678 sq. Vulgo distinctum *δὴ — ἀμφιλάλοισ | δεινὸν ἐπιβρέμεται |*. Recte versus ordinantur ab Hotibio, non etiam Bothio. *Φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος, ἐφ' οὗ δὴ (δὲ cod. Ox.) χεῖλαι ἐπιβρέμεται* *Θρηϊκία χελιδῶν* citat Suidas s. *Φιλοτιμότεραι*; idem s. *Χελιδόνων μονασία* citat *Θρηϊκία χελιδῶν* et οὗ περὶ χεῖλαι βρέμεται *Θρηϊκία χελιδῶν*; similiter schol. ad Ran. 93 affert οὗ περιβρέμεται (περὶ βρέμεται schol. Rav.) *Θρηϊκία χελιδῶν*; schol. ad Ran. 1528 (1580) ita affert *φιλοτιμότεραι — χελιδῶν*, ut δὴ omisso legat *ἐπιβρέμει*. At recte habet δὴ, prorsus ut in Pace v. 776; v. 678—682 *φιλοτιμότεραι — πέταλον* affert ut vulgo schol. ad Orest. v. 891.

V. 682 sqq. Correxī malam versuum distinctionem, *κελαδεῖ — ἀηδό-
νιον | νόμον — ἀπολείται |*. Tum vulgo *κελαδεῖ* et sic Ven. Mut. *κελαδεῖ* et supra γρ. *κελαρύζει* Harlej. *κελαρύζει* Rav. Borg. Barocc. Suidas s. *Ἐπικλαυτον* verba *ἐπὶ — νόμον* afferens legit *κελαρύζει ἐπικλαυτον*. Illud probat Hermannus legitque, ut duo existant versus pares,

ἐπὶ βάρβαρον ἐχομένη πέταλον· καλαρεύει δ'
ἐπίκλαυτον ἀηδόνιον νόμον, ὡς ἀπολείται

repugnante antistropho. Seidler autem apte ad metrum, caetera falso κολίζει coniecit. Meam conjecturam τρύζει, quam et metrum et res ipsa poscere videbantur, recepi; opus est enim tali verbo, quod absonum hirundinis cantum exprimat (Arrian. Anabas. I, 25, 6 χελιδόνα δὲ περιπέ-
τεσθαι ὑπὲρ κρηλῆς τρύζουσαν μεγάλη καὶ τῆς εὐνῆς ἄλλη καὶ ἄλλῃ καθί-
ζειν, θορυβωδέστερον ἢ κατὰ τὸ εἰωθὸς ἄδουσαν). Nam καλαδεῖ ut glossema laudabile est, quia hoc etiam verbum de hirundinis cantu ponitur (Pac. 775, ubi scholiastes confert Stesichorum). Quamquam καλαδεῖν de decoro hirundinis sono dicitur, τρύζειν autem de indecoro potius planeque absono. Jam vero cur hirundini sororis luscinae Ityn desilentis querimoniae tribuantur, e Suida patebit, Χελιδόνειον μέλος: τὸ τῆς χελιδόνος. Ἰσι δὲ αὐ-
τῆς ἡ φωνὴ οὐ θορήνος, ἀλλ' ἄσμα ἐνδοτικὸν καὶ καλυστικὸν πρὸς ἔργα. διὰ
τοῦτο χεμῶνος οὔτε ἡπταται οὔτε φθέγγεται. Pro ὡς ἀπολείται Suidas bis legit ὡς
ἀπόλοιτο s. Ἰσαι πῆφοι et s. Ὡς ἀπόλοιτο. Huc spectat etiam Hesychius s. Ἰδὲ
Ἰσαι. Ceterum totam fere hanc stropham ad Thesmoph. p. 301 sq. explicavimus. Quo loco e verbis τρύζει — καὶ Ἰσαι γένωνται recte conclusi, tummaxime Cleo-
phonem publice accusatum atque id actum esse, ut Cleophon, sicut an-
tea Hyperbolus, in exilium mitteretur. Hoc enim clarissime docet anti-
strophus v. 708 οὐ πολὺν οὐδ' ὁ πύθηνος — χρόνον ἐνδιατρίψει, ne Cli-
genes quidem (h. e. non magis, quam Cleophon) diu Athenis manebit. Eodemque pertinet, quod extremo Ranarum versu, Κλεισοφῶν δὲ μαχέσθω —
πατρίοις ἐν ἁρούραις sua in patria, Thracia bellum gerere Cleophon jubetur. Veruntamen res eventu caruit usque eo, ut Cleophon non solum
Athenis maneret, sed etiam rei publicae ut antea praecesset non sine
magna Atheniensium clade.

V. 686 sqq. Scriptor Vitae p. XIV Bekker. Μάλιστα δὲ ἐπηνέθῃ καὶ
ἡγαπήθῃ ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἐπειδὴ διὰ τῶν ἑαυτοῦ δραμάτων ἐσπούδασε δεῖ-
ξαι τὴν τῶν Ἀθηναίων πολιτείαν, ὡς ἐλευθέρα τέ ἐστι καὶ ὑπ' οὐδενὸς τυ-
ράννου δουλαγωγουμένη, ἀλλ' ὅτι δημοκρατία ἐστὶ καὶ ἐλεύθερος ὢν ὁ δῆμος
ἄρχει ἑαυτοῦ· τούτου οὖν χάριν ἐπηνέθῃ καὶ ἐστεφανώθῃ θαλλῶ τῆς ἱερᾶς
ἐλαιᾶς, ὃς νουόμεσται ἰσότημος χρυσῶ στεφάνῳ, εἰπὼν ἐκεῖνα ἐν τοῖς Βατρᾶ-
χοις περὶ τῶν ἀτίμων· τὸν ἱερὸν χορὸν δίκαιον πολλὰ χρηστὰ τῇ πόλει | συμ-
παρανεῖν. Democratiae laudatorem praemio dignum Atheniensibus videri
debuisse concedo, dum illud mihi vicissim concedatur, nostro in epirrhe-
mate nihil quidquam hujus argumenti ac generis exstare. Nam hic in
Ranis tantum abest, ut popularem causam tueatur, ut defendat optimates.
Quippe veniam dari vult eis civibus, qui imperio faverint quadringentorum.
Attamen Ranarum parabasis magnam laudem meruit teste etiam Dicaear-
cho in argumentis hujus fabulae, οὕτω δὲ ἐθανυμάσθη τὸ δρᾶμα διὰ τὴν ἐν

αὐτῷ παραβάσειν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη, ὥς φησι Δικαίλαρχος (scilicet in libro *Περὶ μουσικῶν ἀγώνων*). Ita enim Ravennas, Venetus, Aldina; ceterum Thomas Magister et codd. Dindorfiani *Fragm.* p. 24 post παραβάσειν addunt, καθ' ἣν διαλλάττει τοὺς ἐντίμους (ἐπιτίμους) τοῖς ἀτίμοις καὶ τοὺς πολίτας τοῖς φονγαῖσι, quae nisi ad nostram parabasin, quae aetatem tulit, referri nequeunt. Quum Ranas bis editam esse constet, erit fortasse, qui suspicetur, democratiam populi recens liberati in ea hujus comoediae editione, quae interiit, defensam esse. At ista conjectura rei difficultas mire augetur. Quare si Aristophanes ob hodiernam parabasin coronatus est, vitae scriptor de argumento ejus plane securus fuit; sin autem popularis imperii laudibus tantam gratiam iniit, illud quidem alia in fabula, quae interciderit, fecisse videtur, sive ipso Ranarum tempore paullo post quadringentos, sive post XXX tyrannorum demum crudelissimam dominationem edita. Nam duae duarum fabularum parabases, quae ambae in dispari argumento insignem laudem meruissent, facili negotio confundi poterant. [Tandem hoc monstrum perdomui, cognita ex ed. Oxon. Vol. IV p. 37 ejusdem codicis Veneti Vita altera vulgatae simillima, in qua noster locus rectius ita scribitur, Μάλιστα δὲ ἐπηνέσθη καὶ ἐστεφανώθη θαλλῷ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας, ὃς νενόμισται ἰσότημος χρυσῷ στεφάνῳ, εἰπὼν ἐκεῖνα ἐν τοῖς Βατράχοις περὶ τῶν ἀτίμων » Τὸν ἱερὸν χορὸν δίκαιόν ἐστι χρυστὰ τῇ πόλει συμπαραινεῖν. « Prorsus hic deest prior narratio, quae nihil ad Ranas pertinet, de defensione libertate. His igitur duobus exemplis inter se comparatis totus locus ita legendus est, Ἐγκατήθη δὲ ὑπὸ τῶν πολιτῶν σφόδρα, ἐπειδὴ διὰ τῶν αὐτοῦ δραμάτων ἐσπούδασε δεῖξαι τὴν πολιτείαν Ἀθηναίων, ὥς ἐλευθέρα τέ ἐστι καὶ ὑπ' οὐδενὸς τυράννου δουλαγωγουμένη, ἀλλ' ὅτι δημοκρατία ἐστὶ, καὶ ἐλεύθερος ὢν ὁ δῆμος ἄρχει ἑαυτοῦ. Μάλιστα δὲ ἐπηνέσθη καὶ ἐστεφανώθη θαλλῷ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας, ὃς νενόμισται ἰσότημος χρυσῷ στεφάνῳ, εἰπὼν ἐκεῖνα ἐν τοῖς Βατράχοις περὶ τῶν ἀτίμων » Τὸν ἱερὸν χορὸν δίκαιόν ἐστι χρυστὰ τῇ πόλει συμπαραινεῖν. « Sequutus sum vestigia codicis. Itaque Comicus in alia fabula nescio qua libertatis fuerat patronus, in Ranarum autem parabasi nihil aliud est, quam miserorum civium deprecator.]

V. 686. Pleraeque edd. et Ven. Mut. praefigunt Ἡμ., quod abest a Cantabr. I. II. παραβάσεις Elb. Ἐπὶ ῥῆμα. Ἡμ. edd. Ven. I. II. Raph. Port. Lugd. Kuster. Bène Rav. ἐπίρρημα. Recitat autem epirrhema coryphaeus prioris, quod modo cecinerat, hemichorii. — δίκαιόν ἐστι χρυστὰ] δίκαιον πολλὰ χρυστὰ scriptor Vitae, ἐστὶν pro ἐστὶ Rav.

V. 687. συμπαραινεῖν scriptor Vitae. — πρῶτον μὲν οὖν Barocc. πρῶτα οὖν Cantabr. I.

V. 688. Schol. ἐξισῶσαι τοὺς πολίτας: τουτέστιν ἐπιτίμους ποιῆσαι τοὺς ἀτιμωθέντας. Eodem modo Spanhemius, Vossius et p. 153 Welcker.

At necessario inter se differunt haec duo, *πρῶτον οὖν ἡμῖν δοκεῖ ἐξισῶσαι τοὺς πολίτας* — atque *εἰτ' ἄτιμον φημί* —. Immo pars quadringentorum aliorumque civium, qui eis saverant, exilii causa solum verterant. Recte alius scholiasta, *τοιαύτη γὰρ κατάστασις ἐνειστήκει, καθ' ἣν ἐφυγαδευ- θησέων τινες τῶν πολιτῶν καὶ ἄτιμοι ἐγένοντο*. Hoc igitur dicit, quadringentos eorumve amicos, qui metu profugerint, quam primum revocandos et dicta probataque causa in integrum restituendos esse. Quum inter ipsos quadringentos fuerit Aristarchus, partim nostrum locum illustrat Xenophon Hellen. I, 7, 28 *Δεινὰ δ' ἂν ποιήσατε, εἰ Ἀριστάρχῳ μὲν, πρότερον τὸν δῆμον καταλύοντι, εἰτα δὲ Οἰνόην προδιδόντι Θηβαίοις πολεμίοις οὖσαν, ἔδοτε ἡμέραν ἀπολογήσασθαι, ἣ ἐβρόχλετο, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ τὸν νόμον προῦθετε* —. CCCC eorumque amicos aliqua poena affectos esse patet etiam e Patroclidae decreto ap. Andoc. De Myster. 78, 5. Veram sententiam perspicere interpretes poterant e verbis *κάφελειν τὰ δεινὰτα*, h. e. *τοῖς φεύγουσι πολίταις ἀμνηστίαν δοῦναι καὶ ἄδειαν*. Nunc demum etiam illud apparet, cur Aristophanes teste Vitae scriptore ob hanc ipsam parabasin coronatus sit. Ita enim paullo post etiam Thrasybulus tyrannorum victor oblivionis lege perlata honoris corona oleagina a populo ornatus est (v. intpp. ad Cornel. Thrasybul. c. 3).

V. 689. *κἄν pro καὶ Borg. ἐξήμαρτον Rav. τι om.* Barocc. Jam Phrynichum imperatorem, qui Atheniensium classi ad Samum et ipse praefuit, hic dici in oculos incurrit videruntque Contius, Vossius, Welcker p. 152, Bothius. Nam hunc Phrynichum et magna astutia fuisse luculentissime docet Thucydides et eundem inprimis effecisse, ut quadringentis respublica committeretur, inter omnes constat (Thucyd. VIII, 68 Lysias *Δημ. καταλυσ.* 9, 3). Fueruntque etiam inter Alexandrinos, qui hunc versum ad Phrynichum belli ducem bene referrent, veluti Didymus Craterusque in schol. ad Lysistr. v. 313, ubi hic ipse versus assertur, et grammaticus incertus ap. Suidam s. *Φρυνίχου πάλαισμα*, ubi artes machinationesque hujus Phrynichi auctore exponit Thucydide. Adde schol. ad h. l. sive Suidam s. *Παλαισμάσιν* et s. *Φρυνίχου πάλαισμα* — *στρατηγούντος αὐτοῦ ἡττήθησαν οἱ Ἀθηναῖοι* (hoc falsum est), *καὶ πολλοὶ αὐτῷ προσεκερούσθησαν ὡς προδόντι τὸν πόλεμον* (hoc verum; v. Thucyd. VIII, 54). — *ἐγένετο δὲ στρατηγός, ἐφ' οὗ πολλοὶ ἤμαρτον τῶν τραγικῶν* (τῶν στρατηγῶν Suidas posteriore loco; recte vero τῶν πολιτῶν Meinekius) *καὶ ἄτιμοι ἐγένοντο*. Alii tamen in nostri loci explicatione nescio quo modo errarunt, primum ii, qui de decem praetoribus quatuor etiamtum superstites (qui ne steterunt quidem a partibus quadringentorum) significari absurde opinati sunt, scholiasta ad h. l. et ad v. 698. Non sapientius alii antiquum illum tragoediae auctorem Phrynichum menti informarunt; schol. ad h. l. in Aldina et cod. Rav. (nam Suidas non habet), *τὸ δὲ Φρυνίχου παλαισμα-*

ειν, ἐπει ὁ τραγικὸς Φρόνιχος Ἀνταίω δράματι περὶ παλαισμάτων πολλὰ διεξ-
ῆλθεν, ὡς πρόκειται. Quae si a nostro loco discesseris, per se utilissima
sunt. Etenim in tragoediis hujus poetae una, cui nomen fuerit Ἀνταίος
ἢ Αἰβυες a Suida s. Φρόνιχος memoratur; in qua quum notissimam Her-
culis cum Antaeo luctam tractaverit, non potest de variis luctae generi-
bus non permulta dixisse. Restant haec scholiastae verba, τινὲς δὲ τοῦτον
καμικὸν ποιητὴν λέγουσιν, ὃς κινουμένους τοὺς χοροὺς εἰσήγε καὶ παλαιον-
τας, quae eadem fere sunt apud Suidam utroque loco. At quum luctantes
chori manifesto ad tragici Antaeum referri debeant, hoc scholio aliis ver-
bis idem tradi apparet, quod scholio superiore. Quare τραγικὸν ποιη-
τὴν jam supra correxi ad v. 153. Nempe καμικὸν e deperditis scholiis
falso resedit, in quibus omnes quatuor Phrynichi id est etiam comicus
recensiti erant, sicuti patet e Suida s. Φρυνίχου πάλαισμα: — γεγόνاسι δὲ
Φρυνίχοι τέσσαρες et schol. ad Avv. 749 — περὶ ὧν (τῶν δ' Φρυνίχων) ἐν
τοῖς Βατράχοις ἱκανῶς εἰρήκαμεν. Meinekius quum in Qu. sc. II p. 7 scri-
pturam καμικὸν ποιητὴν male defendisset, in altera editione, quae admodum
nuper exiit, p. 148 τραγικὸν ποιητὴν et ipse, non optimis tamen argumen-
tis suspicatus est. Nequaquam enim, ut Meinekius narrat, scholiastes
narrat, *Phrynichum poetam comicum, postea praetorem factum esse*; sed
ille, si καμικὸν retinetur, Aristophanis versum de Phrynicho comico, non
de praetore, accipit. Deinde tantum abest, ut Meinekius gravissimum
argumentum noverit, quod a tragici Antaeo repetendum erat, ut satis
habuerit, ambiguae explicationis locum Aeliani V. H. III, 8 a Bentlejo
Opusc. p. 295 designatum comparasse; de quo Aeliani loco supra dictum
est ad v. 153.

V. 690. ὀλισθοῦσι edd. ante Kusterum. Atticis γίνεταί, ἐγγίνεταί et
ἐκγίνεταί perinde est licet. Et hic quidem libri in ἐγγενέσθαι consentiunt,
sed in Eqq. v. 848 vulgo legitur ἐκγένηται, in Rav. autem ἐγγένηται, ex
eodemque Rav. in Pac. v. 346 ἐκγένοιτ' pro γένοιτ' restitutum est. Cf.
Isocrat. Panegy. p. 16 GD. et Antidos. 304, 27 ἐγγενέσθαι, Lucian. Gall.
c. 25 ἐγγίνεταί, Plutarch. in Alcibiade c. 8 ἐγγένηται, contra Herodot. I, 78
ἐξεγένετο, ibid. V, 105 ἐκγενέσθαι, Plat. Euthydem. p. 402, 7 B. ἐξεγένετο.

V. 691. ἐκθεΐσι] ἐκτιθεΐσι Barocc. τὰς πρότερον] τὰς προτέρας Barocc.
Cantabr. I. Borg.

V. 692. totus versus deest in Elb. φημί et supra γρ. φησι Cantabr. I
μηδὲν Cantabr. II. εἰδ' om. Parisinus A, εἶναι plene Paris. E et Barocc.
Cives capite deminuti Athenis hac ignominia modo liberati sunt (Solon
Plutarchi in Solone c. 19) modo etiam non liberati (Lex. ap. Demosth. in
Timocrat. p. 45, 2). Hic autem etsi omnes cives hoc infamiae genere
affectos complectitur, comparanti tamen v. 697 sqq. praecipue videbitur
quadringentorum factionis eos cives dicere, qui quum domi remansissent,

facti sunt aerarii. Omnibus enim hujusce factionis civibus ait ignoscendum esse.

V. 693 sq. Apte Palmerius E. C. p. 774 Xenophontem comparat de hac ipsa classe disserentem, quae ad Arginusas confligit, Hellen. I, 6, 24 *Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι — ἐψηφίσαντο βοηθεῖν ναυσὶν ἑκατὸν καὶ δέκα, ἐπιβιάζοντες τοὺς ἐν ἡλικίᾳ ὄντας ἅπαντας, καὶ δοῦλους καὶ ἐλευθέρους.* Quos quidem servos libertate donatos esse quum e Ran. v. 191 conjicere licet, tum planissime res apparet e v. 33, ad quem eadem tradit scholiastes, descriptus ille a Suida s. *Οἰμοί*. Cf. etiam schol. ad Nub. v. 6. Ex hoc autem l. intelligitur, servos, quorum in atrocissima illa pugna virtus eluxisset, cum libertate civitatem quoque atticam adeptos et in Plataensium numerum relatos esse. Jam vero cives attici, quibus nomen erat Plataeensibus, Ol. 88, 1 primum constituti sunt (Thucyd. III, 20 sqq.). De atticis Plataeensibus v. decretum ap. Demosth. in Neaer. 104, 7 et Lysiam tota oratione in Panceleonem. Scholiastes ad h. l. *τοὺς συνναυμαχῆσας δοῦλους Ἑλλάνικός φησιν ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἐγγραφέντας αἰς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς.* Quae Hellanico tribuuntur, etsi per se verissima sunt et ab Aristophane h. l. confirmantur, ab Hellanico tamen scripta esse non possunt, qui natus Ol. 71, 1 archonte Hipparcho, uti docet Pamphila ap. Gellium N. A. 15, 23 octoginta quinque annorum senex, ut est apud Lucianum Macrob. c. 22 hoc est Ol. 92, 1 quinque circiter annis aute pugnam ad Arginusas pugnatam decessit. Scriptor Vit. Euripid. ap. Elmslejum ad Bacchas p. 173 ed. Lips. Hellanicum Ol. 75, 1 demum scribit natum esse, *γεννηθῆναι δὲ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ Ἑλλάνικον, ἐν ᾗ ἐνίκων τὴν περὶ Σαλαμίνα ναυμαχίαν οἱ Ἕλληνες.* At ne sic quidem fieri potest, ut Hellanicus tam senex pugnam ad Arginusas enarraverit. Itaque Boeckhius Oecon. Athen. I p. 262 quod Hellanicus tradat, id primis belli Peloponnesii annis item accidisse opinatur, de quo muta est historia. Alio modo erravit Sturzius ad Hellanicum p. 126 ed. sec. non historicum intelligi ratus sed grammaticum Hellanicum, cujus in Homero, non etiam in Aristophane opera versata est. Illud autem Sturzius ne mentione quidem dignum judicavit, quod in prima editione p. 119 ipse conjecerat, Hellanicum historicum de Salaminia pugna disseruisse. Quo nihil mihi probabilius videri profiteor. Nam quum servi pugnaverint Marathone (Pausan. I, 32, 3), cui dubium esse potest, quin Graeci ad Salaminem in extremis rebus totius Graeciae usi sint opera servorum? Tum in illo ipso scholio Salaminiae pugnae mentio facta est, *Καὶ Πλαταιαῖς δὲ εἶπεν, αἰς τῶν Πλαταιέων ἀφέντων ἐλευθέρους τοὺς συνναυμαχῆσαντας περὶ Σαλαμίνα.* His igitur verbis ad Hellanicum relatis locupletanda est ejusdem rei narratio Herodotea VIII, 1 aliorumque, quos ibi Valckenarius attulit, scriptorum. Scilicet homines caetera doctissimi ali-

quam tantum scholiorum partem legere atque attingere solent neque intelligunt, scholia, nisi tota diligentissime exploraveris, corrigi nullo modo posse. Totum igitur scholium in Aldina hujusmodi est, *Εἰτ' ἄτιμον φημι χρῆναι ἕως τοῦ κἀντι δούλων δεσπότας: ἐπειδὴ τοὺς συννανμαχήσαντας δούλους ἐλευθέρους ἐποίησαν. Καὶ Πλαταιᾶς δὲ εἶπεν, ὡς τῶν Πλαταιῶν ἀφέντων ἐλευθέρους τοὺς συννανμαχήσαντας περὶ Σαλαμῖνα. Πλαταιᾶς: ἀντι τοῦ Πλαταιᾶς. τοὺς συννανμαχήσαντας δούλους Ἑλλάνικός φησιν ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἔγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς. Καλλίστρατος δὲ φησιν, οὐ συναλοιφὴν εἶναι, ἀλλὰ διάλεκτον ἰδίαν, σημαίνουσιν τὸ δέον εἶναι. ἡ ὁμοίους ἡγεῖσθαι τοῖς ἐν Πλαταιᾶσι τὸ Ξέρξου νενικηκόσι πεζόν. Foede haec disjecta, foedius corrupta sunt. Tu vero scribe audacter, Ἐπειδὴ τοὺς συννανμαχήσαντας δούλους ἐλευθέρους ἐποίησαν. » καὶ Πλαταιᾶς « δὲ εἶπεν, ὡς τῶν Πλαταιῶν ἀφέντων ἐλευθέρους τοὺς συννανμαχήσαντας περὶ Σαλαμῖνα δούλους, ὡς Ἑλλάνικός φησιν. ΑΔΔΩΣ. τοὺς συννανμαχήσαντας δούλους Φιλόχορός φησιν ἐλευθερωθῆναι, καὶ ἔγγραφέντας ὡς Πλαταιεῖς συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς. Πλαταιᾶς: ἀντι τοῦ Πλαταιᾶς. Καλλίστρατος δὲ φησιν οὐ συναλοιφὴν εἶναι, ἀλλὰ διάλεκτον ἰδίαν. Σημειωτέον δὲ τὸ »εἶναι,« ἥγουν ὁμοίους ἡγεῖσθαι τοῖς ἐν Πλαταιᾶσι τὸ Ξέρξου νενικηκόσι πεζόν. [Aptius nunc duo codices, ὡς καὶ τῶν Πλαταιῶν — Deinceps praeclare Ravennas additis aliquot verbis — συμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς, διεξιὼν τὰ ἐπὶ Ἀντιγένοῦς τοῦ πρὸ Καλλίου. Quae temporis notatio et ipsa indicare videtur, Hellenici Philochorique locos temere confusos esse. Cf. scholium ad v. 720.] In postremis explicat verba Πλαταιᾶς — εἶναι ac potius dum explicat, pervertit. Sed grammaticus, qui plane alienum Hellenici locum attulit, rei similitudine deceptus est, quod utrique servi et qui ad Salaminem et qui multo post ad Arginusas pugnarunt, libertate donati sunt. Cujus grammatici errorem ut corrigeret, alius quidam aptissimum Philochori locum, qui unice spectat pugnam ad Arginusas, huic Aristophaneo adhibuit. Philochori de pugna ad Arginusas testimonio infra utitur scholiastes ad v. 1194 (1237). Hellenici autem atque Philochori duo loci infra a schol. ad v. 720 conjunguntur, quod scholium simillima atque hoc nostrum ratione depravatum est.*

V. 695. Edd. ante Brunckium et plerique codd. ut Rav. Borg. τοῦτ' habent, τότ' Mutin., ταῦτ' Parisinus A et Venetus idque primus restituit Brunckius; sequitur enim pluralis μόνα — αὐτά. Pro μὴ οὐ Monac. μὴ

V. 696. αὐτά] ταῦτα Venetus.

V. 697. ἡμᾶς et tamen ὑμῶν Cantabr. II Elb. ὑμῶν] ἡμῶν Mut. Ven. Non πρὸς τούτοις, sed τούτοις, οἳ cohaerere observavit Bergler neque neglexit anacoluthon. Dicendum enim erat, *Ἀισχρόν ἐστι, τοὺς μὲν —, τοῦτοις δὲ, οἳ — προσήκουσιν γένει, τὴν μίαν ταύτην μὴ παρεῖναι ξυμφορὰν αἰτουμένοις*. Nunc autem intercedente duorum versuum 695 sq. parenthesi interpellatur oratio et aliter coepta aliter desinit medioque in cursu con-

vertit se ad adhortationem. Ceterum hic intelliguntur optimates sive factio quadringentorum. Nam scholiasta iterum quatuor etiamtum superstites de decem praetoribus pessime inculcat erroremque addit errori, qui non quatuor, sed duo nominare debuerit exceptis Conone (Xenoph. Hellen. I, 7, 1) et qui ante pugnam obierat, Arcestrato.

V. 698. *χοί] καὶ* Mut. Ven. *προσήμοσι* Rav. *προσήκονσι* edd. ante Kusterum.

V. 699. *συφοράν* Rav. Ven. Mut. Barocc. Monac. *αἰτουμενοῦς* Rav.

V. 700 sq. *φύσει* Venetus. *ἐκόντες]* *ἐκόντας* Paris. C. *συγγενεῖς* RVM Barocc. »Egregie Athenienses *σοφωτάτους* dicit *φύσει*. Nam a demagogis inducebantur, ut saepe contra ingenium facerent insipide. Non minus praeclara est, quae sequitur, sententia, operam esse dandam, ut omnes homines sibi cognatos reddant.« Beckius.

V. 703. *ὀγκωσόμεθα* Cantabr. I. II Elb. lemma scholii. Mirum est autem, et Brunckium et Dindorfium Bothiumque scripsisse *τοῦτ'*, quod est tantummodo in Monac. et Paris. D. *τοῦθ'* Paris. B. *ταῦθ'* Paris. G. Rectissime *ταῦτ'* edd. ante Brunckium RVM. Borg. alique codices et lemma scholii. Neque enim unam rem, sed duas supra dixit, qui et de exsulum civium et vero etiam de aerariorum in integrum restitutione egerit.

V. 704. Hunc locum Brunckius eoque auctore Dindorfius [qui tandem dubitare coepit III p. 247 ed. Ox.] atque Bothius valde depravarunt verbis *ἀποσεμνυνόμεθα τὴν πόλιν* cum uno codicillo (Paris. D) copulatis, quum in reliquis illa recte jungantur *τὴν πόλιν καὶ ταῦτ' ἔχοντες*. Nam *ἀποσεμνύνεσθαι* ubique verbum neutrum est, ut infra v. 833 et *σεμνύνεσθαι* infra v. 1020 Avv. 727. Isocr. De Pac. 50, 1 (aliam ob causam cf. Isocrat. ad Demonic. 30, 6 — *σεμνός· τὸν μὲν γὰρ τῶν ὑπεροπτικῶν ὄγκον* — et *Περὶ Ἀντιδοσ.* 133, 5 *μετ' ὄγκου καὶ σεμνότητος*). Tum neque ille, qui huic nostro exemplo est, sive Aeschyli sive Archilochi versus, neque frequens reipublicae cum navi comparatio (de qua v. intpp. ad Horat. Od. I, 14, 1) divelli verba *τὴν πόλιν ἔχοντες* patientur. Denique *ἔχοντες ἐν ἀγκάλαις* pro *ὄντες* an sit atticum, dubito, quum *ἔχειν* neutralem vim et raro habeat (velut Aesch. Agam. 183, ubi Schuetzium potius quam Blomfieldum sequor) et certis tantum in formulis, quae sunt adverbii instar, ut *κατὰ χώραν ἔχειν* infra v. 793: contra et de Philoctet. v. 22 fallitur Brunckius et in Aesch. Agam. 705 emendatio *ἔσ'* mihi probatur. Recte igitur a Kustero haec inita est constructio, *καὶ ταῦτα τὴν πόλιν ἔχοντες*—. Scilicet *καὶ ταῦτα* non semper ab initio poni, ut visum est quum aliis tum Schneidero ad Platon. Republ. I p. 49, olim a me in Quaestt. Luc. p. 231 et a Dobraeo ad Plut. v. 546 demonstratum est. Quamquam Dobraeus et de hoc Ranarum versu male Brunckio adsentitur et de aliis locis duobus Acharn. 167 et Plut. 259 vehementer errat. Schol. *κυμάτων*

ἐν ἀγκάλαις: *Αἰδυμός* φησι παρὰ τὸ *Αἰσχόλου*. » *ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.*» Hunc trimetrum inter Aeschylea fragmenta vulgo relatum (a Schuetzio V p. 216 n. 311 et a Dindorfio n. 301) in Dindorffianis scholiis non Aeschylo tribui sed Archilocho, Hermannus me certiore fecit. Nam scholia ad Ranas e *praestante codice* emendatiora a se editum iri frustra pollicitus est Dindorfius ad Fragm. p. 30; egoque exspectando contabui. Quantum nunc in tantis tenebris dispicio, Archilocho senarius iste adscribendus est, siquidem Aeschyli nomen pertinere videtur ad Choëph. v. 580 *πόσται τ' ἀγκάλαι κωδάλων | ἀνταίων βροτοῖς | πλάθουσι.* [Stetit nunc promisso in ed. Ox. Dindorfius. Scholium autem, de quo inaudiveram, hoc est, *Κυμάτων ἐν ἀγκάλαις: Αἰδυμός* φησι παρὰ τῷ *Αἰσχύλῳ*. ἔστι δὲ ὄντως παρὰ *Ἀρχιλόχῳ*. » *ψυχὰς — ἀγκάλαις.*» Ita Venetus similiterque Mediolanensis, qui articulum habet παρὰ τῷ *Ἀρχιλόχῳ*. Corrigendum puto, *Τὸ δὲ » κυμάτων ἐν ἀγκάλαις* *Αἰδυμός* φησιν εἶναι παρὰ τῷ *Αἰσχύλῳ*. ἔστι δὲ ὄντως παρὰ τῷ *Ἀρχιλόχῳ*. » *ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.*» Ita Didymus immemor tantam fuit Archilochei versus, neque vero hunc versum male tribuit Aeschylo, ad quem ut aberraret, similitudo loci Choëph. v. 580 sane efficere potuit.]

V. 705. τὸτ' edd. ante Brunckium, τό τ' Paris. C., ποτ' RVM Barocc. Cantabr. I Vatic. Paris. D Elb. Monac. schol. ad v. 685 et sic Kuster, Brunckius, Dindorfius, Bothius. ποθ' Parisinus B.

V. 706. Nulla praescriptio est in edd. Ald. Junt. I. II Invernitiique, in Brunckiana et Bekkeri *ΧΟΡΟΣ*, in cod. Elb. *Ἥμιχορος*, omnino recte, sed codices, ubi hemichoria canunt, saepe praefigunt nomen chori. Tum edd. ante Dindorfium duobus versibus, *εἰ δ' — ἀνέρος | ἦ — οἰμᾶζεται.* Bekker, in cujus edit. *βίον* male excidit, aliam Ravennatis lectionem pro *ὀρθός* daturus errore dedit vulgatam; fortasse Rav. habet *ὀρθῶς*, ut lemma scholii. *ἐγὼ — ἦ τρόπον*] *ἐγὼγ' — καὶ τρόπον* Cantabr. I Harlej. Schol. τοῦτο *Ἰωνός* ἔστιν ἐκ *Φοινίκης* ἢ καὶ *Οἰνέως*. *εἰ δ' ἐγὼ ὀρθός* *ἰδεῖν βίον ἀνέρος*, *πολιῆται* (recte Bentlejus, *ὦ πολιῆται*). Latuit Dindorfium, [tandem non latuit in ed. Ox.] Bothium aliosque verissima Bentleji in Opusc. p. 498 ed. Lips. emendatio, ἐκ *Φοίνικος* ἢ *Καινέως*. Hanc enim Ionis tragoediam *Φοινίξ* ἢ *Καινέως* nominavit Athenaeus III, 91 d X, 451 d atque IV, 184 f, ubi quum ita loquatur *Ἰων δ' ἐν Φοίνικι ἢ Καινεί — ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Φόλωι ὁ αὐτός* *Ἰων* φησὶν —, apparet priori tragoediae illius editioni hoc nomen fuisse. De Ione Chio nuper scripsit Koepke, Berolinensis.

V. 708. Vulgo distinctum οὐ — ὁ | οὖν — *μικρός*. Recte Dindorfius Bothiusque cum Rav. uno versu οὐ — *ἐνοχλῶν*. Tum edd. ante Brunckium ὁ *πύθηνος* οὐτός γ' ὁ id est ὁ *πύθηνος* γ' οὐτός ὁ, ut habere videtur Elb. et vano metri studio conjecerunt Bentlejus et Brunckius. At γ' est in-

terpolatio metricorum recteque a Dindorfio et Bothio deletum γ' cum Rav. Ven. Mut. Barocc. Pariss. AC Cantabr. I Harlej. De metro satis dixi ad versum strophae.

V. 709. *Κλειγένης*] *κλεισθένης* Barocc. Cantabr. I Harlej. [et codex Paris. Duebneri in textu et scholio] pessime. Illo nomine est etiam quidam Cligenes Acanthius apud Xenophontem Hellen. V, 2, 11. Eum vero Cleogenem, qui Ol. 92, 3 scriba fuit (Andoc. De Myster. 96, 4 et 6 et Corp. Inscript. I p. 219—221 secundum Boeckhii correctionem) verisimile puto a Cligene Ranarum nihil quidquam differre; constat autem *Κλειγένης* et *Κλεογένης* unum idemque nomen esse. Hic igitur Cligenes, homo, ut ex Aristophane perspicitur, brevi statura, admodum deformis, balneator fraudulentus (balneatores autem male audiebant; v. Quacst. Arist. p. 67), quum pacem turbaret civibusque suis invisus esset, exilii poenam tummaxime pertimescebat. Sed eum et imperatorem fuisse et insaniam simulasse absurde finxit Suidas ἄνευ ξύλου μὴ βαδίζων: περί Κλειομένου (recte Bernhardyus Κλεογένους) λέγει· ὃς στρατηγὸς ὦν Ἀθηναῖος προσεποιεῖτο πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ μανίαν —. Geminō errore Clisthenem, quod nomen hic in aliquot codd. exstat, schol. ad Ran. v. 48 facit imperatorem itemque Cleophontem, quocum hic Cligenes comparatur, schol. ad Ran. v. 677, quorum triumvirorum nullus et omnium minime Cligenes imperium gessit. Paullo melius scholiasta, ὁ μικρός: τῷ σώματι δηλονότι φαίνεται δὲ ὁ Κλειγένης περί τὰ πολιτικά. καὶ τῶν πλουσίων μὲν ἔστι, ξένος δὲ καὶ βάρβαρος οὗτος. Nam Cligenem peregrinum hominem et barbarum fuisse quum oppositio optimatum credere nos sinit, tum comparatio ejus cum Cleophonte, cui haud dubie simillimus fuit.

V. 710. Vulgo distinctum κρατ. κυκῆσ. | ψευδ. κον. | Pollux VII, 39 Ἀριστοφάνης δὲ τῶν πλουτικῶν τι καὶ τὴν κονίαν καὶ τὴν κιμαλλίαν εἶναι φησιν ἐν Βατράχοις εἰπὼν· ψευδολίτρον τε κονίας | καὶ Κιμαλλίας γῆς. At ea est interpolatio Hemsterhusii, ante quem legebatur — φησιν ἐν Λυσιστρατίᾳ εἰπὼν· ψευδολίτρον κονίας καὶ — recte in postremis sine vocula τέ. In Aristophane ψευδολίτρον τε κονίας Mut. edd. ante Brunckium et Suidas tum s. *Κλειγένης* (ubi cod. Ox. ψευδομίθρον) tum s. *Κυκησιτέφρον* (utrobique Suidas affert *Κλειγένης* — γῆς). Recte Brunckius τὴν delevit idque abest non solum a Polluce, sed etiam a Rav. Ven. Pariss. BD Cantabr. II. Tum ψευδολίτρον Rav. Ven. Pollux Suidae cod. Ox. s. *Κυκησιτέφρον* Eustathius p. 483, 8 et p. 1714, 62. Atticam formam Brunckio probatam recepi; v. quae dixi ad Thesmoph. p. 607. Schol. δέον εἰπεῖν, ὁπόσοι κρατοῦσι γῆς, οὐκ εἶπεν, ἀλλ' ἐπήνεγκεν, ὅσα παρέχεται βαλανεὺς τοῖς λονομένοις σμήγματα. Welcker p. 154 Cligenem simul regnasse Athenis dici arbitratur, quod dictum in Cleonem, Hyperbolum, Cleophontem praepotentes demagogos melius quam in Cligenem istum conveniret. Et

quisnam sibi persuadeat, Athenarum loco cinerem lixivium poni posse et saponem? Immo ut insulsam Cligenis in tanta humilitate superbiam irrideat, eo consilio sic de balneatore loquitur, tanquam de magno rege Persarum, ὁπόσοι κρατοῦσι — γῆς.

V. 713. Pollux VII, 99 καὶ Κιμωλίαν γῆν Ἀριστοφάνης λέγει. Idem X, 135 κονία καὶ Κιμωλία γῆ κατὰ Ἀριστοφάνην.

V. 714. Vulgo distinctum εἰρ. — κα- | ποδυθῇ —, ἄ- | νευ —. ἐνδιατρίψει) διατρίψει Elb. ἐνδιατρίψει Barocc. ἐδιατρίψειεν ἐν χρόνον εἰδώς Borg. Tum libri omnes εἰδώς. Sed jure Dindorfius, quem Bothius sequitur, probavit Bentleji emendationem ἰδών cl. v. 706 εἰ δ' ἐγὼ ὀφθὺς ἰδεῖν — et Thucyd. V, 9 ὅστις δὲ τὰς τοιαύτας ἀμαρτίας τῶν ἐναντίων κάλλιστα ἰδών —. Adde Theophilum comicum in Bekk. Anecd. p. 724, 30 εἶδον νόμους Ἑλλήνας, ἔμαθον γράμματα. In Eurip. Phoeniss. v. 36 recte, puto, plerique codices ἰδεῖν pro μαθεῖν glossemate. Verba ἰδών et εἰδώς saepe in codd. permutantur. In librorum scriptura frustra haesit Reisigius Synt. Cr. p. 44. — Pro ἄνεν mox ἄνεν Parisini BD Monac. Cantabr. II ex interpolatione

metricorum. Pro ξύλον Mut. ξύλων^{ον}. Denique Suidas s. ἄνεν ξύλον legit ἄνεν ξύλον μὴ βαδίζων. Negatio acumini debetur grammatici, qui loco male constructo illa junxerat οὐκ εἰρηνικός ἐστίν — ἄνεν ξύλον βαδίζων. Sed cur verba quae arctissime cohaerent, σὺ πολὺν — χρόνον ἐνδιατρίψει tanto intervallo diremta sunt? Quia praeter omnem expectationem hoc additur, Cligenem mox Athenis expulsum iri. Reliqua bene explicat gloss. Br. et scholiasta Ald., quae Suidas s. ἄνεν ξύλον partim descripsit. Hic est enim ordo sententiarum: videt se civibus suis tanto odio esse, ut mox videatur expulsum iri; propterea baculo armatus est, ne etiam veste exuatur, si ebrius sine baculo incedat. De industria enim pro ἑνοχλός ἐσθ' ita dictum est οὐκ εἰρηνικός ἐσθ' ambiguitatis causa, quia Cligenes tummaxime pacem dissuadebat. Dissuasisse patet e v. 709 ὁ νῦν ἑνοχλῶν atque e comparatione cum Cleophonte, acerrimo isto pacis adversario. Quare nisi verba ἵνα μήποτε — βαδίζων sequerentur, illa quidem ἰδών δὲ τὰδ' οὐκ εἰρηνικός ἐσθ' etiam ita accipi possent: quoniam videt se mox exulare jussum iri, propterea paci adversatur (conscientia privatae noxae, sive quo facilius eam inter belli turbas impune ferat, sive quia ipsi nulla spes veniae est, ut communi ruina patriae opprimatur; cf. Liv. 45, 26). Quae quum ita sint, Vir Summus, qui in stropha recepto κελαρύξει hic audacius conjecit,

χρόνον ἐνδιατρίψει· ἴσως δ' εἰρηνικός ἐστὶν
δεδιώς, ἵνα μήποτε ἀποδυθῇ μεθύων κα-
νευ ξύλον βαδίζων.

a justa h. l. sententia aberrasse videtur.

V. 718. Brunckius praefixit *Ἡμίχορος* et sic Ven. Mut. Nulla praescriptio est in Elb. edd. Ald. Junt. I. II. Praefixi *ἀντεπίρρημα* cum Rav. edd. Ven. I. II Raph. Lugd. Kuster. Ibid. Vulgo *πολλάκις γ'*. Sed *γ'* abest a Paris. C Rav. Ven. Mut. Barocc. Cantabr. I Harlej. et lemme scholii. Nobis recte Hermannus coniecisse videbatur *πολλάκις δ'* —. Tametsi enim in novo plane enuntiato poni potest *γὲ*, ut in Vesp. 1450 Pac. 1093, hic tamen particula *δὲ* opus est sententiae continuandae causa. Scilicet ut antode, quae sic incipit *εἰ δ' ἐγὼ* — in odae, ita antepirrhemata in epirrhematis argumento pergit, quum hic non minus quam in epirrhemate defendantur optimates. Jam vero *δὲ* orationem quamvis ab altero interpellatam continuat velut in Aesch. Pers. 480 *ναῶν δὲ ταροὶ τῶν λελειμμένων, σύδην*, ubi plerique falso *γὲ* posuerunt, Hermannus autem (ad Viger. p. 843 ed. IV) apte contulit Eur. Or. 389. Quod dicendi genus etiam infra v. 771 restituam. Caeterum in tota hac parabasi singulae argumenti partes optime inter se cohaerent. Primum enim in oda ridetur Cleophon demagogus, tum in epirrhemate simpliciter certi defenduntur optimates, deinde in antoda ridetur Cligenes demagogus, postremo in antepirrhemate omnes defenduntur optimates cum insectatione popularium.

V. 719. *τε* post *ἐς* om. V. *εἰς τε* Barocc. recte fortassis. *καλοῦς* *κακοῦς* Cantabr. I Harlej., quae infelix correctio est. Ne comparationis vis esset obscurior, necessario addidit *καὶ τὸ καιρὸν χρυσίον*, qui cujusmodi fuerint, per se intelligitur, ut ne opus quidem fuerit integra oppositione. Quamquam optimates cum utroque numi genere potius comparasse videtur, cum vetere numo ob similitudinem, cum novo autem ob disparem naturam.

V. 720. *τε* om. Rav. *εἰς τε* Barocc. Paris. C lemma scholii edd. Port. Lugd. Kust. schol. *Εἰς τε τὰρχαίων νόμισμα: τῷ προτέρῳ ἔπει Ἀντιγένοῦς. ἀλλὰ νικᾷ φησι χρυσοῦν νόμισμα κοπῆναι καὶ Φιλόχορος ὁμοίως τὸ ἐκ τῶν χρυσῶν Νικῶν*. De aureis Atheniensium victoriolis quaedam attulit Valerius ad Harpocr. p. 184 citante Dindorfio. De caetero equidem probo Bentleji Tyrwhittique correctionem, *Ἑλλάνικός φησι*, quanquam Hellenici nomen, ut nunc est, ferri omnino nequit. Hellenicus enim Antigene archonte Ol. 93, 2 jam mortuus erat, ut supra ad v. 694 demonstravimus. Sed lemma, quo uti Kuster nescivit, opportune nos docet, alio Hellenici memoriam, alio Philochori pertinere. Quare scribendum iudico, *εἰς τε τὰρχαίων νόμισμα: Ἑλλάνικός φησι, χρυσοῦν νόμισμα κοπῆναι + + +* (nescimus, quando; multis certe ante annis). *καὶ τὸ καιρὸν χρυσίον: τῷ προτέρῳ ἔπει Ἀντιγένοῦς Φιλόχορος ὁμοίως φησι χρυσοῦν νόμισμα κοπῆναι τὸ ἐκ τῶν χρυσῶν Νικῶν*. Simili autem numorum comparatione utitur prologus Casinae Plautinae v. 10 nam nunc novae quae prodeunt comoediae, multo sunt nequiores, quam numi novi; nec minus apte Dobraeus contulit Zenonem Laertii VII, 18.

V. 722. *δοκῆν* V.

V. 724. *ἐν] ἄν* Mut. *βαρβάροις πανταχοῦ]* sic vulgo et Rav. Mut. Borg. *βαρβάροις πανταχοῦ* Ven. Paris. C Baroco. *βαρβάροις ἀπανταχοῦ* Paris. D Monac. interpolatione Brunnio, Beckio Bothioque probata. Jam Pollux IX, 90 v. 721 οὕτως γὰρ — v. 726 τῷ κακίστῳ κόμματι e Ranis asserens hunc nostrum versum *ἐν τε* — *πανταχοῦ* plane omisit, sive negligentia et fortuito errore, sive versum ab instituto suo alienum sciens praeteriit. Cohaerent autem verba *κεκοδωνισμένοις ἐν τε τοῖς Ἑλλήσι* — diciturque vetus Atheniensium numus ubique terrarum suum habere pretium, quae prima est numorum commendatio. Quum enim probatus numus in suo esse pretio soleat, *κεκοδώνισται νόμισμα* nihil aliud significat, quam *νόμισμα νομιζέται* sive *διαχωρεῖ* sive *δύναται* apud Lucianum De Luctu c. 10.

V. 725. Suidas s. *Χαλκίον* legit, *χαλκίοις τοῖς ποτηροῖς χρῶμεθα | χ. τ. κ. π. κ. τῷ κακῷ κόμματι*. Numos aureos recens cunos τὸ καινὸν χρυσίον v. 720. hic designat verbis *τοῖς ποτηροῖς χαλκίοις* propterea, quod eis multum aeris admixtum erat. Hujusmodi numos Graeci *ὑποχάλκους* appellabant; Herodianus p. 447 *ὑπόχαλκον νόμισμα*: τὸ μὴ δόκιμον καὶ κίβδηλον, ubi v. Piersonum, Pollux III, 86 et VII, 104. Populares autem, quos cum hoc numorum genere comparat, scite ipsos *χαλκοῦς* dicit v. 730 *τοῖς δὲ χαλκοῖς*, hoc est *τοῖς δὲ ὑποχάλκοις*. Herodianus ibidem, *ἐρεῖς δὲ καὶ τὸν ποτηρὸν οὕτως· κίβδηλος ἄνθρωπος καὶ ὑπόχαλκος* et Plutarchus Moral. p. 65, A de falso amico, *ὁ δὲ ψευδὴς καὶ νόθος καὶ ὑπόχαλκος* — οὐδὲ μόλιθον ἔχων. Similiterque homines tanquam numi dicuntur *παράσημοι* Demosth. De Coron. p. 242, 5 *παρὰκομμένοι καὶ παράσημοι* Acharn. v. 491, τοῦ ποτηροῦ κόμματος Plut. 862. 957. Recte igitur schol. *τοῖς ποτηροῖς χαλκίοις*: — *τοῖς ἀδοκίμοις καὶ μαιγμένοις χαλκῷ*. — *τὴν δὲ ὡς καινὸν νόμισμα τὸ χρυσοῦν οὕτως εἶπεν*. Sed addit aliam explicationem, *δύναται δ' ἂν καὶ τὸ χαλκοῦν λέγειν· ἐπὶ γὰρ Καλλίου χαλκοῦν νόμισμα ἐκόπη*, quae eadem fere habet Suidas s. *Χαλκίον*. Ac profecto illis temporibus aerei quoque numi Athenis cusi sunt, ut apparet ex Ecclesiāz. v. 815 — 822 et fragmento Aeoliconis p. 82 ed. GD., quod alibi emendavimus. At aeneis numis propter illa verba τὸ καινὸν χρυσίον v. 720 nihil hic loci relinquitur. Sequutus est tamen hanc alteram Alexandrinorum opinionem Pollux IX, 90 homo negligens ac dissolutus, τὸν δὲ τὴν χαλκὸν οἱ Ἄττιοι χαλκίον εἰσθᾶσι καλεῖν· ὡς ἀπὸ τοῦ ἀργύρου ἀργύριον, καὶ ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ χρυσίον· ὥσπερ Ἀριστοφάνης μὲν ἐν Βατράχοις ἔφη —. Restant nostri interpretes. Et Kuster quidem quum numos aureos intelligi aere mixtos bene sensisset, idem tamen male conjecit v. 720 καὶ τὸ καινὸν χαλκίον. Spanhemius autem in suo sibi regno esse visus hunc locum tanta negligentia tractavit, ut duobus novae monetae generibus temere constitutis ab aureis numis distingui aereos vellet eoque omnia perturbaret.

V. 727. Hunc versum et decem proximos affert Stobaeus T. 43 [41] p. 241 (T. II p. 105 Gaisf.).

V. 728. καὶ ante δικαιούς om. Elb. — καὶ ante καλοὺς om. Cantabr. I Harlej. ed. Junt. I — καλοὺς κ' ἄγ. Barocc. — ὄντας in Stobaeo om. ed. Trincav.

V. 729. γραφέντας Mut. — παλαιστρα Stobaeus — χοροῖσι Barocc. — μουσικοῖς Paris. C.

V. 730. προσελούμεν edd. Ald. Junt. I et pleraeque aliae, tum codd. Ven. Barocc. Mut. Harlej. Monac. et haud dubie alii, etiam lemma scho-
lii et Suidas in ipsa voce. » προσελθούμεν alii « Scaliger et sic Juntina II.

⁶
προσελούμεν Cantabr. I. II. προυσελούμεν Ravennas. Apud Stobaeum vulgo est vulgata προσελούμεν, sed in uno cod. atque ed. Trinc. est προυγελού-
μεν. Eandem formam exhibet Hesychius, Προυγελεῖν: προπηλαλίζειν, ὑ-
βρίζειν. Idem tamen Hesychius, Προσέλει (leg. προσελεῖ): προπηλαλίζει.
In Aeschyli Prom. v. 436 plerique codd. dant προσελούμενον, quod eo in
loco non minus quam hic metro repugnat, alii codd. προσηλούμενον, de-
nique codd. ap. Steph. et ed. Turn. προσιλλούμενον, hoc est προσσελούμενον.
Etymol. M. p. 690, 12 Προσέληνοι: προυσελεῖν λέγουσι τὸ ὑβρίζειν καὶ οἱ
Ἀρκάδες hic] addo, προσέληνοι], ἐπειδὴ λοιδορητικοὶ εἰσιν. οὕτως ἐν ὑπο-
μνήματι Προμηθέως δεσμῶν (δεσμῶτον). Arcades luna antiquiores, οἱ
προσέληνοι ad verbum προσελεῖν nihil sane alinent; ceterum Etymologus,
qui προυσελεῖν per unum λ scripserat, convenit cum scriptura Ravennatis.
Schol. Aeschyli, βλέπων ἑμᾶντὸν οὕτως ὑβρίζόμενον· τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ
προσελούμενον. ὅθεν καὶ οἱ Ἀρκάδες πρόσελοι (sic) ἢ προσέληνοι. Aut Ae-
schyli locus aut Aristophanis observatus videtur Aeliano Epist. III Ald.
καὶ γὰρ ἂν εἰκότως μοι στενάξαι τὰ τῶν προγόνων ἥρια, εἰ Εὐπειθίδης ὁ
Κορυδαλλεύς ἑμᾶντὸν περιόψομαι προσηλούμενον, καὶ ταῦτα ὑπ' ἀνδραπόδου
ἴσως δεῖν μναῖν ἀξίου. Illud ipsum verbum, quod quaerimus, in Aeliano
exstare primum vidit St. Bergler ad Ranas, qui quum sententiam verbi
assequutus esset, non mutavit tamen προσηλούμενον, fortasse nonnullorum
Aeschyli codicum hac ipsa lectione προσηλούμενον deterritus: recte vero
Lobeckius ad Ajac. p. 252 ed. I in Aeliano scribit προσελούμενον. His
igitur tribus locis, nec saepius inventum est verbum plane mirificum
προσελεῖν, quod quomodo scribi debeat, magna quaestio est. De eo verbo
parum feliciter disputavit Buttmannus in Lexilog. II p. 159 sqq. nihil ille
dubitans de litera aeolica. Inprimisque in eo Buttmannus erravit, quod
etiam hanc formam προυσελεῖν digammo affectam esse censuit. Immo qui-
bus προυσελεῖν scribere placuit, ii syllabam non digammo sed diphthongo
produci voluerunt. Sed ex quo Porsonus προυσελεῖν commendavit, in Ae-
schylo Blomfieldus et Wellauer, in Aristophane Dindorfius Bothiusque
tanti viri nomine, Ravennatis auctoritate, grammatici denique consensu

moti *προσσελοῦμενον* et *προσσελοῦμεν* ediderunt. Hos dubitanter sequutus sum, etsi *προσσελεῖν* vix habet speciem verbi graeci. Videntur autem grammatici graeci unice in producenda syllaba laborasse, de origine autem hujus verbi nihil explorati habuisse. Plerique enim, qui *προσσελεῖν* retinuerunt, metri indicio ducti confugerunt ad digamma aeolicum, non atticum. Alii non agnito digammo, ut tamen metro utcunque succurrerent, formam *προσσελεῖν* excogitarunt. Premit vero mirabilem formam *προσσελεῖν* etiam rivalis lectio *προσσελεῖν*, quam et ipsam odium digammi peperit. Et haec quidem forma *προσσελεῖν* ut auctoritatis minus, ita speciem habet honestiorem, ut nemo mirari debeat, *προσσελεῖν* aliquando ipsi Hermanno probatum esse. Quanquam et *προσσελεῖν* et *προσσελεῖν* pro metricorum interpolationibus habere licet. Ecce vero transversa incurrit forma Stobaei atque Hesychii *προσυγελῖν*, quam et Bentlejus veram esse lectionem judicavit et pro incorrupta habuit Buttmannus p. 162, frustra uterque: quo enim pacto sigma stirpis *προσσελεῖν* funditus interire potuit? Neque magis Dobraeo p. (124) et ad Aeschylum Blomfieldo Wellaueroque assentior, qui *προσυγελοῦμεν* atque *προσυγελῖν* ex errore scripturae nata esse rati audacter corrigunt *προσσελοῦμεν*, *προσσελεῖν*, neque intelligunt, digamma, quod inesse verbo *προσσελεῖν* non incredibile est, multis in verbis idque apud ipsum Hesychium litera *γ* exprimi, ut recte Buttmannus l. l. p. 161. Quare formam *προσυγελῖν* ut ambiguae fidei in medio relinquamus, quum praesertim nasci potuerit commixtis scripturis *προσσελεῖν* et cum digammo vulgata *προσσελεῖν*. Digamma verbi *προσσελεῖν* defendit primum Dawesius Misc. Cr. p. 162, quem alii deinceps, in his Reisigius Emend. in Prometh. p. XXXI nov. ed. Stanl. sequuti sunt. Derivationes ab *ελος* vel ab *ἐλαύνω* nimis sunt absonae. Est in Homero verbum, cujus ille praesens plerumque dicit *ελλεῖν*, interdum etiam *ελλειν*, sed idem habet formas *ελλαν*, *ελλαι* (*ἐλλσαι*), *ελλας*, *ελλμαι*, *ελλην*, quae ducenda esse patet ab *ελλω* sive *ελλω*. Hanc formam digamma *εῖλλω* sive *εῖλλω* habuisse certum est viditque Buttmannus Lexil. II p. 142. Illud autem verbum Homero significat *brängen*. Habet vero etiam compositum *προσσελεῖν* *ωσὴν* *brängen* paullum diversa forma II. κ', 347 *αλεῖ μιν προσι νῆας ἀπὸ στροφί προσιελλεῖν*. Hoc verbum transiit etiam in dialectum atticam sine digammo Eur. Helen. 445 ᾶ, *μὴ προσελλει χεῖρα, μηδ' ᾧθε βίῃ* i. e. ne pulsa manum (supplicis). Hoc igitur verbum *προσσελεῖν* in Aristophane, Aeschylō, Aeliano reperiri suspicatus est Buttmannus l. l. p. 158, sed mox bene rejecit. Neque enim in Ranarum versu *προσσελοῦμεν* significare videtur *relegamus*, *expellimus*, quae notio in illud Homeri verbum cadit planissime. Quanquam sic interpretati sunt schol. *ἐλαύνομεν*, *ἐββάλλομεν*. Frischlinus, Kuster et ad Stobaeum H. Grotius. Sane optimates partim tunc patria expulsi erant (vid. supra v. 688—691). At verissima est al-

tera explicatio Gl. Br. et Victor. ἀτιμάζομεν Brunciique indignissimum contumeliis adficiamus, quum eorundem pars optimatum in aerariis relata sit (v. supra v. 692). Nam in Aeschyli versu, ὄρῳν ἐμαυτὸν ὥδε προουσι- λούμενον Prometheus se dicit gravissima contumelia affectum, quae una notio in Aeliani locum convenit. Itaque significatio tamen huius verbi clara est. Utrum vero digamma insit necne, incertum puto. Scripturae etiam veritas latebit, dum latebit ratio verbi grammatica et ipsa origo. Caeteroquin apparet verbum esse cascum, sive graecum est sive prima origine peregrinum. Quanquam istud aenigma verbi nemo melius solvere posset, quam si ab inferis existeret ipse Aristophanes; Aelianus enim interrogatus haereret sat scio unguisque roderet.

V. 731 sqq. Suidas s. Πονηροῖς haec ita scribit, Πονηροῖς καὶ πονη- ρῶν εἰς ἅπαντα (πάντα unus cod.) χρώμεθα, οἷσιν ἢ πόλις προτοῦ οὐδὲ φαρμακοῖσιν εἰκὴ ῥαδίως χηρῶσιν ἅν, idemque s. Φαρμακός sic legit, Καὶ πονηροῖς καὶ πονηρῶν εἰς πάντα χρώμενος, οἷσιν ἢ πόλις προτοῦ οὐδὲ φαρ- μακοῖσιν εἰκὴ ῥαδίως χηρῶσιν ἅν.

V. 733. φαρμάκοισιν V. Hunc versum e Ranis affert schol. ad Eqq. 1132, ubi de his hominibus miseris agit, qui φαρμακοὶ sive καθάρματα dicebantur. »Respexit huc Aristides Orr. T. II. p. 312, 9 ed. Jebb. οἷς οὐδὲ φαρμάκοις (scrib. φαρμακοῖς), τὸ τοῦ κομφιδιοποιοῦ, χηρῶσιν ἅν τις ῥαδίως.« Beckius. Bergler comparat duo Eupolidis locos, alterum p. 143 Runk. οὗς δ' οὐκ ἂν εἴλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ | ννὶ στρατηγούς — alterum p. 117 R. — ννὶ δ' ὅποι τύχοιμεν | στρατευνόμεσθ', αἰρούμενοι κα- θάρματα στρατηγούς.

V. 734. ἀλλὰ νῦν Monac. Bergler comparat illud Eupolideum p. 165 R. ἀλλ' ἐμοὶ πείθεσθαι πάντως, μεταβαλόντες τοὺς τρόπους —.

V. 735. χηρῶσθαι codices Stobaei. In proximis verbis miror haesisse Kusterum. Hoc enim vult, καὶ γὰρ κατορθώσητε, εὐλογον· καὶ τι σφαλῆ- τε — nam et si rem bene gesseritis, hoc est sapere; sin aliquid fuerit offensum —. Eadem verba sibi opponuntur in Plut. v. 350 sq.

V. 736. σφαλεῖτ' Barocc. — καὶ τις Cantabr. L Suidae libri s. Ἄξιον inter καὶν τε, καὶν τις, καὶν τι fluctuantur, sed in Ἀπὸ καλοῦ et in Καὶν τι habent vulgatam. — γοῦν] γὰρ codices Stobaei, δὴ Suidae s. Ἄξιον cod. Oxon. apud Porsonum. In alteris duobus locis Suidas servat γοῦν. — τοῦ] libri omnes. του est infelix Bruncii conjectura. Hunc locum imitatur Aristides, indicante Dindorfio I p. 510, 21 ἀλλ' οὖν τό γε τῆς παροιμίας, ἐξ ἀξίου τοῦ ξύλου καὶ πάσχειν ὑπῆρχεν, εἴ τῃ συμβαίνοι. Proverbium ἐξ ἀξίου ξύλου τι πάσχειν de eo dicitur, qui honeste glorioseque intereat. Proprie autem est, ut mihi videtur, de felici arbore se suspendere, non de βου, quod multos fecisse testis est Timon in lepida illa concione apud Plutarchum Vit. Anton. c. 70 — σικῇ τις ἐν αὐτῷ πέφικεν, ἐξ ἧς ἡδη

συχροὶ τῶν πολιτῶν ἀπύχξαντο. Praeterea cf. Athenaeum III p. 74, c et Ciceronem De Oratore II, 69. Adde quae de verbo κράδη scripsi in disp. De Deo ex machina p. 8. Atqui ficus malum atque inutile lignum est (Horat. Sat. I, 8, 1. Etymol. M. p. 733, 12. schol. ad Plut. v. 947). Scholiasta etsi recte hujus loci esse statuit proverbium illud, *vel strangulari pulchro de ligno juvat*, tamen a proverbio ad Aristophanis verba temere aberravit. Recte autem Suidas s. "Ἄξιον et s. 'Ἀπὸ καλοῦ, ubi illud scholium describit, proverbium his verbis conceptum affert, 'Ἀπὸ καλοῦ ξύλον κἂν ἀπάγξασθαι. [Eodem modo nunc codices ap. scholiastam.] Minus bene Eustathius p. 836, 24. *ἐξ ἀξίου ξύλον καὶ ἀπάγξασθαι*.

V. 737. δοκῆσετε] Antiatticista Bekk. p. 89, 18 Δοκῆσαι: ἀντὶ τοῦ δόξῃ (δόξει). 'Ἀριστοφάνης Βατράχῳ (sic). Cf. infra v. 1485 δοκῆσαι.

V. 738—813. Hic locus, quo tragicorum certamen praeparatur, nescio quo pacto mihi saepe displicuit, quum modo breviorē esse, modo totum aliter institutum cuperem.

V. 738. In Paris. C primum loquitur Οἰκίτης Αἰακοῦ, postea semper Οἰκίτης, in A modo Αἰακὸς modo οἰκίτης, personis ipsis etiam valde per-

— λ — κοῦ

turbatis. Barocc. hic et postea aliquoties *δοναι* sed δοῦλος videtur a m. rec. In personarum indice et Aldina Αἰακὸς — Οἰκίτης κλοντῶνος et Rav. *θεράπων κλοντῶνος* — αἰακὸς seorsim enumerant, de qua re supra dictum est.

V. 739. γάρ om. Barocc.

V. 741. Pro μὴ Rav. δὴ, pro πατάξαι σ' Elb. πατάξας. Tum ἐξελέγξαντ' Mut. Cantabr. II et edd. ante Brunckium. Recte ἐξελεγχθέντ' primum Brunckius cum Paris. A R V Borg. eodemque tendunt ἐξελεγχθέντ' Cantabr. I ἐξελεχθέντ' Harlej. ἐλεγχέντ' Barocc. Schol. 'Ἐξελέγξαντ' ἀντικρυς: γράφεται ἐξελεγχθέντα.

V. 743. οἰμῶξε MRV edd. ante Brunckium, lemma schol. et ipse schol. οἰμῶξε Paris. D et sic bis scriptum in scholio Poggiani, οἰμῶξε Monac. Minus bene ὄμωξε Bergler et Porsonus. Recte ὄμωξε Brunckius atque in ed. tert. Dindorfius.

V. 744. πεποιήκεν Paris. C. — ποιεῖν Venetus.

V. 745. ἰκετεύων Cantabr. II Junt. I et aliae quaedam edd. — Tum μάλα γ' Pariss. BD Cantabr. II edd. ante Dindorfium. Emendarunt μάλλ' Bentlejus et Porsonus. Rav. et schol. μάλλ' habent, μάλλ' Pariss. AE Cantabr. I Barocc. μάλλ' MV μάλιστ' Borg. μάλλον Paris. C. — Schol. μάλλ' ἐποπτεύειν δοκῶ: — τὸ δὲ μάλλ' εἶπεν ἀντὶ τοῦ οὐκ ἄλλᾳ —. ἔστι δὲ καὶ ἄλλη γραφή, μάλα γ' ἐποπτεύειν δοκῶ, ἔτι δὲ, καὶ μάλλ' ἐποπτεύειν μοι (dele μοι.) δοκῶ. — Scholiasta Σύμμαχος οὕτως αὐτῇ τῇ λέξει. » φαίνονται συνεχῶς λέγειν, εὐφημοῦντες τὴν τῶν μυστηρίων ἐποπτείαν. οἱ δὲ (recte Sui-

das, οἱ μὲν γὰρ) τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες μύσται καλοῦνται. οἱ δὲ παραλαβόντες αὐτὰ τῷ αὐθις ἐνιαυτῷ ἐφορῶσι τὰ μυστήρια καὶ ἐποπτεύουσι [καὶ ἐποπτεύοντες χαίρουσιν ἐπὶ τῷ πολλῷ πράττειν].^a Hinc Suidas, Ἐπόπται: οἱ τὰ μυστήρια παραλαμβάνοντες λέγονται ἐν ἀρχῇ μὲν μύσται, μετ' ἐνιαυτὸν δὲ ἐπόπται καὶ ἐφοροί. Et iterum s. Ἐποπτεύειν (sic). Nullo modo illa verba ipsius Symmachi esse possunt, καὶ ἐποπτεύοντες χαίρουσιν ἐπὶ τῷ πολλῷ πράττειν, quae neutro loco habet Suidas. Immo haec quidem recens tenebrius addidit conglutinati verbis v. 745 ἐποπτεύειν δοκῶ cum v. 749 τί δὲ πολλὰ πράττων; Quod autem Symmachus ait pro ἐπόπτης, ἐποπτεύειν etiam ἐφορος, ἐφορᾶν dictum esse, id quum epopta praeterea nusquam ephori nomine appelletur, raro tantum usu venisse apparet. Rem ipsam consentiens cum Symmacho clarius describit Plutarchus in Demetrio c. 26. — τὰ μικρὰ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο, τὰ δὲ μεγάλα τοῦ Βοηδρομιῶνος, ἐπόπτεον δὲ τοῦλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλκόντες. Qui in Plutarcho — ἀπὸ τῶν μικρῶν ἐνιαυτὸν διαλκόντες scribi voluerunt, Casaubonus ad Athen. VI c. XV p. 281 et Schaefer, ne illud quidem animadverterunt, consummationem (τὴν ἐποπτείαν) utpote majoris festi partem extremam non Anthesterione, sed Boëdromione peragendam fuisse. Neque conjecturae isti favet Philippidae comici de Stratocle versus, Ὁ τὸν ἐνιαυτὸν συντεμῶν εἰς μῆν' ἓνα, siquidem Stratocli Munychio etiam Anthesterionis atque Boëdromionis loco fuerat, ut totum annum coarctasse in illum unum mensem videri posset. Optime vero Plutarcho Symmachoque assentitur Lobeckius in Aglaoph. p. 36 sqq., expulso, ut par erat, quinquennio Tertulliani.

V. 746 sq. τὸν δεσπότην Borg. τῷ δεσπότῃ μου Barocc. — τί δαί MV τονθορίζων Barocc. τονθορίζων Cantabr. I.

V. 748. Kusteri emendatio est ἀπῆς a Brunckio caeterisque recepta. Libri omnes ἀπῆς sive ἀπῆς, tametsi Bekker Invernitiisque ita loquuntur, ac potius ita tacent, ut Kusteri conjecturam Ravennati Ven. Mut. Borg. tribuerint. Deinceps vulgo legebatur καὶ τόθ' —. Ego Ravennatis scripturam καὶ τοῦθ' — post Dindorfium recepi.

V. 751. ὅταν VM Paris. E edd. ante Brunckium; ἄτ' ἂν Rav. Borg. Vatic. Pariss. AC. — μάλα γε edd. ante Brunckium; μᾶλλα Rav., μάλα MV Barocc. Cantabr. I Harlej. Pariss. EC; καὶ μάλα Paris. A Borg. Vatic. Verba μᾶλλὰ πλεῖν ἢ μαινομαι exstant etiam supra v. 103. — πλεῖν Mut. κλεῖν Cantabr. II Harlej. Junt. I.

V. 752. Τοῖς θύραζε καταλαλεῖν est iis, qui foris sunt, foras efferre. Nam Brunckius ad h. l. et alio modo ego ipse ad Thesmoph. v. 69 erravimus. — τί δαί MV λαλῶν Elb. Pollux II, 125 τὸ καταλαλεῖν παρὰ Ἀριστοφάνει Ranas intelligere videtur, non Senectutem ap. Antiattic. Bekk. p. 102, 15 καταλαλεῖν: Ἀριστοφάνης Γῆρα.

V. 753. Soni quidam lusus inest in verbis *μαίνομαι* — *κάμμαινομαι*. Hujus verbi loco Venetus *κάμολύνομαι* exhibet glossema. Photius p. 269, 9 *Μιαινεσθαι καὶ ἐκμιαίνεσθαι; τὸ ὀνειρώττειν. Σοφοκλῆς*. Recte, puto, Bentlejus, *Ἀριστοφάνης*.

V. 756. *Δα Δούλιον* i. e. servorum praesidem, non ipsum servum jocose interpretatur dicitque *ὁμομαστιγίας* pro *ὁμόδουλος*, ut recte observat scholiastes.

V. 757. *ὁ ἥδον* Paris. A. — *ἔστιν ὁ θόρυβος* M Paris. C. — *καὶ βοή* Rav. Ven.

V. 758. Vitiose *λοιδορισμός* Paris. D edd. Lugd. Port. Kust. et sic Thomas M. p. 581 (p. 228 R.), sed *λοιδορησμός* Photius p. 230, 3. — *καὶ εὐριπίδου* Barocc. *κεντριπίδου* Cantabr. I. Ceterum libri omnes verba *Αἰσχύλου* *κεντριπίδου* Aeaco dant, de qua re ad proximum versum plura dicentur.

V. 759. Editt. omnes *Ξα. ᾧ. Αἰα. πρᾶγμα πρᾶγμα γὰρ κενύνηται μέγα*, praeterquam quod in edd. Wech. Gel. Port. Kust. *πρᾶγμα* semel tantum exstat. Erroris vulgatam convincit vanissima ista iteratio, *πρᾶγμα πρᾶγμα*. Hunc ego locum tandem in integrum restitui, adjuvante inprimis Ravenate, qui nostrum versum Aeaco totum continuat itaque scribit,

ᾧ πρᾶγμα πρᾶγμα μέγα κενύνηται μέγα.

Quamobrem edidi

ΑΙΑΚΟΣ. ᾧ· πρᾶγμα, πρᾶγμα μέγα κενύνηται, μέγα, id quod fieri non potuit, nisi ante verbis *Αἰσχύλου* *κεντριπίδου* Xanthiae continuatis, ut ipsa etiam poscit sententia. Nam interroganti servo, quisnam hic intus sit hominum tumultus et clamor, quod jurgium Aeschyli atque Euripidis: Aeacus rei atrocitate perculsus respondet, magnae rei initium a mortuis moveri ac vehementem plane seditionem inter eos exortam esse ('s ist eine Todtenrevolution!). Ut primum vero *Αἰσχύλου* *κεντριπίδου* Aeaco, ᾧ Xanthiae tribui coepta sunt, opus erat particula *γὰρ*, cujus interpolationis nullum est in optimis codd. vestigium, tanta porro in iisdem personarum confusio, quae ipsa quoque nostrum iudicium confirmet. Sicut vulgo, legitur versus in Mut. Paris. D Cantabr. I. II partim etiam Harlej. Totum Xanthiae dat Paris. C. *Δι. ᾧ. Ἱερύς. πρ.* Harlej. *Ξα. ᾧ πρᾶγμα, πρᾶγμα. Αἰ. μ. Vatic. Ξα. ᾧ πρᾶγμα πρᾶγμα Αἰ. κ. Paris. B. — ᾧ] αἰ* Paris. A. ᾧ B C. — *πρᾶγμα πρᾶγμα γὰρ κεν. μέγα] πρ. πρ. μέγα κενύνηται πάνν* Paris. A et cum personae errore Vatic. (*πάνν* fluxit e v. 760). *πρ. πρ. κεν. μέγα* Paris. B. Barocc. et (qui *οἱ* pro *Αἰακ.*) Ven; *πρ. πρ. σφόδρα κεν. μέγα* Paris. C; *πρ. πρ. γὰρ σφόδρα μέγα κενύνηται* Borg. Omnes autem codd. etiam Elb. *πρᾶγμα πρᾶγμα* servant. In vulgata Brunckius atque Porsonus secure acquiescunt; Kuster scribi vult *Ξα. ᾧ. Αἰακ. πρᾶγμα, πρᾶγμα μέγα κενύνηται πάνν* similiterque Beckius, Dindorfius, Bothius *Ξα. ᾧ. Αἰακ. πρᾶγμα, πρᾶγμα μέγα κενύνηται, μέγα*, pannis vulgatae et Vaticani

vel Ravennatis mirum in modum consutis neque perspecto, in isto personarum habitu particulam γὰρ necessario requiri; Hermannus in mediis trimetris dimetro locum concedit, *ἄ. α. Αἰ. πρῶγμα κενύνηται μέγα*, quod fieri non potest; paullo melior caeteris, nec ideo vera tamen conjectura est Reisigii Conj. p. 284. *ἄ. α.*

Αἰακ. ὡς πρῶγμα πρῶγμα πάνν κενύνηται μέγα.

Nunc vero nihil est, quod quisquam desideret. Ravennatis enim collocationem verborum aequo animo ferre malo, quam audacius conjicere,

ἄ. πρῶγμ' ἀπρακτον, μέγα κενύνηται μέγα,

ut *πρῶγμα ἀπρακτον* res sit ejusmodi, quae expediri nequeat. Ita sane Homerus Ἴριος ἄϊρος et tot locis tragici, ut *μήτηρ ἀμήτωρ, παῖδες ἀπαιδεις, ἔργ' ἀνεργα, ἄδωρα δῶρα, νᾶεις ἄναεις* (cf. Schaeferum ad Hecub. v. 610 Pors.), imitantibus latinis etiam poetis, veluti innuptis nuptiis, numeri innumerari. Nam pronominis *μέγα* repetitio aptissima est, uti dixit Augustus ap. Plutarch. in Cicerone c. 49 *λόγιος ἀνὴρ, ὃ καὶ, λόγιος καὶ φιλόπατρις*, Terentius Adelph. IV, 5, 53 jam id peccatum primum magnum, magnum at humanum tamen (ut correxit Faernus) alique simillimo modo.

V. 760. *τοῖσι νεκροῖς* Mut. *νεκροῖς* etiam Elb. Monac. — *πάνν πολλῇ* Barocc.

V. 761. Recte unus scholiastarum, *ταῦτα μεταφέρει ἀπὸ τῶν ἐν Ἀττικῇ ἐθῶν εἰς τὰ καθ' ἑᾶν*. Etenim victus in prytaneo et proëdriae honos, ut h. l., conjunguntur Eqq. v. 573 (de imperatore), Plutarch. Vit. X Rhiet. p. 850 F (de Demosthene oratore) ibid. p. 851 D (de Demochare ob merita in rem publicam). Cf. Petil. Legg. Att. III, 6 (T. III p. 374 sqq. ed. Wessel.). Sed quia hic de poetis agitur, de Cratino etiam similia scripta sunt in Eqq. 533. Scilicet (ne quis a Spanhemio deceptus huc referat thronum sophistarum) verba *θρόνον τοῦ Πλούτωνος ἐξῆς* proëdriam declarant, ut loquitur etiam Lucianus Verr. Hist. II, 9.

V. 762. *ὅσαι]* *ὀπόσαι* Paris. A et Venetus, quod Brunckius male recepit.

V. 763. *συντέχνων* RVM et edd. ante Brunckium, qui *ξυντέχνων* scripsit cum Paris. E Cantabr. I. *ξυντυχῶν* Barocc. Pollucis verba VII, 7 jam alibi e cod. Kuhniano correxi docuique eum non *σύντεχνοι*, ut male putatur, sed *ἀντίτεχνοι* e Gerytade attulisse. Addamus aliud quiddam de eodem Gerytade. Athenaeus XIV, 650, e ita scribit, *τῶν γὰρ ἀπυργήνων (ῥόαν) Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς μνημονεύει. καὶ ἐν Ἀναγνώφῃ πλὴν ἀλεύρου καὶ ῥόας. καὶ ἐν Γηγρυτάδῃ*. Dicit haud dubie illum senarium, *ὀξυγλύκειαν τάρκα κοκκίεις ῥόαν* apud Pollucem VI, 80, qui proinde Gerytadae adscribendus est. Nam Pollucis verba haec sunt, *Ἐλποις δ' ἂν καὶ κοκκίσαι φοιᾶν κατὰ Ἀριστοφάνην. Ὀξυγλύκειαν — ῥόαν. τουτὶ δὲ τὸ λαμβεῖον Ἀριστοφάνης οὐκ ἴδιον δν εἰρηκεν, ἀλλ' ὡς Αἰσχύλου*. Atqui Gerytadae, fabulae Ranis simillimae, in cujus fragmentis Aeschyli mentio facta est, Aeschyleus versus planissime convenit.

V. 764. τὸν ἄριστον ὄντα — αὐτόν] Vide Quaestt. Lucian. p. 15.

V. 766. ἕως αὖ ἀφ. V.

V. 767. τότε δὴ Barocc. Cantabr. I.

V. 768. τοῦτο V.

V. 770. νῦν M.

V. 771. ὅτε δ' οὖν meae conjecturae est. Vulgo enim legitur ὅτε δὴ, quod sumtum est e v. 789 ὅτε δὴ κατήλθε. Adversandi particula opus esse ex iis apparet, quae supra dixi ad v. 718. Cantabr. I Harlej. ὅτε δὲ idque probatum est Hermanno atque Dobraeo, quum eos nihil offenderet sonus haud dubie ingratior. — κατήλθ' RVM Pariss. ACE Cantabr. I Harlej. Barocc. κατήλθεν edd. ante Brunckium.

V. 772. καὶ τοῖσι βάλ. Paris. A fortassis etiam RVM, Brunckius. Male. καὶ βάλ. sine articulo Barocc., quo nixi Dindorfius, Dobraeus, Boissonadius conjiciunt,

τοῖς λαποδύταισι καὶ βαλαντιητόμοις

testanturque proximi versus concinnitatem,

καὶ τοῖσι πατραλοῖταισι καὶ τοιχωρύχοις.

Non male. — βαλαντιοτόμοις RV Barocc. Monac. βαλλαντιοτόμοις M βαλαν-
τιητόμοις (o alia m.) Cantabr. I.

V. 773. τοῖς πατρ. M Cantabr. I. — Blomfieldius in Glossar. ad Persas v. 697 praefatus reges etiam post mortem in Orco dominari creditos esse, hanc notionem nostro in loco facete perverti statuit. Quasi Euripides grassator fuerit, crumenae sector, parietum perfossor atque adeo parricida. Immo tragoedias ille tam scelestas tamque perditas scripsisse dicitur, quae nisi perditis hominibus placere nemini possent.

V. 775. λογισμῶν Barocc. et pro varia lectione schol. Jam alii contulerunt Platon. Republ. III, 405 C ὡς δεινὸς ὢν περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ ἱκανὸς πάσας μὲν στροφᾶς στρέφεισθαι, πάσας δὲ διεξόδους διεξιέλθων ἀποστραφῆναι λυγίζομενος, ὥστε μὴ παρασχεῖν δίκην, ubi item codices male λογίζομενος. Scholium ad h. l. ita lege cum Dobraeo fere, Λυγισμῶν: γράφεται λογισμῶν, τουτέστι παραλογισμῶν. λυγισμῶν δὲ καμπῶν· τὸ γὰρ λυγίζειν, κάμπειν. ἅμα μὲν πρὸς τὰ μέλη, ἅμα δὲ πρὸς τὸ ἐξελλίττειν καὶ ἀναδύεσθαι. Δίδουμος δὲ λυγισμῶν, ἀντὶ τῶν συνδέσεων τοῦ λόγου. "Ομηρος „διδεῖ μόσχοις λύγοισι" (Il. λ', 105 ubi διδῆ). Aliud scholium est hujusmodi, τῶν ἀντιλογιῶν: παρίστησιν αὐτοῦ τὸ περὶ τοὺς λόγους σαφρόν. καὶ ἐν ἄλλοις: στρεψίμελος τὴν τέχνην Εὐριπίδης. Recte Bothius, ὁ στρεψίμαλλος τ. τ. E. [στρεψίμαλλος habent nunc codices]. In hujus vocis explicatione parum sibi constant grammatici, Eustathius p. 1561, 36 et p. 1638, 17. Etym. M. p. 729, 53. Hesychius ac Suidas s. v. item Photius p. 543, 10. Quodsi στρεψίμαλλος idem significat quod στροφῆς astutus et quasi versipellis:

versus non ad ἀντιλογιῶν referri debet, sed ad στροφῶν idque placuit Dobraeo male caeteroqui στρεψίμελος servanti.

V. 777. ἀντελάβετον Ald. Junt. I. II aliaeque vett. edd.

V. 778. ἐκβάλλετο R. νῆ δια hic ante κοῦκ inserit, mox v. 781 om. Barocc.

V. 780. ἄν εἴη Cantabr. I Harlej.

V. 781. Huc spectat Phryn. Bekk. p. 4, 20 Ἀνεβόησεν οὐράνιον ὄσον: σημαίνει τὸ ὑπερβηρικός, ὡς καὶ μέχρι τοῦ οὐρανοῦ ἦκειν. Ita enim legendum collata glossa ibid. p. 400, 33.

V. 782. σύμμαχοι RVM.

V. 783. Thucyd. VI, 35 ὀλίγον δ' ἦν τὸ πιστεῦον τῷ Ἐρμοκράτει καὶ φοβούμενον τὸ μέλλον. Plutarch. in M. Crasso c. 15 καὶ τὸ θαυμάζον οὐκ ὀλίγον ἦν. in Caesare c. 33. Οὔτε γὰρ τὸ χαῖρον — δι' ἐρίδων ἦν. in Dione c. 44 οἱ μὲν — τὸ δ' εἰς τὰς οἰκίας καταδυνάμενον. Adde Herodianum Histor. I, 2 fin. I, 3 fin. I, 4 init. I, 5 fin. I, 6 fin. Ibid. ὥσπερ ἐνθάδε] Bene schol. δείκνυσιν ὡς πρὸς τὸ θέατρον.

V. 787. καὶ om. Barocc.

V. 789. κατήλθεν κἀνέβαλλε R κἀνέβαλλε etiam Barocc.

V. 790. » Aeschylus sedem concessit Sophocli, sed hic non accepit. «

Bothius

V. 791. Schol. Κλειδημίδης: Καλλίστρατος, ὅτι ἴσως Σοφοκλέους υἱὸς οὗτος, Ἀπολλώνιος δὲ ὅτι Σοφοκλέους ὑποκριτής. τοῦτο δὲ πόθεν, σκέψασθε. διαβάλλει δὲ καὶ Κλειδημίδην ὡς κακὸς ἐνον. τινὲς δὲ τὸ » νυνὶ δ' ἔμελλε « τοῦ Κλειδημίδου φασὶν εἶναι. Scribendum, ὡς κακοξύνετον, h. e. πανοῦργον, fraudulentum. Ex ultimis verbis fuisse patet, qui interpungerent, νυνὶ δ' ἔμελλεν, ὡς ἔφη (sc. Σοφοκλῆς), Κλειδημίδης —. Hinc Suidas s. Ἐφεδρος locum ita affert, νυνὶ δ' ἔμελλε Κλειδημίδης ἐφεδρος καθεδεῖσθαι. At de Sophocle hic sermo est, non de Clidemide. Immo prae modestia Sophocles ut Welcker Bothiusque observant, rem non vulgaverat, sed uni aperuerat Clidemidi. De ipso autem Clidemide Suidas s. v. nihil aliud acceperat, nisi id esse ὄνομα κύριον. Recte tamen de eo iudicat Apollonius, falso autem conector iste Callistratus. Primum enim non genus, sed tragica ars Clidemidis hic unice spectanda est. Deinde omnes hodieque novimus Sophoclis filios, in quorum numero Clidemidem frustra quaesiveris. Suidas s. Σοφοκλῆς — παιδὰς δὲ οὓς ἔσχεν, οὗτοι· Ἰοφῶν, Λεωσθένης, Ἀρίστων, Στέφανος, Μενεκλείδης. Quis autem mirari potest, Clidemidem Sophoclis olim histrionem, etiam post mortem poëtae sui certamina tragica curare? Praeterea ex h. l. Sophoclem discimus tam amicum Aeschylo, quam Euripidi inimicum fuisse. Ac de Aeschyli et Sophoclis simultate omnino nihil compertum habeo, nisi quod Aeschylus Sophoclis victoria fortasse offensus in Siciliam abiit (Plutarch. in Cimone

c. 8 cl. Vit. Aeschyl. T. IV p. 453 Sch.). Quo certius puto, in Rossignoli Vita Euripidea, ubi est, *λέγουσι δὲ καὶ Σοφοκλῆα ἀκούσαντα ὅτι ἐτελεύτησε* (sc. *Εὐριπίδης*), *αὐτὸν μὲν ἱματίῳ φαιφῇ ἀντὶ πορφυροῦ προσιλθεῖν, τὸν δὲ χορὸν καὶ τοὺς ὑποκριτὰς ἀστεφανώτους εἰσαγαγεῖν ἐν τῷ προαγῶνι, καὶ δακρῦσαι τὸν δῆμον*, in Aeschyli locum falso Euripidem substitutum esse, quam conjecturam Hermanno probatam esse gaudemus in Opusc. V. p. 203. Sed Euripidem inter et Sophoclem graves inimicitias intercessisse certum esse debet. Pollux IV, 111 *τραγικὸν δὲ οὐκ ἔστιν (ἡ Παράβασις), ἀλλ' Εὐριπίδης αὐτὸ πεποίηκεν ἐν πολλοῖς δράμασιν.* — καὶ Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸ ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνον ἀμίλλης ποιῶι σπανιάκις, ὥσπερ ἐν Ἰκνόνῳ. In ejusmodi tragicas parabases cadere illa memoria videri potest schol. ad Phoeniss. v. 1. *παλαιὰ τις φέρεται ἐν — Τροίᾳ ποτιέ.* Cf. Hermannum ad initium Electrae. Scilicet non insita animi malitia ad novum genus parabasis confugit Euripides, sed quod sensisset, certatim Sophoclem laudari solere, semetipsum vero iniquius contemni. Quam enim Sophocles interea toties in tetralogiis singulisque tragoediis vinceret, rarissime primus locus judicum sententia datus est Euripidi. At Sophocles quum natura esset lenissimus (*εὐκόλος*, uti dicitur supra v. 82), Euripidem tamen usque eo odit, ut cum hoc solo poëta se minetur certaturum esse.

V. 794. *πρὸς γ'* γ' male om. RV Barocc. Cantabr. I. II. Harlej. Elb. Monac.

V. 795. Legebatur *τί χρῆμ'*, quasi deinceps *ἐνταῦθα* ac non *κἀνταῦθα* positum esset. Ravennatis lectionem *τὸ χρῆμ'* Bekkero atque Hermanno probatam sine ulla dubitatione suscepi. Cf. Ecclesiast. v. 1164 *τὸ χρῆμα δρᾶν.* — Venetus habet *ὀλίγον γ' ὕστερον* non minus falso, quam *πρὸς Εὐριπίδην.*

V. 796. *δῆ] νῦν M.*

V. 797. Ut *τάλαντον* etiam *σταθμοῦ τι ὄνομα* fuisse doceant, hunc versum afferunt Etymol. M. p. 744, 20. Suidas s. *Τάλαντον*, grammaticus MS. in biblioth. Coislin. p. 475., Pollux IX, 52. Hi omnes pro καὶ γὰρ legunt ἀλλ' ἢ, Etymologus et Pollux etiam *κριθήσεται* pro *σταθμῆσεται*. Cui varietati ne quis reconditius quiddam subesse conjiciat, et ἀλλ' ἢ memoriae errorem esse patet, et *κριθήσεται* glossema. Omnes enim isti grammatici e communi fonte hauserunt. Scilicet nemo vidit, post *σταθμῆσεται* orationem interpellari et haec ita cohaerere, καὶ γὰρ *ταλάντην — καὶ κανόνας — καὶ πήχεις* cel. Quare καὶ γὰρ (nam et, non etenim) prorsus necessarium est. — *σταθμηθήσεται* Cantabr. I *σταθμιθήσεται* Harlej.

V. 798. *τί δαί* Barocc. MV, quocum cohaeret *μιαγωγῆσουσι* Ravennatis. [Bene schol. RV *μιαγωγῆσουσιν*: ὡς πρόβατον στήσουσι.] Apparet vero, multum ab ipso poëta illi joco tribui, qui infra movebitur v. 1365 sqq. In fragmento Aristophanis *Δραμάτων* apud scholiastam,

Ἄλλ' εὐχομαι ᾗ γ' ἔλκύσαι σε τὸν σφυγμόν,
ἵνα μὴ με προσπράττωσι γραῦν οἰσφράτορες,

non Brunckii conjecturam τὸν σταθμόν, sed Raspii ad Eupol. *Δημ.* p. 75 τὸν ζυγόν comprobo. [cod. Flor. ἀγέσσαι σου τὸν σφυγμόν, ut scribendum sit, ἔλκύσαι σου τὸν ζυγόν. Opto, inquit, ut tuam lancem deprimat ovis scilicet sive alia victima. Eundem genitivum habes in Ran. v. 1385 et v. 1393.] In versibus Eupolidis *Δήμων* apud Harpocratonem s. *Μεῖον* codices et Aldina exhibent, *Τοιγαροῦν στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου οὐδείς δύναται, ὥσπερ μειαγωγὸς ἐστιῶν, τῆς τοῦδε νίκης πλείονα ἔλκύσαι σταθμόν.* Quo loco tetrametros trochaicos bene agnovit Dobraeus in *Adversar.* p. 587. Accedit, quod in verbis ὥσπερ μειαγωγὸς ἐστιῶν aliquid excidisse comparatio parum apte instituta docet. Sententia enim hujusmodi quiddam postulare videtur,

— — *Τοιγαροῦν στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
οὐδὲ εἰς δύναται' ἂν, ὥσπερ μειαγωγὸς [παγκράτως]
ἐστιῶν, τῆς τοῦδε νίκης πλείον' ἔλκύσαι σταθμόν.*

V. 800. *ξύμπνκτα* V Paris. D Cantabr. II; *σύμπνκτα* Paris. CM; *σύμπνκτα* (sic) R; *ξύμπνκτα* Paris. E Barocc. Affert haec Pollux X, 148, ubi codd. *ξύμπνκτα*, *ξύμπνκτα*, *ξύμπνκτα*. Apud Suidam s. *Παλαιο* vulgo est *σύμπνκτα*, in cod. Ox. *σύμπνκτα*, in aliis codd. *σύμπνκτα*, idemque Suidas deinceps habet *σύμμικτα*, credo pro varia lectione. Quam libri mire commendant scripturam *ξύμπνκτα* (i. e. *ξύμπνκτα*; vid. Lobeck. *Paralipom.* p. 31), eam praeter Brunckium probavit nemo. Atticam vocem esse patet e Pherecrateo, *συμπύκτοις ἀναπαίτοις* ap. Hephaestionem p. 56. Ceterum vulgatae favent Hesychii ac Suidae s. *Παλαιο* verba *διὰ ξύλων τετράγωνα πῆγματα* et loci Plutarchei apud H. Stephanum Thees. L. Gr. p. 7643 ed. Lond. — *πλινθεύουσι* dedi e Veneto ac Barocciano, daturus id ipsum contra omnes codices. Vulgo inepte *πλινθεύουσι*. — *τε* pro *γε* Rav. Ven.

V. 804. Edd. ante Brunckium et cod. Borg. *ἔβλεψεν οὖν*. Rav. *ἔβλεψε δ' οὖν* idque recepit Dindorfius. At recte Brunckius, Hermannus, Bothius *ἔβλεψε γούν* et sic Pariss. ABCD Ven. Mut. Cantabr. I. II Harlej. Barocc. *ἔβλεψε γ' οὖν* Elb. Etiam Suidas. s. *Ταυρηδὸν* legit *ἔβλεψε γούν* vulgo, sed *ἔβλεψε γὰρ* in cod. Oxon.

V. 805. *δὴ* om. Barocc.

V. 807. *Ἀθηναίοισι συνέβαιν'* cum Vatic. Pariss. AC RVM Seidler ad Iphig. Taur. v. 437, Dindorfius, Bothius. *Ἀθηναίοισι συνέβαινεν* edd. ante Brunckium et s. *Συνέβαινεν* Suidas tum vulgo tum in cod. Ox. (qui pro *οὔτε* habet *οὐ*). *Ἀθηναίοισι συνέβαινεν* Paris. E Barocc. *Ἀθηναίοις συνέβαινεν* Paris. B Borg. Cantabr. I. *Ἀθηναίοις συνέβαινεν* Elb. Cantabr. II Paris. D. Ultimam paenultimamve scripturam amplexi sunt Brunckius et

ὀδόντ' Paris. A Barocc.; ὀδόντας Pariss. BD Cantabr. II lemma scholii. Turpiter Brunckius probante Reisigio ad Oed. Col. p. 333, ἡνίκ' ἂν ὀξύλαλον περ ἰδῇ θήγοντος ὀδόντας edidit hiatus scilicet vitandi causa, qui in hexametri sine nullus est. Addit tamen Brunckius, scribi etiam posse (uti nunc a Dindorfio Bothioque editum est), ἡνίκ' ἂν ὀξύλαλον περ ἰδῇ —, h. e. ut ipsi placet ἡνίκ' ἂν περ ἰδῇ —. At ut genitivum omit- tam, particula περ aliena est utpote in re certa et cummaxime ex- spectata. Immo scribendum est secundum cod. Venetum iudice etiam Hermanno, ἡνίκ' ἂν ὀξύλαλον παρίδῃ θήγοντος ὀδόντα —. Namque iratus Aeschylus παρορᾷ h. e. παραβλέπει, uti mulier irascens in Vesp. v. 497. Optime vero conveniunt haec, ἡνίκ' ἂν — παρίδῃ et mox ὄμματα στροβήσεται. Constructio autem haec est, ἡνίκ' ἂν παρίδῃ, ἀντιέχου θή- γοντος ὀξύλαλον ὀδόντα quando limis spectabit, rivali acrem dentem acu- ente. De constructione enim errarunt Reisigius .l. l. et alio modo Lobec- kius ad Ajac. p. 204 ed. II. Scilicet verba visus ut ὄραν similiaque cum genitivo conjungi nequeunt, frustra que assertur Sophoclis Trach. v. 394 τί χοή, γύναι, μολόντα μ' Ἑρακλεῖ λέγειν; | δίδαξον· ὡς ἔρποντος εἰσορᾷς ἐμοῦ. At vero id nihil aliud esse quam ὡς ἔρποντος ἐμοῦ, οὕτως ἐμὲ εἰσορᾷς egregie l. l. perspexit Lobeckius comparato inter alia Sophocleo ὡς ὧδ' ἐχόντων τῶνδ' ἐπίστασθαι σε χοή. Miror tamen in hac quaestione adhuc praeteritum esse Homeri versum Il. ξ', 37 τῷ δ' ὄγ' ὀφείλοντες αὐ- τῆς καὶ πολέμοιο, quem sic potius interpretor, ad videndum cupidī tumult- us et belli. Zenodoti autem Ptolemaeiue conjecturae, quibus ὀφείλοντες removeatur, hoc ipso videntur fundamento niti, quod illi ὄραν τινος grae- cam esse structuram negassent.

V. 818. ἱππολόφων RVM Pariss. ACD Cantabr. I. II Harlej. marg. Leid. Barocc. Victorianus Elb. Monac. et sic Dindorfius ed. III. Ego quid sibi velint ἱππόλοφοι λόγοι me fateor nescire; illud video, scripturae er- rorem ἱππολόφων e v. 821 ἱπποβάμονα natum esse. Recte schol. ὑψιλόφων τε λόφων (scrib. λόγων): τῶν τοῦ Διόχου διὰ τὸ ὑψηλόν. τουντέστι μετ- εώρων, μεγάλων —. Aptē Bergler comparat Aeschylī φήματ' — ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους infra v. 925. — Ibid. Ineptē Salmasius ad Solin. p. 735, 2 D, Wakefieldius ad Eurip. Herc. Fur. 1005 et Porsonus conjecerunt λόγων κορυθαίολα μὴ κη, quippe qui sesquipedalibus verbis inhiando no- vum genus piscium caperent, verborum bellicosam longitudinem. Nam κορυθαίολος hic profecto est bellicosus. Cf. Il. χ', 132 ἴσος Ἐρπάλιω, κορυ- θαίῳι πολεμιστῇ, Hesychiam Κορυθαίολος: μαχητής —, Eustathium p. 352, 30, Etymol. M. p. 531, 40. Ipsi Homero Ἄρης κορυθαίολος dicitur Il. υ', 38.

V. 819. Contra metrum edd. ante Brunckium AC Rav. συνδαλαμῶν. Ita etiam Suidas s. Σκινδάλαμοι ubi Ox. συνδάμων. Recte Bentlejus συνδαλάμων et sic Pariss. BD Cantabr. I Harlej. συνδαλαμῶν Cantabr. II Mut. Ven. Nihil

opus Porsoni conjectura a Dindorfio Bothioque recepta *σχινδαλάμων*, ut docui ad Thesmorph. p. 611. Tum *παραξόνιον* proprie est clavus axium rotae continendae praefixus, ut apparet e Polluce I, 145 et Phrynicho Bekkeri p. 58, 11, idem prorsus quod *ἀξόνων ἐνήλατα* apud Euripidem Hippol. v. 1235. Hic autem schindularum clavis significari videtur subtilis eademque audax poësis Euripidea. Schol. *παραξόνια δὲ ὅλον κινδυνώδη καὶ παράβολα, παρὰ τὸν τροχὸν ἐλκόμενα* (hactenus etiam Suidas I. I., qui περὶ τ. τ.). καὶ ἄνω ἔφη ἐπ' αὐτοῦ τοῦ Εὐριπίδου (v. 99)· τοιοῦτονί τι παρακινδυνεύμενον. Ἄλλως. *παραξόνια, κινδυνώδη, ἀπὸ τοῦ ἄξονος· ἄσι γὰρ τὸ μέρος τοῦτο κινδυνεύει*. — Ibid. *σμιλεύματ' ἔργων* Mut. Falso haec interpretatur Pollux VII, 83. Immo magnarum rerum expolitio intelligitur. Verbum *σμιλεῖν* scalpro polire attingit Bentlejus ad Horat. A. P. v. 441. [Babrius Fab. 98 v. 13 ὑπὸ σμίλης ἀκωνυχίσθη.]

V. 822. Vulgo *χαίταν*. Recte Dindorfius *χαίτην* cum Rav. Monac. et codd. Suidae s. *Ἀυτοκόμῳ*. Etiam *λοφιά* de leone dici recte potest. Male schol. *Φρίξας δ' αὐτοκόμῳ* (adde *λοφιάς*): ὥσει εἶπεν ὀργισθεὶς ὥσπερ σὺς (hic excidit Homeri locus de apro Od. ε', 446 *φρίξας εὐ' λοφίην*). Tum desunt fere haec, τὸ δὲ ἐπισκύνιον ἐπὶ λέοντος·) » πᾶν δὲ τ' ἐπισκύνιον κάτω ἔλκεται^a (II. ε', 136). εἰς ἕν δὲ συνήγαγεν ῥομὴν ἀμφοτέρως τὰς Ὀμηρικὰς εἰκόνας, τὴν τε ἐπὶ τοῦ λέοντος ἐν τῷ *λασιπύχῳ* χαίταν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ σὺς. Mutila verba ὥσει εἶπεν — κάτω ἔλκεται habet etiam Suidas s. *Ἀυτοκόμῳ*.

V. 823. *ἐπνέχων* BD Elb. — *βρονχόμενος* Barocc. Cantabr. I — ἦσει ἦ Rav. οἷ σει et gl. *πέμπει* Cantabr. I, in textu ἦσει *πέμψει* B ἦσει *πέμπει* C.

V. 824. Verba *πιννακῆδὸν ἀποσπῶν* affert Eustathius p. 633, 29. Simili modo cum gigante Aeschylus etiam infra v. 902 comparatur.

V. 826. Vulgo *ἐνθεν* δῆ. Ego *ἐνθεν* δὲ e Mut. recipiendum putavi. Nam Euripides Aeschylō opponitur. Cf. etiam supra v. 818 et 822.

V. 827. *φθονερούς κινούσα χαλινούς*] Invidiose Euripides Aeschyleam poësin sugillat in Electra v. 520—545 et in Phoenissis v. 750—754.

V. 828. Schol. *καταλεκτολογήσει δὲ, τὴν τοῦ Ἀλεχύλου λεπτολογίαν* (f. *σεμνολογίαν* cum Bothio) *λεπτῶς βασανίσει* ὁ Εὐριπίδης. Adde Phryn. Bekk. p. 48, 16.

V. 829. *πλευμόνων* RV edd. Ald. J. II aliaeque; *πνευμόνων* ed. J. I codd. M Cantabr. I. II Barocc. Elb., fortassis etiam Pariss. ABCD. Vid. supra ad v. 474. Verba *πνευμόνων πολλὸν πόνον* si, ut viro amicissimo videtur, ad Euripidem referrentur, potius *πνευμόνων πολλῷ πόνῳ* scriptum oporteret. Nunc autem haec appositio est ad *ῥήματα*, longa verba Aeschyli.

V. 830. *μεθείην* edd. ante Brunckium, MR Cantabr. I. II Harlej. *μεθείμην* cum Dawesio M. C. p. 239 ACE Barocc. V. marg. Leid. Schol.

οὐκ ἂν μεθείην: γράφεται καὶ μεθείμην. Euripides sedem, quam v. 777 tantummodo affectabat, spe jam occupaverat.

V. 833. ὅπερ Venetus, ἅπερ, ut vulgo, Suidas s. Ἀποσεμνύνει. Mox Barocc. et codices Suidae τραγωδίαις.

V. 835. μέγα Rav. Barocc. Borg. Monac. frequenti confusione. Hinc scriptor Philopatridis c. 25 ὃ δαιμόνιοι ἀνδρῶν μὴ μεγάλα λίαν λέγετε.

V. 836—839 affert Suidas s. Ἀγριοποιόν falso scribingens ἐγφῶδα τοῦτον καὶ ἐξίσταμαι καὶ —, idemque s. Ἐγφῶδα sine ullo errore citat ἐγφῶδα — ἀγριοποιόν.

V. 837. Hos tres versus habet Gellius N. A. I, 15. Hujuscemodi autem loquacitatem verborumque turbam magnitudine iani vastam facetissimus poëta Aristophanes insignibus vocabulis denotavit in his versibus Ἀνθρωπον — κομποφακελοφῶμονα. — Ibid. ἀγριοπόν Monac. ἀγριοπὸν Barocc. a sec. man. cum gl. ἄγριον τὴν φωνήν, etiam Cantabr. I ἀγριοπὸν cum gl. ἄγριον τὴν φωνήν, ἢ ἀγριοφθαλμον, ἢ ἄγρια ποιοῦντα ἐπη. Harlej. ἀγριοποιόν. Apud Gellium vulgo est ἀγριοπὸν, sed in cod. Regio ἀγριοποιόν. Librarii ad tragicam vocem ἀγριοπὸς aberrarunt. Recte schol. et s. v. Suidas, ἀγρίους εἰσάγοντα (καὶ ὠμούς addit schol.) τοὺς ἥρωας.

V. 838. ἀχάλιντον Mut. Tum libri omnes ἀπύλτων στόμα. Ravennati Invernitiis diserte tribuit ἀθύρωτον, sed Bekker, subobscurum tamen, eidem ἀπύλτων vindicat. [At Dindorfius sive Seidler Ravennati tribuit ἀθύρωτον.] Praeterea hic ἀπύλτων tuentur omnes codd. editionesque Gellii l. l. atque Eustathius p. 723, 52. Contra ἀθύρωτον legit Suidas s. Ἀγριοποιόν, eodemque bene referunt Bekk. Anecd. p. 352, 11 Ἀθύρωτος: ἄλκιστος. Ἀριστοφάνης. Schol. Ἀπύλτων στόμα: Φρύνιχος ἀθύρωτον. οἱ δὲ γραμματικοὶ (recte Hermannus e Suida οἱ δὲ γράφουσιν) ἀπύλτων, ἀντὶ τοῦ ἀνεφγμένον καὶ πύλην μὴ ἔχον [μὴ χαλινωγαγούμενον μηδὲ κρατούμενον haec pertinent ad ἀχάλινον, ἀκρατές]. Suidas, Ἀθύρωτον στόμα: οὕτως ἀθύρωτον, οὕτως ἀπύλτων, Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. καὶ Φρύνιχος [hic excidisse puto versum Phrynichi]. οἱ δὲ γράφουσιν ἀπύλτων, ἀντὶ τοῦ ἡνεφγμένον καὶ πύλην μὴ ἔχον [τούτῃ μὴ χαλινωγαγούμενον μηδὲ κρατούμενον]. Et iterum, Ἀπύλτων στόμα: ἀθύρωτον, ἀλλ' οὐκ ἀπύλτων Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. καὶ Φρύνιχος. οἱ δὲ γράφοντες (sic) ἀπύλτων — κρατούμενον. Kusteri de hoc altero loco conjectura, Ἀπύλτων στόμα: Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις. Φρύνιχος δὲ ἀθύρωτον — vel eam ob causam improbanda est, quia sine dubio fuerant, qui ἀθύρωτον etiam in Ranis legerent. Illud tamen Kuster viderat, Phrynichum poëtam comicum, non atticistam intelligendum esse. Quum enim in vetustis scholiis aliquis Phrynichi versus, in quo simile verbum ἀθύρωτος legeretur, comparatus esset, a Phrynicho ἀθύρωτος paulatim transiit ad Aristophanem. Nam in Ranis vulgata lectio ἀπύλτων tot tantosque habet auctores, ut iudice

etiam Hermanno fortiter defendenda sit. Ergo male hic quidem quum Suidas probavit scripturam *ἀθύρωτον*, tum Dindorfius ac Bothius receperunt. Per se utrumvis dici potuisse vel ex *ἀθυρόγλωστος* (Eurip. Orest. 903) et *ἀθυρόστομος* (Soph. Philoct. 188) apparet. De Orphico versu apud Lobeckium Aglaoph. p. 450 sqq. ita censeo, genuinum id esse quod plurimi testantur, *Φθέγξομαι, οἷς θέμις ἐστί· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, πύλας* autem Aristidem ex uno Platone hausisse, qui *πύλας πάνν μεγάλας τοῖς ὁσὶν ἐπίθεσθε* dixit ludendi causa.

V. 839. Pollux II, 125 — *καὶ τὸ καταλαλεῖν παρὰ Ἀριστοφάνει· ὁμοίως ἡ λάλησις, καὶ ἀπεριλάλητος παρ' Αἰσχύλῳ*. Lego cum Porsono *περὶ Αἰσχύλου* cl. Suida s. *Ἀγριοποιὸν* s. *Ἀλινδεῖσθαι* s. *Ἀυτόκόμον* s. *Ἀυτόπρεμον* s. *Γομποπαγῆ* s. *Ἐγῶδα* s. *Ταυρηδόν*.

V. 840. Hunc et duo proximis affert Suidas s. *Ἀληθες*. Ceterum hic Telephum Euripideum (perpetuum istud Aristophanis ludibrium) ab Aeschylō irrideri clare docet v. 864 — *κάτι μάλα τὸν Τήλεφον*. Iterum, inquit, Telephum meum reprehendi ab Aeschylō volo. Debet igitur Telephus jam supra alicubi ab eodem Aeschylō reprehensus esse. Praeterea id ipsum efficitur e Bacchi verbis v. 855 *ἴνα μὴ — ἐκχέῃ τὸν Τήλεφον*. Periculum esse dicit, ne Aeschylus Euripidi e capite excutiat Telephum, non ille prae ceteris Telephum nominaturus, nisi haec tragoedia paullo ante castigata esset. Denique v. 841 *ὦ στωμυλιοσυλλεκτάδη, | καὶ παωχοποιέ, καὶ ῥακιοσυρῆακτάδη* et v. 846 *τὸν χωλοποιὸν* etsi partim ne ab aliis quidem Euripidis tragoediis abhorrent, omnia tamen in Telephum mirifice conveniunt. Nullam parodiae mentionem fecit Hesychius, *Ἀρουραία θεός· ἡ Εὐριπίδου μήτηρ, διὰ τὸ λαχανόπωλις εἶναι*, de qua re ad Thesomorph. p. 167 disserui; fecit schol. *ἐλθεται δὲ ὁ στίχος παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ* (leg. *παρὰ τὸ Εὐριπίδου*) „*Ἀληθες ὦ καὶ τῆς θαλασσίας θεοῦ*.” Nil dixisse putandus est Boeckhius, vir eximius, De tragicis p. 235, qui hunc versum in prima Iphigeniae Aulidensis recensione fuisse conjecterit, male etiam confusus *Ἀληθες*; et *Ἀληθες* vocibus plane diversis. Musgravius autem quum Achillem Thetidis f. dici vidisset, recte ille quidem hunc versum e Telepho sumtum esse censuit, in quo persona erat Achillis. At solum Musgravii argumentum patet infirmum esse. Nos vero supra demonstravimus, Telephum Euripidis hic alicubi ab Aeschylō irrisum esse, ut jam Musgravii sententia nihil esse possit certius. Nempe acerba Aeschyli oratio non ad unicum versum spectat, sed ad Telephum universum, quasi hoc dicat: siccine vero tu de me judicare audebis, qui Telephum foedissimam miserrimamque tragoediam scripseris?

V. 841. Telephus Euripidis fuit plane facundus secundum Acharn. v. 404 *στομύλος, δεινὸς λέγειν* et Nub. 914 *γνώμας τρώων Πανδελετέλους*.

V. 842. *παωχοποιέ*] Schol. *ὁ τὸν Τήλεφον τὸν βασιλέα Μυσῶν πασχόν*

ποιήσας. Eo nomine ridetur Euripides in Acharn. 404 et Nub. 911. Sed Euripidis Telephus simulat tantum egestatem; ipse enim ita dicit, *Δεῖ γάρ με δοῦναι πτωχὸν εἶναι τήμερον, | εἶναι μὲν ὅσπερ εἰμι, φαίνεσθαι δὲ μὴ*. Alii Telephum revera pauperem faciunt, ut Timocles ap. Athen. VI p. 223 c et Horatius A. P. v. 96. Ceterum mendicos omnino amat Euripides. — Ibid. *ῥακιοσυββάπταδῃ*] bene schol. *ὁ τὰ ῥάκη συββάπτων καὶ ἐνδύων τοὺς βασιλεῖς*. Infra v. 1063 *τοὺς βασιλεύοντας ῥάκ' ἀμπίσχων*, ubi schol. *διὰ Οἰνεία καὶ Τηλέφον καὶ τοὺς ἄλλους*. Ipse adeo Euripides de Telepho suo loquens in Acharn. 407 *ὦ παῖ*, inquit, *δὸς αὐτῷ Τηλέφον ῥακώματα*.

V. 843. *οὔτε* Mut. edd. J. II et III; — *ταῦτ'* edd. ante Brunckium, *αὐτ'* Brunckius et sic ARVM Harlej. *αὐτ'* ex em. ej. m. Barocc. — *παῦ'* recte Kuster Dindorfusque cum Veneto Vatic. marg. L. Vulgo *παῦ'* et sic MR atque Suidas s. *Θερμός*, ubi citat *παῦ'* — *κότφ*.

V. 844. *θερμαίνης* Barocc. Cantabr. I. *θερμήνη* Monac. — *νης κότφ* om. R. Sententia autem haec est: noli iracundia tua iram Euripidis excitare. Falso Brunckius aliique, *neve excalescas iracundia*. At tum omissis verbis *πρὸς ὄργην* scriptum oportebat, *καὶ μὴ σπλάγχνα θερμανθῆς κότφ*. Hunc quoque versum tragici loci parodiam esse caeteros omnes fugit, Hermannum non fugit, qui Aeschyli sui versum esse conjecerit. Probabilius tamen videtur, hic quoque Euripidis e Telepho versum rideri, qui superiori illi *Ἀλλ' ὅς, ὦ παῖ τῆς θαλασσίας θεοῦ*; brevi intervallo subjectus fuerit. Quodsi Telephus potissimum priore loco Achillem alloquutus erat, videtur chorus vel alius quis Telephum monuisse, ne Achilles, a quo ipse medicinam exspectaret, iram temere commoveret. Ceterum cf. Eurip. Orsst. 1201 *καὶ νῦν δοκῶ — χρόνῳ μαλαξέω σπλάγχνον* et Cyclop. 424 *σπλάγχν' ἐθέρμαινον ποτῶ*.

V. 845. *ἀποφῆναι* Mut.

V. 846. *τὸν χωλοποιόν*] Schol. *διὰ τοὺς τρεῖς, Βαλλεροφόντην, Φιλοκτήτην, Τηλέφον*. Ac profecto Telephus Euripidis in Acharn. v. 404 claudicat.

V. 847. *ἄρνα ἄρνα μέλανα* Rav. Masculino genere utitur etiam schol. in expositione, *τούτῳ ἐνόμιζον μέλανα ἄρνα σφαγιάζειν*. [*μέλανα* in textu et bis in schol. cod. Paris.]

V. 849. 850. *συλλέγων* edd. ante Brunckium et MRV, Brunckius more suo *ξυλλέγων*. — *ἐσφάρων εἰς* edd. ante Brunckium et MRV. *ἐσφάρων εἰς* Brunckii editio et sic Barocc. *συμφάρων εἰς* Borg. — De creticis monodiis omnium temporum interpretes errasse videntur. Nota est Athenaei V, 180 d — 182 a contra Aristarchum disputatio de loco II. σ'. 604 sqq., quo in loco chorus a Vulcano *ad cretici chori similitudinem* compositus describitur. Vulgata ante Aristarchum lectio, quam Athenaeus defendit, haec est,

Πολλὸς δ' ἡμερόεντα χορὸν περιῖσταθ' ὄμιλος,
 τερόμενοι· μετὰ δέ σφιν ἐμέλιπετο θεῖος αἰοιδὸς,
 φορμίζων· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς,
 μολπῆς ἐξάρχοντος, ἐδίνεον κατὰ μέσσοις.

(κατὰ μέσσοις legendum videtur e parallelo loco Odysseae). Aristarchus vero sic ediderat,

Πολλὸς δ' ἡμερόεντα χορὸν περιῖσταθ' ὄμιλος,
 τερόμενοι· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς,
 μολπῆς ἐξάρχοντες, ἐδίνεον κατὰ μέσσοις.

Hic quoque Aristarcheam scripturam et Eustathius et omnes codd. nostri retinent. De membranarum Aristarcho antiquioribus quaerere inutile est. Reliquum est, ut ratio cum ratione contendat. Athenaeum sequitur Wolfius jam in Prolegom. p. CCLXIII, ego Aristarchum. Scilicet neque Wolfius, nec vero Athenaeus maximi illius critici mentem assequuti paene indignantur, quod ille ἐν τοῦ Κρητικοῦ χοροῦ τὸν ᾠδὸν ἐξῆλθεν, cujus se rei Wolfius fatetur rationem nullam comminisci. At vero Aristarchus egregie perspexerat, apud Cretenses unum eundemque et saltare et voce carmina accinere solitum esse. Hunc Cretensium morem plane isti ignorabant, qui ante Aristarchum locum ita interpolaverunt,

τερόμενοι· [μετὰ δέ σφιν ἐμέλιπετο θεῖος αἰοιδὸς.
 φορμίζων]

et deinceps ἐξάρχοντος pro ἐξάρχοντες, quam interpolationem Zenodoto dignam ac fortassis ex Od. ν', 27 repetitam recte Aristarchus rursum expunxit. Pauca addam de loco Od. δ', 17—19. Falso et negligenter Athenaeus quinque versus ab Aristarcho ibi insertos esse narrat pro tribus. Nam duo priores,

Ὡς οἱ μὲν δαίνυντο καθ' ὑπερφῆς μέγα δῶμα
 γείτονες ἥδ' ἔται Μενελάου κυδαλλίμοιο

in omnibus, credo, libris jam ante Aristarchum legebantur suntque eo magis genuini, quo aptius ad eos refertur v. 20. Immo hoc unum quaeritur, an post Μενελάου κυδαλλίμοιο addi debeant hi tres versus, qui in Aristarchea recensione primum accesserant,

[τερόμενοι· μετὰ δέ σφιν ἐμέλιπετο θεῖος αἰοιδὸς,
 φορμίζων· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς,
 μολπῆς ἐξάρχοντες, ἐδίνεον κατὰ μέσσοις.]

Ac recte quidem Athenaeus eo nomine Aristarchum reprehendit, quod hic quoque pro ἐξάρχοντος scripserit ἐξάρχοντες, Iliadis loco deceptus. Verum hoc leve est. Quodsi forte optimos quosque libros sequutus Aristarchus tres versus, quos dixi, inseruit, Aristarcho hic iterum assentior. Aegre enim desideratur paullo uberius epularum nuptialium descriptio. Nam Athenaeus quod nuptialem coenam jam esse finitam dicit, falsum

est; quod autem Telemachum miratur postea nihil neque de cantu neque de saltatione admirandi causa adjecisse, id quivis videt levissimum esse. Quamobrem si Iliadis locum Aristarchus recte constituit, plane sequitur, apud Cretenses saltatorem et cantorem unum eundemque fuisse: sin Aristarchea crisis improbanda est, illud tamen manebit, Aristarchum certe de hoc Cretensium more nihil dubitasse. Praetera illam Cretensium consuetudinem extra dubitationem ponunt *ῥπορχήματα*, quae carmina cujusmodi fuerint, quum nomen ipsum ostendit, tum clarissime docent Plutarchus in loco quamvis corrupto *Moral. p. 748* et iterum *Moral. p. 1134 C. D* tum etiam Lucian. *De Saltat. c. 16* et Athen. *XIV p. 628, d.* Nam ea carmina hyporchemata dicebantur, quae actor saltans caneret, atque ita saltans, ut carminis argumento saltationis genus apte responderet. Atqui hyporchemata Cretensibus diserte tribuuntur tum ab Athenaeo *V p. 181, b*, tum a Sosibio ap. schol. *Pindar. ad Pyth. II, 127 — διέλεται — ῥπορχήματα [γράφαι.] Σωσίβιος δὲ, τὰ ῥπορχηματικὰ μέλη πάντα Κρητικὰ λέγεσθαι.* Qui pyrrhichen hyporchematicis carminibus propriam fuisse censebant, illud sequuti sunt, quod pyrrhiche a Cretensibus fertur inventa esse. Recte vero ab his dissentiens Sosibius ita statuit, omnia hyporchematica carmina cretica dicta esse. Multa enim carmina ejusmodi esse debebant, ut pyrrhiche iis haudquaquam conveniret. Atqui universum hyporchematum genus Cretenses invenerant. His ita disputatis spero nostrum versum, *ὃ Κρητικὰς μὲν συλλέγων μονωδίας* facile intellectum iri. Constans enim Aristophanis tempore et, absque Euripide fuisset, plane inviolata tragicæ saltationis lex haec fuit, ut alii saltarent, alii voce canerent (cf. *Lucian. De Saltat. c. 30*), velut in choris, in quibus stropham vel antistrophum unum hemichorium canere solet altero saltante. Ita factum est, ut apud Aeschylum minime ipsa poësis, sed tantum saltatio esse posset mimica (vide *Aristoclem ap. Athen. I p. 22, a*). Longe alia ratio monodiarum esse debebat Euripidis, quarum pleraeque habuisse saltationem luce clarius est. Quis igitur in *Oreste* et *Electram* v. 982 et *Phrygem* v. 1369, quis in *Phoenissis* v. 301 *Jocastam* saltavit? Nempe enim idem, qui illam caneret monodiam, praelerea nemo. Hanc igitur ob causam Aeschylus rivalis sui monodias dicit creticas, h. e. mimicas et cretico hyporchemati simillimas: in quo dicto aculeos non requireret, qui comparaverit Athenaeum *XIV, 630, ε ἢ δ' ῥπορχηματικὴ (δρχησις) τῇ κωμικῇ οὐκιοῦνται, ἥτις καλεῖται κόρδαξ· παιγνιώδεις δ' εἶδιν ἀμφοτέρω.* Ac certe *Phrygis* in *Oreste* saltatio parum tragica ac prope ludicra esse debebat. Omnino autem qui justam hyporchematici et mimici carminis speciem animo concipere voluerit, is censeo iterum iterumque legat venustissimam illam monodiam *Phrygis, Ἀργεῖον ξίφος ἐκ θαλάσσης πύργου* —, quae haud dubie insignem quandam commendationem

habuit a convenientia saltationis. Nam quod graeci grammatici versum nostrum ad unicam Euripidis tragoediam spectare opinantur, veluti ad Cretenses vel Cressas vel Hippolytum, id ipsi grammaticae repugnat. Et enim *Κρητικαὶ μονοδίαι* talis appellatio est, quae si non omnes, at plerasque monodias complecti debeat, ad unam vero ex omnibus referri non possit. De Cretensibus schol. Ὡ Κρητικὰς μὲν: ἐν γὰρ τοῖς Κρησὶν Ἰκάρου μονοψοῦντα ἐποίησε. καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν τοῦ Ἰκάρου μονοψῶδιον ἐν τοῖς Κρησί· θρασύτερον γὰρ δοκεῖ εἶναι τὸ πρόσωπον. Et de Icari quidem in Cretensibus monodia infra ad v. 1356 plura dicuntur. At hoc loco ne Cretensium quidem tragoediae ratio potest habita esse. Accedit, quod nihili est illud scholiastae, θρασύτερον γὰρ δοκεῖ εἶναι τὸ πρόσωπον. Immo insignem plane turpitudinem ejus monodiae, quae in Cretensibus fuit, demonstrare debebat, ut aliquid tamen dixisse videretur. Aptè vero Euripidem monodiam, carmen cretico hyporchemati tam simile, in Cretensibus potissimum intexuisse, facile intelligitur. Alexandrini vero quum creticas monodias in unico dramate frustra quaesivissent, errorem cumularunt errore, ambobus versibus 849. 850 ad unam eandemque Euripidis tragoediam relatis. Sic Timachidas, qui ab initio haud dubie Icari monodiam intelligendam censuit (de unis enim cogitabat Cretensibus), γάμους ἀνόςλους ad Pasiphaen a lauro initam revocabat, quae res ab Euripide videtur mystice explicata esse. Apollonius autem e Cressis tum creticas monodias tum nefandas nuptias eruere conatus ne illud quidem cogitavit, Aeropes sive cum Thyeste sive cum servo adulterium commissum verbis γάμους ἀνόςλους significari non posse. Quin etiam fuerunt, qui Hippolytum (superstitem, opinor) animo complexi ad Phaedram natione Cressam aberrarent, quam Hippolytus ne redamavit quidem, ut ineptissimum fuerit γάμους ἀνόςλους. Recte vero versum 850 ad Euripidis Aeolum referunt cum parte scholiastarum Bergler atque Spanhemius. Ob eandem causam haec ipsa tragoedia reprehenditur infra v. 1081 et in Nub. v. 1354 ὁ δ' ἐσθλὸς — ἀδελφῆς. Nam in Aeolo Macareus non solum compresserat Canacen sororem, sed etiam Aeolo patri suaserat, ut filias suas filiis in matrimonium daret (vid. Matthiaeum p. 8) et incestum suum turpem esse negaverat, quum patri exclamanti, *Μαχίστον ἔργον προσβλέπεις μ' ἐλγασμένους;* non dubitasset ita respondere, *Τί δ' αἰσχρὸν, ἦν μὴ τοῖσι χαρμένους δοκῇ;* (vid. infra ad v. 1474). Quae undecunque petita sunt, propter singularem impudentiam optimi cujusque dolorem et justam offensionem populi excitarunt. Videtur tamen Euripides Homericum illud sequutus esse Od. x', 5 τοῦ καὶ — ἀνότρως. Scio, Homericum Aeolum Hippotae filium in Aeolia insula ventis imperasse, contra Euripideum Hellenis filium in Thessalia regnasse (vid. Matthiaeum p. 8 sq. et Apollodor. Bibl. I, 7, 3 cl. Eustathio p. 1644, 5). At vero ut taceam, etiam Hellenis filium, ut ait Apollodorus, duodecim

liberos procreasse: clarissime Ovidius Heroid. Ep. XI, 9—15 et v. 17 sq. Aeolum Hellonis filium, Macarei autem et Canacae patrem cum Homérico Aeolo ventorum deo confudit. Quam quidem confusionem etiam in Euripideum Aeolum cadere, hae ipsae Macarei et Canaces nuptiae clandestinae credere nos iubent cum Homeri narratione comparatae.

V. 851. Primo Aeschylum delinit, postea Euripidem, tum rursus Aeschylum. Sic plane Nestor, conferente Brunnio, II. α', 275, v. 277, v. 282.

V. 852. δ' addidi ex uno Rav. et addiderat Dindorfus. Credo inepta interpunctio hanc vim habuit, ut δ' deleteretur. Nam in edd. ante Kusterum ἀπὸ τῶν χαλαζῶν jungitur versui praecedenti. Suidas s. Χάλαζα legit, Οὐκ ἀπὸ τῶν χαλαζῶν, ᾧ —.

V. 853. ἀναγῆ Berg. Rav. — σεντόν Barocc. Cantabr. I.

V. 854. ἔνα μ' ἐν Borg.

V. 855. Hunc versum cum praecedente affert Suidas s. Κεφαλαίῳ, ubi codd. partim θίνων, partim θάινων, partim θεινών, partim θέων. In Aristophane θεινών Mutin. et Jantina prima. θέων RV, credo etiam plerique alii codices, tum edd. Ald. Junt. II et recentiores. θενών Blomfieldus in Edinburgh Review F. XXXVIII p. 484 et Dindorfus, quae minime opus est. Verendum esse dicit, ne Aeschylus uno magni ponderis verbo totam Euripidis tragodiam Telephum pessumdet. Ἐκχέειν τι proprie est aliquid excutere, humi effundere. Ita Euripides Theseo apud schol. supra ad v. 474 κάρα τα γὰρ σου συγχέω κόμαις ἑμοῦ —. Quare infelix est Dindorfii conjectura ἐκχέης. Cur Telephum maxime nominaverit, supra ad v. 840 dictum est. Ceterum bene schol. ἐκχέη τὸν Τήλεφον: ὡσανεὶ ἔφη τὸν ἐγκέφαλον. Ἰδιαίτερα δὲ τὸν Τήλεφον κομφιδεῖ.

V. 856. tres versus οὐ δὲ — ἀρετοπώλιδας affert Suidas s. Πρακτός idemque s. Σὺ δὲ μὴ quatuor versus οὐ δὲ — βοῶς.

V. 857. ridicula ἔλεγχ' ἐλέγχους edd. Lugd. Port. Kusteri. Glossa in CD ἔλεγχ' αὐτὸν, ἐλέγχον παρ' αὐτοῦ, B in textu ipso ἔλεγχ' ἐλέγχον παρ' αὐτοῦ. Eustathius p. 801, 55 παρίσται δὲ αὐτὸ καὶ ὁ εἰκὼν, ἔλεγχ' ἐλέγγον, si tamen haec pertinent ad Aristophanem. Nam Dobraeus apte affert Platonem in Gorgia p. 462, a St. Tum vulgatam πρέπει tuentur ABCD RVM et Suidas utrobique (cod. Ox. tamen λουδορεῖσθαι οὐδὲ πρέπει s. πρακτός et altero loco idem λουδορεῖσθ' οὐ πρέπει). Non decet, inquit, mulierum ritu inter vos altercari. Dindorfus tamen pro πρέπει edidit θέμις e Parisino E Barocc. Vatic. Cantabr. I et (qui supr. γρ. πρέπει) Harleij. Suspicio, θέμις e scholiis irrepsisse, in quibus similis locus λουδορεῖν οὐ θέμις allatus fuerit.

V. 859. ὡς πρῖνος cod. Ox. Suidae s. Σὺ δέ. Schol. Arati 1047 (Dioscor. 315) recte hunc versum interpretatur, quem ita scribit, οὐ δ' ὥσπερ

πρῖνος εὐθὺς ἐμπροσθεὶς βοῆς. Adverte ὥσπερ ἀποκάλυψας — ὥσπερ πρῖνος intra tam breve spatium posita. Ceterum hinc scriptor Philopatridis c. 25 τοῦτο ἐκτραχθεὶς καὶ ὥσπερ πρῖνος καόμενος οἰδηθεὶς διάτορον ἀνεβόησα.

V. 861. δάκνω Cantabr. I — τοῦτο Rav. B Elb.

V. 862. Ex h. l. Phryn. Bekk. p. 64, 26 Τὰ νεῦρα τῆς τραγῳδίας: ὅλον τὰ κυριώτατα καὶ ἀνέχοντα αὐτήν.

V. 863. τὸν Πηλέα τε edd. ante Invernitium, qui tacite edidit τὸν Πηλέα γε non tamen e Rav. si fides Bekkero. Hic enim Ravennati dat vulgatam τὸν Πηλέα τε, Veneto τὸν Πηλέα γε, Mutinensi τὸν Πηλέα. — αὐτὸν ὅλον Rav.

V. 864. Pro μάλα falso Borg. Elb. Monac. μάλλον. Vid. Pac. 280 et ibid. v. 454. Rectissime schol. Κάτι μάλα τὸν Τηλέφον: ὥσει ἔλεγε, καὶ ὃν κωμοθεῖς Τηλέφον εἰς μέσον φέρω. Telephum enim supra Aeschylus v. 840 irrisit, postea etiam Aeolum v. 850. Deinde in Peleum conveniunt Aeschyli verba v. 841 ὃ στωμυλιοσυλλεκτάδῃ, | καὶ πτωχοποιῇ, καὶ φάκιο-σὺνφάκτιάδῃ; Fuit enim Peleus Euripideus tragoedia Telepho ejusdem simillima, ut post Musgraviū statuit Matthiae p. 251 inprimis propter Horat. A. P. 96 et ibid. v. 104. Contra Meleager, quae pulchra videtur tragoedia fuisse, supra prae caeteris non castigata est. Ceterum ne hoc quidem aut ullum omnino Euripidis drama intactum mansit ludibrio comicorum.

V. 865. σὺ δὲ τί Barocc. RM, σὺ δέ γε τί Cantabr. I Harlej. τί δαί σὺ β. V.

V. 867. ἀγών edd. ante Brunckium et plerique codices, ὦγών Vatic. M. Articulus inditus est a Dawesio M. Cr. p. 239 et Bentlejo. — τῇ; edd. ante Brunckium, τῇ; V. (?) Sed τί δαί; MRA Vatic.

V. 868. ὅτι ἡ AC Vatic. RM Borg. ὅτ' ἡ V. ὅτι edd. ante Brunckium. Artículo opus esse viderat Dawesius. Egrege autem lōsit in ambiguitate verbi συνεθνηκεν, quod tam est simul ad inferos venit, quam simul morte deleta est. Quare Aeschylus suam ipsius poësin immortalem esse contendit, mortalem vero atque adeo mortuam Euripidis. Ita enim hunc locum recte exponit unus Hermannus ad Philoctetam v. 1429 (v. 1443 ed. sec.). Caeteri autem interpretes sequuntur scholiastam, ἐπεὶ τὰ Αἰσχύλου ἐψηφίσαντο διδάσκειν (scil. μετὰ θάνατον). Quod etsi per se verissimum est, non multum tamen valet ad vim acutissimi dicti enucleandam.

V. 870. δ' om. edd. ante Brunckium. Habent ACRVM. — σὺ pro σοι Rav. — vulgo ἐπειδὴ σοι. Recte Bekkeri editio ἐπειδὴ σοί.

V. 873. τόνδε] τοῦτον B.

V. 874. προσάσατε edd. ante Brunckium, προσάστε (sic) Borg. ἐπάσατε Pariss. DE Elb. Mut. Cantabr. I, II Harlej. Barocc. Victorianus et schol.

supra ad v. 830; ὑπόστατε primum Kuster probavit et sic Rav. Ven. ABC atque Etym. M. p. 782, 5 'Υπογραμμός: προγραμμός τις ὤν· ἡ γὰρ ὑπὸ ἀντὶ τῆς πρό, ὡς καὶ ἐν Βατράχοις Ἀριστοφάνους· ὑμῖς δὲ ταῖς Μούσαις τι μέλος ὑπόστατε· ἀντὶ τοῦ προῖστατε. Ex Etymolego, ut recte observavit Kuster, suppleri debet schol. Aldinum, — ἴσον τῷ προῖστατε (sic) ὡς ὑπογραμμός τις ὤν atque corrigi, ἴσον τῷ προῖστατε, ὡς ὑπογραμμός [προγραμμός] τις ὤν.

V. 875—884. Tredecim versus sunt in edd. ante Brunckium et scholio metrico, quorum primi septem desinunt in ἀγναι, in λεκτολόγους, in καθοράτε, in γνωμοτύπαν, in ὀξυμερίμοις, in στρεβλοῖσι, in ἀντιλογούντες. Eodem modo hic quidem Ravennas. Primos versus usque ad δύναν in v. 879 recte distinxit Brunckius.

V. 875. ὦ om. edd. ante Brunckium. Additum ex ABCRVM Barocc. Cantabr. I Harlej. Borg. Deleverunt metrici de amapaestico versu somniantes, a quibus ob eandem causam v. 878 τὲ insertum est et v. 882 καὶ expunctum.

V. 878. στρεβλοῖσι τε edd. ante Brunckium, qui τε delevit cum AC RVM Cantabr. I Harlej. Barocciano Bentley. Suidas s. Στρεβλός. — στρεβλοῖσι παλαιάμασι, τοῖς μετὰ σκέψεως ἐνδοσκομένοις καὶ ἀφανέσι. Recte scholium Aldinum lemmatis loco praefigit ὀξυμερίμοις, recte etiam scribit καὶ ἀσάφει.

V. 879 sqq. Hos versus quum in edd. ante Brunckium, tum partim ab ipso Brunckio pessime distributos recte sic ordinat Ravennas,

ἔλθτε' ἐκπορόμεναι δύναν
δεινотάτοις στομάτοις πορίσασθαι
ῥήματα καὶ παρακρίματα' ἐκῶν.

V. 879. ὀφόμεναι Elb. Cantabr. II.

V. 880—882. Vulgo et in Mut. πορίσασθε. In Ravennate et Veneto πορίσασθαι exstare consentiens vox est Seidleri atque Bekkeri, qui id ambo recte probarunt. Post Seidlerum πορίσασθαι amplexi sunt etiam Bothius atque Dindorfius, quorum hic interpunctionem post στομάτοις a se dicit sublatam esse. Fallitur. Nam structurae paulum variatae ratio haec est, ἔλθτε' ἐκιδεῖν δύναν δεινотάτοις στομάτοις, πορίσασθαι ῥήματα. — Ibid. καὶ post ῥήματα om. edd. ante Brunckium et Cantabr. II Monac., habent autem RVMABCD Cantabr. I Harlej. Vatic. Barocc. lemma scholii. Deinde pro ῥήματα Franckius in Callino p. 80 sq. scribi iussit ῥήματα, comparato versu 824 πινυκῆδὸν ἀποσπῶν. At ῥήματα h. e. Worte der Straft eidem Aeschylo tribuuntur etiam v. 821. v. 824. v. 828. v. 854. v. 924. Recte schol. τὰ μὲν ῥήματα πρὸς τὸν Διότιμον, τὰ δὲ παρακρίματα πρὸς τὸν Εὐριπίδην λεκτολόγον ὄντα.

V. 883 sq. ἀγῶν ὅδε σοφίας edd. ante Brunckium et Cantabr. II; σο-

φίλας ἀγών ὅδε Cantabr. I; Brunckius ἀγών σοφίας ὅδε et sic Harlej. Barocc. Monac. ABCDRV. Vulgatam lectionem a metricis profectam esse recte statuit Brunckius. At verissima est Hermanni emendatio,

τῶν γὰρ ἀγών σοφίας ὁ μέγας χωρεῖ πρὸς ἔργον ᾗδῃ,

quam Dindorfius in ed. tert. tacite suscepit. Debent enim omnes hujus cantiunculae versus esse dactylici cum mutua etiam singulorum necessitudine et perquam simili ratione. Itaque tetrametrum tres sequuntur hexametri, quorum duo priores et spondeum et caesuram habent communes; tum vero duo aequalia dactylorum disticha sequuntur, addita ad extremum catalexi ithyphallica.

V. 898 sq. Cf. Nub. v. 511 τῇ τὸν Διόνυσον τὸν ἐκθρέψαντά με. Schol. — ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἔπος Αἰσχύλου. [Absunt haec verba a quatuor libris optimis.] Scholiasta dicit, hos duo versus ex aliqua Aeschylī tragoedia sumtos esse. Hinc in Act. Soc. Gr. I. l. p. 151 conjecti, hosce versus ex Aeschylī fabula ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΙ fluxisse, eamque tragoediam ab his ipsis verbis Δῆμητερ — μυστηρίων initium cepisse. Nam Supplices Euripidis, quae prorsus in eodem quo Eleusini Aeschylei argumento versantur, sic incipiunt: Δῆμητερ, ἵστιοιχ' Ἐλευσίνος χθονὸς | τῆσδ', οἳ τε παρθὲς ἔχετε πρόσκοιοι θεῶς, | εὐδαίμονεϊν με Θηοῖα τε καὶδ' ἑμὸν, | πόλιν τ' Ἀθηναίων τῇν τε Πισθίως χθόνα. Hic Euripides videri potest illos ipsos Aeschylī versus, si tamen Aeschylī sunt, imitari. Nostrum autem locum Bergler et Brunckius cum scholiasta aliquo unice eo referunt, quod Aeschylus, ut sane constat, ex Eleusinio pago oriundus erat. At enim Aeschylus nullo modo precari posset, ut Eleusiniis se dignum praestaret, nisi ipse mysteriis hisce initiatus esset. Itaque nostro loco haud dubie refellitur opinio quaedam Clementis Stomat. II p. 283 ed. Lugdun. ὡς Αἰσχύλος τὰ μυστήρια ἐπὶ σκητῆς ἐξεκῶν, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κριθεὶς οὕτως ἀφείθη, ἀποδείξας αὐτὸν μὴ μεμνημένον. Veruntamen Aeschylum non initiatum fuisse Lobeckius adeo V. S. in Aglaoph. p. 82 sq. credit, in alia omnia abiturus, si nostri loci meminisset. Namque egregium virum non tam Clementis movit auctoritas, quam Aristotelis, a cujus verbis perperam acceptis Clemens pendere videtur, Ethic. Nicom. III, 2 δὲ πρῶτον, ἀγορεύουσιν ἅν τις, ὅσον λόγοντις φασιν ἐκπεθεῖν αὐτοῖς, ἢ οὐκ εὐδέναι, ὅτι ἀποδέχεται ἤν, ὥσπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά. At ex Aristotele ne sequi quidem illud dixerim, Aeschylum non initiatum fuisse. Etenim valde ambiguum erat, quidnam de Eleusiniis enuntiare liceret, quid non liceret. Sic in his ipsis Raris Aristophanes inprimis v. 323—459 plurimum tractavit Eleusinia, neque eo magis ab ullo homine accusatus est. Ceterum, ut bene Welcker p. 160, a pio illo religiosoque Aeschylī animo foede discrepat mens atque frigus Euripidis novos quosdam deos sibi fingentis.

V. 888. Vulgo *ἐπίθεις λαβών δὴ καὶ σὺ λιβανωτὸν* et sic multi codices. Sed Rav. *ἐπίθεις καὶ δὴ σὺ λιβανωτὸν λαβών*, Barocc. *ἐπίθεις καὶ σὺ λιβανωτὸν λαβών* (sine *δὴ*). denique Suidas s. *Καλῶς* legit, *ἐπίθεις καὶ σὺ δὴ λιβανωτὸν* (sine *λαβών*). Vulgatam lectionem frustra defensam arbitror ab Hermanno, Beckio, Bethio. Nam et vox *λιβανωτὸς* ictum habere solet in syllaba tertia, et scripturae varietates, quae omnes eodem spectare videntur, tanto minus contemnere ausim, quo facilius verborum *λιβανωτὸν* et *λαβών* sedes poterat confundi. Quare meam ipsius conjecturam recepi, *Ἐπίθεις λιβανωτὸν καὶ σὺ δὴ λαβών*.

ETP. καλῶς.

Eodem ictu Vesp. 96 *ᾧσπερ λιβανωτὸν ἐπιτιθέεις νοσηνίᾳ* et Ran. v. 871 *ἴθι νῦν λιβανωτὸν δεῦρό τις καὶ πῶρ δότω*.

V. 889. Plerique codices et Suidas s. *Καλῶς* recte *θεοῖς*. Sed *θεοὶ* Parisinus A et Venetus probante Brunckio, qui oblitus erat vel Terentiani, *populo ut placerent, quas fecisset fabulas*. Vid. Lobeckium ad Ajac. p. 343 (p. 354 ed. II). Ceterum schol. *ἄντι δὴ Σωκρατικός ὢν καινὰ δαιμόνια ἔπλασεν*. Tu praeterea nos audi ad Thesmoph. p. 166. Pergit scholiasta, *Τοῖσιν ἰδιώταις θεοῖς: τινὲς ἐν τῷ θεοῖς δύο ἐπείτασαν, ἵνα ᾖ ἡ τὴν, ἰδίῳι τινὲς σοὶ κόμματα καινόν*. At lemma hoc potius esse debebat, *Ὅλῳ εὐχαμεῖ θεοῖς*: —. Nempe Dionysi persona ante *ἰδίῳι* id codicibus nescio quibus exciderat.

V. 890. *σοὺ* dedi e Ravennate. Vulgo *σοι*. Pro eo *εἰς* Bib. Barocc. et Suidas s. *Καλῶς* vulgo, ubi tamen cod. Oxon. *σοι*. Scriptura *εἰς* manavit e versu proximo superiore. Tum *καὶ* om. Bib. Monac. Egregio autem joco dicit *κόμματα καινόν*, alludens ad malos numos aureos recens cussos. Vid. supra ad v. 725. Eadem similitudine utitur ad irridenda nova Socratis numina in Nub. 249.

V. 891. *ἴθι νῦν* *ἴθι* δὴ Rav. Ven. Paris. C.

V. 892. *γλώττης* Rav. *γλώσσης* ut vulgo caeteri libri. Qui vulgo *Ζεὺς* dicebatur, is ipse Euripidi fuit *Ἄλθῃς*, ut pulchre ostendit Valckenaerius Diatrib. p. 47 sq. Socrati etiam aether deus videbatur Nub. 266 cf. ibid. v. 561 et v. 617. Et quia Euripides toties aethera in ore habet, ideo additur *ἐμὸν βόσκημα*. Recte schol. *χαρακτηρίζει δὲ Εὐριπίδην εὐεπίφορον ὄντα ἐπὶ τὸ αὐθέρα ὀνομάζειν*. Vid. infra ad v. 1351. Linguae volubilitas etiam in Nub. 782 verbo *γλωττοστροφεῖν* indicatur. Linguam *τὴν Γλωτταν* inter majorum gentium deas refert Socrates Nub. 423.

V. 893. *καὶ ξήνεσις καὶ* plerique codices atque edd. ante Brunckium, cuius et ipsius et Bentleji infelix conjectura est, *ξήνεσις τε καὶ* —. Recte vero Dawesius M. C. p. 242, Reiskius, Porsonus (ad Phoen. v. 187) *καὶ ξήνεσι* *καὶ* et sic Rav. Cantabr. I. Tum *μυκτῆρες ὀσφραντήριοι* non solum ad iudicandi facultatem pertinent, verum etiam ad *μυκτῆρωδον*, ad sannas

et aduncum quasi nasum Euripidis, qui in tragœdiis incessit Aeschylum. Hinc commodè addit, ὁρθῶς μ' ἐλέγχειν, ὥν ἂν ἄπτομαι λόγων. Adeo, quod cuiusque datum esse negant, Euripides, si quis alius, *habebat nasum*. Schol. μυκητῆρες δὲ ὁσφραντήριαι, αἷς συντελούντων τῶν μυκητῶν εἰς τὴν φωνὴν (τὸ φρονεῖν sive cum Dobraeo τὴν φρόνησιν). Posidippus ap. Athen. XIV p. 662, a comparante Dobraeo, οὐκ ἔχει (coquus) | *ῥίνα κραικίην πρὸς τούφον*.

V. 894. ὥν ἄπτομαι Rav. ὥν ἂν ἄπτομαι (^ω a p. m.) Barocc. ὥν ἄπτομαι Cantabr. II.

V. 895—905. Antistrophum infra legi v. 992—1002 primum vidit Beutlejus tum etiam Dindorfus. Versus autem recte distincti sunt in edd. ante Brunckium et a scholiasta metrico, quam rationem temere Brunckius deseruit.

V. 896. sq. Libri,

τινὰ λόγων ἐμμέλειαν,
ἐπὶ τῇ δαίαν ὁδόν.

Pro ἐπὶ τῇ habent ἔπειτα Ald. Junt. II et Parisinus D hic cum gl. ἐπέλθαι. Eadem glossa in C, qui ἐπὶ τῇ servat. Schol. λόγων ἐμμέλειαν retinet ὅτι καταχρηστικῶς νῦν τὴν εὐνομήϊαν. Κυρίως δὲ ἡ μετὰ μέλους ὀρχήσις τραγική· οἱ δὲ, ἡ πρὸς τὰς ῥήσεις ὑπόρχησις. Descripsit haec Suidas s. Ἐμμέλεια. Tum ἐπὶ τῇ habuit etiam schol., ut qui sic explicet, ἐπὶ τούτοις δὲ δαίαν ὁδόν. Jam ipsum metrum esse vitiatum ex eo apparet, quod a secundo versu παρὰ σοφοῖν ἀνδροῖν ἀποῦσαι trochaicorum dimetrorum systemata incipere debent. Ac metro quidem subvenire licet verborum transpositione ea, qua usus sum ad Thesmoph. p. 244 (correcta etiam ad eundem modum antistropho)

ἐμμέλειάν τινα λόγων,
ἐπὶ τῇ δαίαν ὁδόν.

Quin ἐμμέλειάν τινα λόγων, ut nunc video, conjecit etiam Welcker p. 212 in aliis tamen lapsus. Tum scilicet verborum dici concinnitatem rhythmicam arbitrabar. At chorus audire cupit quum cantica tragicorum, tum eos versus, qui recitandi sint. Cantica hic voce ἐμμέλεια indicantur; quod contra versus non canendi verbis λόγοι sive ἐπη denotari solent. Quamobrem voces plane contrarias λόγων ἐμμέλειαν ipsa rei natura vetat conjungi. Immo illa δαίαν ὁδόν λόγων cohaerere e similibus locis ut Pac. v. 717 et Avv. 1374 intelligitur. Ita sententiae pariter ac metro consulendum putavi et transpositis verbis et paullum mutatis in hunc modum,

ἐμμέλειάν τέ τιν', ἐπη τῇ
δαίαν ὁδόν λόγων.

[At τῇ non solet ictum habere. Quare aliud quid latet.] Ita primum di-

metrorum systema par et aequale erit duobus proximis, a quibus ne ultimum quidem differt, nisi inserto, ut par erat, monometro. De antistrophe infra dicetur. Hermannus hic quidem codicum scripturam tenet,

παρὰ σοφοῖν ἀνδροῖν ἀνοῦσαι τινὰ λόγον
ἐμμέλειαν, ἐπὶ τε δαίαν ὁδόν,

in antistrophe autem scribit,

σὺ δὲ τί δὴ πρὸς ταῦτα λέξεις; μόνον ὅπως
μὴ σ' ὁ θυμὸς — — — ἀρπάσας.

Recte operam dedit, ut solutiones eisdem in locis apte congruerent: dummodo ne utrobique Brunckii metra sequutus esset, quae mihi vix ullo modo probantur. Postremo Dindorfius edidit,

παρὰ σοφοῖν ἀνδροῖν ἀνοῦσαι τίνε λόγον
ἐπιτε δαίαν ὁδόν.

At unde tandem ortum est tam raram verbum ἐμμέλειαν, quod et libri omnes et scholiasta agnoscunt, denique quidnam hic loci esse potest secundae personae ἐπιτε? Nempe qui hic ἐμμέλειαν deleverit, eum critici officio functum esse negat criticorum facile princeps Hermannus.

V. 899—904. Haec λῆμα δ' — ἐπῶν affert Suidas s. Λῆμα.

V. 901. μὲν] μὲν οὖν Mut. — Vulgo λέξιν, sed λέξαι RVM et omnes codd. Suidae s. Λῆμα et iterum s. Κατεββλημένοις. Recepi λέξαι, quoniam sequatur συσσεδᾶν. Cf. Nub. 1125 οὗ φασίν ποτε | οὕτως ἀπολήψεσθ' — καὶ δικάσασθαι φασί μοι. Adde magnas Lobeckii copias ad Phryn. p. 745—752. — κατεββλημένον J. II, κατεββισμένον Barocc. κατεββισμένον Cantabr. I. Significat limatum ac politum dicendi genus, quo plane utitur Euripides. Vid. Bentlejum ad Horat. A. P. v. 441. Bene schol. ἐξεσμένον· ββλη γὰρ ἐγγαλεῖον τεκτονικόν, φ' ββνοῦσιν. Hoc scholium habet Suidas s. Κατεββλημένοις. At grammaticus Bekkeri p. 453, 33 Ἀσσεῖον τι καὶ κατεββλημένον εἰπεῖν: καμικὴ ἢ συμπλοκή. σημαίνει δὲ τὸ κατεββλημένον τὸ ἄκρως διεργασμένον. ἐν συνουσίᾳ χρῶ. Haec verbotenus habet idem Suidas s. Ἀσσεῖα. Quae Phrynichum plane sapiunt. Et ipsius Phrynichi esse docet Phryn. Bekk. p. 9, 3.

V. 902—904. haec τὸν δ' — ἐπῶν affert Suidas etiam s. Ἀλινδεῖσθαι, idemque αὐτοπρέμους — ἐπῶν habet tertio loco s. Αὐτοπρέμους. Miror autem Welckerum p. 213, quum constructionem unus expedivisset, a sententia tamen loci etiam longius quam caeteros aberrasse. Nam accuratius ita scripsisset poeta, τὸν δ' ἀνασπῶντ' αὐτοπρέμους τοὺς λόγους, ἐμπιστότα αὐτοῖς, συσσεδᾶν — Aeschylum vero evellentem radicibus verba sua, ubi cum iis irruerit, dissipaturum esse —. Scilicet Aeschylus uti supra v. 825 verba sua dictus est quasi magnas tabulas evellere spiritu giganteo: ita etiam h. l. cum gigantibus comparatur, veluti cum Encelado,

da quo Horatius Od. III, 4, 55 — *evolsisque truncis* | Enceladus jaculator audax | contra semantem Palladis aegida | possent ruentes?

V. 904. πολλὰς om. Mut. Sine ullo sensu ἀλινδήθρας nostro loco equorum esse volutabra interpretantur schol. ad Nub. 32 sive Suidas s. Ἐξάλλας atque iterum s. Ἀλινδῆσθαι, decepti scilicet illo ipso Nubium versu. Contra verissime ad palaestram luctamque haec refert Eustathius p. 382, 36 — ὁθεν καὶ ἀλινδήθρα παρ' αὐτοῖς κυρίως μὲν ἡ κατὰ πάλην κορίστρα, τροπικῶς δὲ καὶ ἡ ἐν λόγοις, ὡς τὸ, ἀλινδήθρας ἐπὶν. Eodem modo Etymol. M. p. 64, 20 καὶ ἀλινδήθρας, τὰς ἐν τοῖς πηρώμασι πολέστρας ἢ συμφορήσεις, ἀλινδῆσθας. ἀλινδῆσθαι γὰρ ἀμιλλᾶσθαι καὶ συγκυλίεσθαι. Ergo quum ad luctam alludit, ut supra v. 878, tum sententia haec est, πολλοὺς ἀγωνας, πολλὰ ἀμιλλήματα ἐπὶν, quasi hodie dicas viele Gefchtersgänge. Nam de haphe luctatorum, qui ante luctam pulvere adspersi solebant, nota sunt omnia e Luciano, Martiali atisque. Ceterum formae ἀλινδήθρα similis est δακτυλήθρα, pro qua τὸ δακτυλήθρον dixit Themistius, quemadmodum variant ἡ ἀναβάθρα et τὸ ἀνάβαθρον (anabathrum Juvenal. Sat. VII, 46). Ejusdem generis neutrum est τὸ σκανδάληθρον in Aristoph. Acharn. 657 Polluc. VII, 114 et X, 156. Pleuraeque ejusmodi formae non est dubium, quin a Verbis originem ducant, sicuti ἡ ἀνακλήθρα (Pausan. I, 43, 2) a verbo ἀνακαλεῖν, atque ἀλινδήθρα a verbo ἀλίσω vel potius ἀλινδῶ. Eademque sententia fuit Phrynichi ap. Bekk. p. 12, 33, ubi scite comparat formas ἀποβῶ ἀποβάθρα, κρημῶ κρημάθρα, ἀλινδῶ ἀλινδήθρα et iterum p. 5, 5. Verba δὲ στωμυλήθραι Δασυαλεῖς Athenaeus IX, p. 381, b, ut equidem judico, ex Aristophanis Daetalensibus repetiit indidemque, credo, sumsit ἄνδρες Δαιταλεῖς IX, 383, e et IX, 404 e (cf. dissertationem meam de Daetal. p. 23). Hi autem στωμυλήθραι Δαιταλεῖς derivandi sunt a nominativo στωμυλήθρα Δαιταλεὺς. Nam στωμυλήθρα hic ponitur pro στωμύλος, ut mafi poëtae dicuntur στωμύματα in Ran. v. 92. Schneider et Passovius in Lexicis cum dubitatione tamen agnoverunt vocem στωμυλήθρας, quae nulla unquam fuit. Ineptit vero etiam Aristaeonetus Epp. I, 1 ἡ γλώσσα στωμυλήθρας, qui scribere debebat ἡ γλώσσα στωμύλος sive στωμύλος. Gemino errore H. Stephanus in Thes. p. 8233 ed. Lond. Schneider, Passovius fixerunt nominativum ῥωποπερπερήθρας, scilicet e Plutarchi Demosthene c. 9 τῶν δὲ Κομικῶν ὁ μὲν τις αὐτὸν (τὸν Δημοσθένη) ἀποκαλεῖ ῥωποπερπερήθραν, qui est accusativus nominativi ῥωποπερπερήθρα. Neque enim offensionem habet conjunctio verborum ῥωποπερπερήθρα Δημοσθένης. Rectissime Eustathius p. 927, 56 ἐκ τούτου δὲ καὶ ῥωποπερπερήθρα τις προσεβόηθη —. Postremo corruptus est Comici locus apud Diog. Laert. II, 10, 108. Περὶ τούτου (Εὐβουλίδου τοῦ Μιλησίου) φησὶ τις τῶν Κομικῶν.

Ὀδρυστινὸς δ' Εὐβουλίδης, καρπίνους ἐρωτῶν
καὶ ψευδαλαζόσιν λόγοις τοὺς δῆτορας κυλίων,
ἀπῆλδ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥομβοστρωμυλήθραν.

ἐφίκει γὰρ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένους ἀκηνοῦναι καὶ ῥαβινιώτερος ὢν παύσασθαι. Quem locum afferens Suidas legit τὴν ῥομβοστρωμυλήθραν in ipsa voce. Qui versus nondum persanatus est. Nam conjecturae Δημοσθένους τὴν ῥωποπερπερήθραν et Plutarchus et Eustathius repugnant.

V. 905. Dionysi personam praefigunt libri omnes praeter Cantabr. I, de quo Dobraeus ad h. l. „*Al.* om. 1.“ Voluit scribere „*Al.* om. 1.“ Ac jure choro haec continuat Dindorfius ed. tert. ob antistrophum. Talia enim ubique recitat coryphaeus chori. — ἐρεῖτε Barocc. — Μοχ εἶπε Venetus. — Cf. Soph. Electr. 1296 οὕτω δ' ὅπως μίτηρ σε μὴ 'πυρνώσεται, Trach. v. 330 οὕτως ὅπως ἦδιστα, Aristoph. Acharn. v. 894.

V. 907. ἐμαυτὸν om. Monac, pro eo ἐαντὸν Borg. — μὲν] om. RV. — γε] καὶ V. Similiter μὲν καὶ Paris. C Barocc. Borg. loco male a librariis constructo. Compara versus Agathonis tragici ap. Aristot. Rhetor. II, 19. καὶ εἰ ἄνθρωπος τέχνης καὶ παρασκευῆς δυνατόν γενέσθαι, μᾶλλον διὰ τέχνης καὶ ἐπιμελείας δυνατόν· ὅθεν καὶ Ἀγάθωνι εἰρηται· καὶ μὴν τὰ μὲν γε τῇ τύχῃ πράσσειν, τὰ δὲ | ἡμῖν ἀνάγκη καὶ τύχῃ προσγίγνεται. Porsoni, qui dace H. Grotio in Excerptis p. 437 in priore versu τέχνη reposuit, ad Medeam v. 1090 conjecturae, Καὶ μὴν τὰ μὲν γε χρὴ τέχνην πράσσειν, τὰ δὲ | ἡμῖν ἀνάγκη καὶ τύχῃ προσγίγνεται quum ipsi Aristotelis consilio certa de causa haec afferentis adversantur, tum contrarias notiones ἀνάγκη καὶ τύχῃ male conglutinant. Aliquam veri partem vidit Reisigius ad Oed. Col. C. C. v. 28, qui haec sibi opposita voluerit τῇ τύχῃ atque ἀνάγκη καὶ τέχνη. Et habent plane secundo versu καὶ τέχνη omnes codices Bekkeri saltem a prima manu. Hinc equidem scribo,

Καὶ μὴν τὰ μὲν γε τῇς τύχης πράσσειν, τὰ δὲ
ἡμῖν ἀνάγκη καὶ τέχνη προσγίγνεται.

V. 908. τοῖσιν] τοῖς Barocc. — ἐλέγξω] ἐξελέγξω edd. Junt. II aliaequae deinceps.

V. 909. οἷς — ἐξηπάτα] Frustra Dobraeus οἷς conjecit. Nam in Veaspis v. 1363 ἔν' αὐτὸν παθῶν νεανικῶς, | οἷος παθ' οὗτος ἐμὲ πρὸ τῶν μυστηρίων Ravennatis et Veneti lectio οἷοις verissima est. Neque vero apud Sophoclem in Philoct. v. 1007 ὃ μὲν ἔγχευε μὴδ' ἐλεύθερον φρονῶν, | οἷα μ' ὑπῆλθες, ὥς μ' ἐθιγάσω —, ubi veteres libri cum Suida οἷα, Tricliniani autem οἷος exhibent, Porsono auctore οἷος, sed potius οἷοις μ' ὑπῆλθες videtur corrigendum esse. Similiter Thucydides I, 135 ἡξιόουν τε τοῖς αὐτοῖς κολάζεσθαι αὐτόν et iterum II, 67 δικαιοῦντες τοῖς αὐτοῖς ἀμύνεσθαι, οἷσπερ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ὑπῆρξαν.

V. 910. λαβὼν] λαβόντας Paris. C. — Recte μείζονος hoc accentu edd.

ante Brunckium, qui *μωροῦς* scripsit parum attice, ut placet Eustathio p. 245, 38. p. 1447, 53—58. p. 1749, 38., scholiastae Platonis p. 322 B., Suidae s. *Μωρος*. Paulo aliter statuit Photius p. 284, 7., multo secus autem Theognostus in Crameri Anecd. II, p. 70.

V. 911. Edd. ante Kusterum, *μὲν γὰρ δὴ γ' ἔνα τινὰ 'κάθισεν* (vel *κάθισεν*). Vulgatam habent Monac. (qui *τινὰ 'κάθισεν*), Paris. D (qui *τινα κάθισεν*) et Cantabr. II (pro *τινὰ* hic *τιμὰ* vel *τιμα*). Editio Kusteri *τιν' ἐκάθισεν* caetera ut vulgo. Paris. B *μὲν γὰρ δὴτα ἔνα τινὰ κάθισεν*, unde Brunckius edidit, *μὲν γὰρ δὴθ' ἔνα τιν' ἐκάθισεν*. Et habet γὰρ δὴθ' Vennetus. At *μὲν γὰρ ἔνα τινὰ κάθισεν* Pariss. AC Cantabr. I Barocc. et (qui *καθισεν*) Rav. et (qui *τιν' ἐκάθισεν*) Mut. *μὲν ἔνα τινὰ κάθισεν* Borg. Si Bekkero libet credere, Vennetus *μὲν γὰρ δὴθ' ἔνα τιν' ἄν καθίσειν*. [Vennetus ap. Seidlerum γὰρ *ἔνα τιν' ἄν καθίσειν*.] Porsonus Suppl. Praef. Hec. p. XLII *πρώτιστα μὲν γὰρ ἔνα γέ τινα καθίσειν* — post Dawesium M. C. p. 209 et *ἔνα γέ τινα* cum inepta voce *γε* recepit Dindorfius edd. I. II. Dobraeus ad Plut. v. 980 *πρώτιστα μὲν γὰρ ἔνα τιν' ἄν καθίζεν* (*καθίζεν* cum Elmslejo ad Ach. v. 569) recte inserit *ἄν*. Dobraeum sequuti *τιν' ἄν καθίσειν* emendate scribunt Dindorfius edd. III. IV, Hermannus et in adnot. Bothius. Thematis plane inusitati *ἔξω Aoristus I εἶσα*, *καθίσεια* frequens est Homero (Il. ε, 200. ε, 36. ξ, 204). Non igitur nimium doctam formam, ut Reisigius ait Praefat. Nub. p. XXVI, *καθίσειν* Dawesius et Porsonus in Aristophane posuerunt, sed Homericam. Neque tamen si Medii Aoristum I *εἰσάμην* (constitui, erexi) scriptores attici, Euripides, Thucydides, Plutarchus susceperunt, ideo etiam *εἶσα* ab Homero mutuati sunt. Unus enim Sophocles secundam personam *εἰσας* habet Oed. Col. 713, sed habet in choro. Itaque omnium primus I. Bekker in Thucydide praeclare edidit *καθίσα* a Praesente *καθίζω*, augmentum in media compositione verbi esse ratus, probantibus Dindorfio, Hermanno et Buttmanno II p. 201. Thucydidei loci duo sunt, IV, 66 *καθ' ἡσυχίαν καθίσαν* τὸ στρατόμα ἐς χωρίον ἐπιτήδειον, ubi plurimi codices *καθίσαν* (sic), et VII, 82 *καὶ διαβὰς πρὸς μετεώρον τι καθίσε τὴν στρατίαν*, ubi pro vulgata *ἐκάθισε* longe plurimi codices habent *καθίσει*. Denique in Eurip. Phoen. 1197 libri omnes, *ἔξω τάφρον καθίσειν Ἀργείων στρατόν*. Ergo jam graeci quidam grammatici aoristum *καθίσεια* etiam atticae dialecto tribuisse videntur: huic enim nationi antiquum fuit, Homericas formas temere ad Atticos transferre. Sed parum atticam formationem esse *εἶσα* etiam ē Luciano colligere licet, Soloecist. c. XI *Α. τὸ γε μὴν καθέζεσθαι τοῦ καθίζειν καὶ τὸ κάθισον τοῦ κάθησο ἄρ' οἶσθ' ὃ τι διενήροχεν; Σ. οὐκ οἶδα. τὸ καθίσσθαι ἥκοσόν σου λόγοντος ὡς ἔστιν ἔκφυλον. Α. καὶ ὀρθῶς γε ἥκουσας. ἀλλὰ τὸ κάθισον τοῦ κάθησο διαφέρειν φημι. Σ. καὶ τῷ ποτ' ἄν εἴη διαφέρων; Α. τῷ τὸ μὲν πρὸς τὸν ἐσῶτα λέγεσθαι τὸ κάθισον, τὸ δὲ πρὸς τὸν*

καθεζόμενον — . τὸ δὲ καθίζω τοῦ καθέξομαι ἀρά σοι δοκεῖ μικρὸν τινα διαφέρειν; εἴπερ τὸ μὲν καὶ ἕτερον δρῶμεν, τὸ καθίζειν λέγω, τὸ δὲ μόνους ἡμᾶς αὐτοὺς τὸ καθέζεσθαι. Gesner aliique, quos lacunae suspicio tetigit, diligentius excusso loco vidissent, post haec ipsa verba τὸ δὲ μόνους ἡμᾶς αὐτοὺς τὸ καθέζεσθαι praeceptum de usu vocis συγγραφεὺς, credo etiam plura evanuisse. Prima autem, quae exciderunt verba fere ejusmodi fuisse suspicor, [καὶ εἰ τὸ μὲν καθέζεσθαι ἴσον ἐστὶ τῷ καθήσθαι, καθίζει δὲ ὁ ἑστώς]. Plerumque enim καθέξομαι Atticis est *sedeo*, non *consido* (καθίζω, καθίζομαι). Illud vero ne potest quidem fieri, ut hic καθέζεσθαι ubique in καθίζεσθαι mutetur Baumanno auctore II p. 203. Postulat enim tum καθίσθῃται, tum comparatio formarum κάθισον κάθησο, ut verba καθίζειν et καθέζεσθαι inter se comparentur. Quae comparatio aptissime instituta est propterea quod Attici toto Activo thematis ἔζω abstinent et in ejus locum ἔζω (καθίζω) substituunt. Quare Atticis quidem Passivi καθέζεσθαι Activum est ipsum καθίζειν.

V. 912. De Niobae taciturnitate, quam verbo tangit Eustathius p. 1343, 62, ita scriptum est in Vit. Aeschyl. T. IV p. 453 Sch. ὥστε διὰ τὸ περιστάζειν τῷ βάρει τῶν προσώπων καμφοδεῖται παρὰ Ἀριστοφάνους (hic et infra v. 941). ἐν μὲν γὰρ τῇ Νιόβῃ ἕως τρίτης ἡμέρας ἐπικαθημένη, τῷ τάφῳ τῶν παιδῶν οὐδὲν φθέγγεται ἐγκυκαλυμμένη. Ex his conclusi (De Aesch. Niobe p. 32), Aeschyli Nioben in tertio potissimum die luctus quasi in aliquo cardine versatam omnemque tragoediam hujus unius diei finibus circumscriptam fuisse. E nostris autem versibus patet, ab initio tragoediae canticum a choro cantatum esse Nioba interim tacente, ut ibidem dixi p. 10. De Achillis vero persona audiamus schol. ad h. l. ἐγκαλύψας: ὡς αὐτοῦ εἰσφύροντος ἐν δράμασι τινα κεκαλυμμένον. ὁ Ἀχιλλεὺς δὲ καθήμενός ἐστι καὶ οὐκ ἀποκρινόμενος παρ' Αἰσχύλῳ ἐν δράματι ἐπηγραφομένην Φρυγὴν ἢ Ἑκτορος λύτροις, οὐδὲν δὲ ὁ Ἀχιλλεὺς φθέγγεται. ΑΛΛΩΣ εἰδὼς τὸν ἐν τοῖς Φρυγῇ Ἀχιλλεῖα ἢ Ἑκτορος λύτροις: ἢ τὸν ἐν Μυρμιδόνειν, ὃς μέχρι τριῶν ἡμερῶν οὐδὲν φθέγγεται. Ex Aeschyli Vita patet, ultima sic fere antiquitus scripta fuisse, Νιόβην: αὕτη μέχρι τριῶν ἡμερῶν οὐδὲν φθέγγεται. Myrmidones ex h. l. primum sustulit Hermannus in Opusc. III p. 42. Nam de Phrygibus simillima referuntur in Vita Aeschyli I. l. Ἐν δὲ δὴ τοῖς Ἑκτορος λύτροις Ἀχιλλεὺς ὁμοίως ἐγκυκαλυμμένος οὐ φθέγγεται, πλὴν ἐν ἀρχαῖς ὀλίγα πρὸς Ἑρμῇν ἀμοιβαῖα. Denique schol. Aeschyl. Prometh. v. 435 ad Promethei verba, Μῆτοι — κίεαρ ita scribit: οἰωπῶσι γὰρ παρὰ τοῖς ποιηταῖς τὰ πρόσσωπα ἢ δι' ἀντιθέλειαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυγῇ Σοφοκλέους, ἢ διὰ συμφορὰν, ὡς ἡ Νιόβη παρ' Αἰσχύλῳ, ἢ διὰ περίσχεψιν, ὡς ὁ Ζεὺς παρὰ τῷ ποιητῇ (II. α', 511) πρὸς τὴν τῆς Θέτιδος ἀπαίτησιν. Locus, de quo alius alia dixit probabilia sermo, hic igitur locus, ut ipsa Promethei verba demonstrant, hac transpo-

sitione sanandus est: *σιωπῶσι γὰρ παρὰ τοῖς ποιηταῖς τὰ πρόσωπα ἢ δι' αὐθιγάν, ὡς Ἀχιλλεύς ἐν τοῖς Φρυγίῃν (scilicet Aeschyli) ἢ διὰ περισσεύειν — ἀπαίτησιν ἢ διὰ συμφορῶν, ὡς ἡ Νιόβη παρ' Αἰσχύλῳ.* Nam quod hic scholiasta Achillem in Phrygibus prae superbia et fastu diu siluisse ait, consentientem habet collegam ad Ran. h. l. (*καθήμενός ἐστιν*, inquit, *καὶ οὐκ ἀποκρινόμενος*. Hermannus tamen in Opusc. V p. 157 Aeschyleum in Phrygibus Achillem capite velato sedisse iudicat prae dolore ob mortuum amicum. At hic luctus jam in Myrmidonibus descriptus erat, in Phrygibus autem de sola redemptione agebatur mortui Hectoris. Quamobrem Achilles in Phrygibus sedebat ille quidem obvoluto capite prae dolore, sed taciturnus et ne ad interrogata quidem respondens Achilles profecto insignem fastum prae se ferebat. Causam vero tanti fastus satis idoneam afferre licet. Etenim Vitae Aeschyleae scriptor minus accurate dicit, — *πλὴν ἐν ἀρχαῖς ὀλίγα πρὸς Ἑρμῆν ἀμοιβαία.* Videri haec utique possunt cum Homero convenire, apud quem similis Mercurio persona Thetis ante quam Priamus convenit Achillem. At si Achilles a principio cum Mercurio collocutus postea demum subite obmutuisset: nihil sane gravitatis tam mira ejus habuisset taciturnitas. Immo e Rani planissime apparet, Achillem ab initio tragoediae tacitum sedisse, quum chori canticum bene longum caneretur. Hoc cantico chorus Trojanorum Achillem, ut Hectoris corpus redderet, non solum voce, sed etiam saltatione et gestu maximopere orabat (Aristophanes ap. Athen. I, 21 f de Aeschyli Phrygibus, *τοὺς Φρύγας — σχηματίζοντας*). Silet Achilles. Finito choro advenit ipse Priamus filii cadaver redempturus causamque suam perorat. Silet etiamtum fastu plenus Achilles. Jam vero dignus vindice nodus inciderat, ut deum interesse oporteret. Tunc demum intervenit Mercurius, qui Jovis verbis reddi Hectoris corpus jubeat. Hoc primum tempore diuturnum silentium rumpit Achilles. Non potuisset Achilles fastu elatus tam diu silere, si Aeschylus pedetentim Homerum sequutus esset, cujus Achilles jam antea (ω, 133 sqq.) a Thetide mitigatus Hectorisque corpus reddere ab ea Jovis nomine jussus Priamum benevole excipit, semel tantum insita ferocia ad ingenium reversus v. 559 sqq. Quia Aeschylus Priamum prius in scenam prodire jussit, quam Mercurium. Atrocius vero Aeschyleum Achillem saevisse, quam in extremo quidem Iliadis Homericum etiam ex eo apparet, quod asperissimus ille locus II ζ, 351 in Phrygibus expressus erat. Quae quum ita sint, recte statuit Hermannus, non ideo venisse Mercurium, ut Priami adventum Achilli nuntiaret, sed potius ut eum a saeviendo in corpus Hectoris desistere sepeliendumque Priamo reddere juberet, quae partes apud Homerum sunt Thetidis. Illud tamen bene Welcker animadvertit, Phryges, qui chorum agunt, non Achillis captivos, sed comites esse Priami: id

quod e superiore Aristophanis apud Athenaeum loco clare perspicitur. Ceterum quae de divino illo et Niobae et Achillis silentio hic Euripides dicit, ea propemodum scurrilia sunt.

V. 914. γ' om. Barocc. MRV Cantabr. II et (qui *ῥρηδεν*) Elb. Denique Cantabr. I *δῆτα γ' — χορὸς εἰρημεν* (sed mut. rubr. in *ῥρηδεν* et gl. *σφοδρῶς διεξήγει*). Aptissimae vero ut in oppositione interlocutoris et chori sunt particulae *δὲ — γέ*. Quare non probro Hermannii conjecturam, *Δ. μὰ τὸν Δι' οὐ δῆτε*. E. *εἰδ' ὁ χορὸς ῥρηδεν ὁρμαθοὺς ἄν*.

V. 915. *ἄν* om. Mut. Cantabr. I ante *ξυνεχῶς* ponit Cantabr. II, *ἄν* om. etiam Barocc. sed videtur scripturus ante *ξυνεχῶς*. — Inquinat Elb. *μύλων* et *ἐχῶς*. — Mox v. 916 *τοῦτό γ' ἔτρεπεν* Borg.

V. 917. *οἱ λαλοῦντες*] *ῥηλοῦντες* Paris. C. — Tum libri omnes *ῥλίδιος γὰρ ῥσθα*. Equidem et sententiae et metri causa cum Bentlejo Elmslejoque *ῥλίδιος ἄρ' ῥσθα* rescripsi. Frustra enim γὰρ defenderis loco Eccles. v. 433 *νοῦν γὰρ εἶχον νῆ Δία*, ubi recte olim emendavi *ἄρ'* comparato I. Avv. 1374 *νοῦν ἄρ' ἔξεις νῆ Δία*. Anapaestus ante catalexin, quem ad Thesmoph. v. 568 paullo cupidius defendi, quum genere toto pertritus est, tum ex aliquot versibus haud dubie tollendus. Etenim de Nub. v. 1049 nunc ita censeo, verissime ab Elmslejo scriptum esse, *εἰληφει διὰ ποσῆριαν, ἀλλ' οὐ μὰ Δία μάχαιραν*. Ibid. v. 1058 *εἰλεν· πάρεμι' ἐντεῦθεν ἐς τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας* aut eodem auctore *φύσεος* reponi, aut potius *φύσεως* duabus syllabis pronuntiari debet. Pellux X, 76 de vasis, in quae evomatur: *καὶ σκάφην εἶπεν ἐν τῷ Ἀναγύρφῳ Ἀριστοφάνης, καὶ ῥμισκάφης δ' ὥς ἐν τῇ ἐκποδιλονίῳν ἔμοῦμεν*. Anagyri versum in uno Falckenburgii codice servatum, in quo Bentlejus Epist. ad Hemsterh. p. 98 coniecit *χῆμιν σκάφην δὸς* vel *χῆμιν σκάφης δει*, ita corrigere studui (De Babyloniiis p. 28) *καὶ δει σκάφης· δὸς νυν τοδί μοι τὸ πῆλον, ὧν ἔμοῦμεν* (debebam saltem, *ἐν' ἔμοῦμεν*), quae conjecturae rem magis quam verba videntur assequutae esse. Nam sane vomituri ut pelvim, sic pennam quoque poscere solebant, de qua re disseruit Kuster ad Acharn. v. 594 (584). At enim scripsit, puto, Aristophanes,

Χῆμιν σκάφην δὸς νυν τινα πῆλον θ', ἐν' ἔξεμῶμεν.

V. 918. *δει* MR. — *ἰδρασεν* R.

V. 919. *καθῆτο* edd. ante Brunckium Paris. D Cantabr. I; *καθῆστο* var. lect. supra in Barocc. *καθοῖτο* Brunckius et sic ABCRVM Cantabr. II; *κάθοιτο* Elb. Monac.

V. 920. *φθέγγατο* δὴ vulgo; *τι φθέγγατο* Paris. C Barocc. et fortasse Vatic., cui *φθέγγατο* *τι* tribuitur; *τι φθέγγατο* etiam Cantabr. I sed *αι* ex em.; *τί φθέγγατο* Mut; *τι φθέγγεται* Rav. Ven. quod cum Dindorfio atque Dobraso probavi. In vulgata, quam Bothius servavit, neque iro-

nicum δὴ, neque Optativus ac ne Aoristus quidem offendit, attamen optimi codices audiendi sunt.

V. 921. Vulgo ὦ. Scripsi cum Dindorfio et Bothio ὦ e scholio Aldino, quod scholium est etiam in Cantabr. II. Duplex accentus in Cantabr. I.

V. 922. σκορδινῆ Barocc. σκορδονῆ Cantabr. I. — Edd. ante Brunckium et codices quidam ὅτ' αὐτόν. At recte Brunckius et post hunc caeteri posuerunt ὅτι αὐτόν cum ABDRVM Barocc. Cantabrr. I. II. ὅτι

αὐτόν ἐλέγχο Elb. Denique Paris. C ὅτι αὐτόν id est ὅτι αὐτόν.^ε

V. 923. καὶ ante τὸ om. Cantabr. I.

V. 924. ἄν om. Mut., habet Suidas s. Βόεια afferens φήματ' — εἶπεν.

V. 925. δειν' ἄττα edd. ante Batavam Bergleri, δειν' ἄττα καὶ μ. Cantabr. II, δεινὰ καὶ μ. Elb. δεινάττα Paris. A, δειν' ἄττα RVM Cantabr. I. Quam antiquus error sit ἔτερ' ἄττα, inprimis docet Lucianus So-loec. c. 10. — μορμουραῖα MR, μορμουραῖα V.

V. 926. Libri ἀγνῶτα. Accentum correxit Lobeckius ad. Ajac. p. 274 ed. I (quem cf. etiam in Paralipom. eadem pagina 274) duce Herodiano apud schol. sive Suidam s. Ἄγνωτα: ἀπὸ τοῦ ἀγνωτος· οὐ γὰρ παρασχηματίζεται ἀπὸ τοῦ ἀγνώως εἰς οὐδέτερον γένος, ὥς φησιν Ἡρωδιανός.

V. 927. δ' ἄν om. Rav. — οὐδὲ ἔν] οὐδὲν Barocc. Frustra Porsonus Suppl. Praef. Hec. p. XXXVII οὐδ' ἄν ἔν conjecit, quum οὐδὲ εἰς etiam in vetere comoedia inveniatur.

V. 929. γρυκαίτους R, γρυκαίτους Barocc. γρυκαίτας Elb. γρυκαίτους, ut Boissonadius edidit, non est Aeschyleum. Ceterum γρυκαίτεον ad Memnonem refert Welcker Memnonei scuti insigne ratus, dubitante Hermanno in Opusc. VII p. 355. Tum male Dobraeus legi vult ἢ φήμαθ' —. V. quae dixi in Quaestt. Lucian. p. 67.

V. 930. Vulgo φῶδιον ἦν et sic Mut. Cantabrr. I. II. At φῶδι' ἦν Rav. Ven. Paris. C Vatic. et pro varia lectione marg. Leid. idque jure probatum est Porsono Suppl. Praef. Hec. p. XLIII, Hermanno in Elementis p. 147, Boissonadio, Bothio. Male φῶδιον deletο ἦν aptissimo verbo scripserunt Bentlejus, Elmslejus, Reisigius Conj. p. 99, Dindorfius. Praeter necessitatem ipse conjeci οὐ φῶον ἦν ad Thesmoph. p. 205. — Pro ἔγωγ' οὖν recte Bekkeriana ἐγὼ γούν.

V. 931. Schol. παρὰ τὸ ἐξ Ἰππολύτου· ἤδη ποτ' ἄλλως σκετὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ. Scilicet v. 375. ἤδη — χρόνῳ | θνητῶν ἐφρόντισ' ἢ διέφθαται βίος.

V. 932. Libri omnes ἰπκαλεκτηρόνα. At in Nub. v. 1409 σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτηρόνας καὶ τᾶλλα τὰ βοτὰ ταυτί certissimam puto Beckii emendationem τοὺς ἀλέκτορας ob v. 656 et v. 841; loquitur enim Phidippides Socraticus. Ita vero etiam h. l. metri indicio scribendum, τὸν ξουθὸν

ἱππαλέκτωρα —, uti jam ad Thesmoph. p. 205 conjeci eodemque modo Bothius ad h. l., sicut nunc primum lubens video. Aeschylus enim in Myrmidonibus utraque forma videtur usus esse, quando δῖλέτωρ ποῦτικὸν est et Aeschyleum. Quin etiamsi Aeschylus tantum ἱππαλεκτρῶν dixerat, licuit tamen Aristophani geminam formam ἱππαλέκτωρ in illius locum sufficere. [Schol. R ad h. l. προεῖρηται ὅτι ἐκ τῶν Μυρμιδόνων ἐστὶν ἐπὶ νεὼς „ἐπὶ δ' αἰετὸς ξουθὸς ἱππαλεκτρῶν.“] Schol. ad Avv. 800 ξουθὸς ἱππαλεκτρῶν: παρὰ τὰ [γραφέντα] ἐκ Μυρμιδόνων Αἰσχύλου et schol. ad Pac. v. 1143 (1177) in Aldina, ὅτι τοῦ παρ' Αἰσχύλου κληθέντος ἱππαλεκτρῶνος ἐν Μυρμιδόσι μέμνηται, cod. Venetus autem, ὅτι τοῦ παρ' Αἰσχύλου πολλάκις κληθέντος ἱππαλεκτρῶνος, ὃν αἰεὶ κομφοδοῦσι λεχθέντα Μυρμιδόσι μέμνηται. Scribendam, ὅτι τοῦ παρ' Αἰσχύλου ἐν Μυρμιδόσι κληθέντος ἱππαλεκτρῶνος, ὃν αἰεὶ κομφοδοῦσι, πολλάκις μέμνηται. Ter enim vel in superstitiis comoediis Aeschyli equigallus ridetur, in Ranis, Avibus, Pace. Servavitque ipsos Aeschyli versus scholiasta ille Venetus, ὁ Αἰσχύλος· ἀπὸ δ' αὐτῆς ξουθὸς ἱππαλεκτρῶν στάζει κηρ. θέντων [Seidler κηρόθεν τῶν] φαρμάκων πολὺς πόνος. Conjeciebam,

α.

ποῦ δ' αὐτῆς φοῦθὸς ξουθὸς ἱππαλεκτρῶν;

κηρ. (i. e. KHPTΞ)

στάζει, λυθέντων φαρμάκων πολὺς πόνος.

Cf. Ecclesiaz. v. 311. [λυθέντων nunc etiam Dindorfius.] Nam stillare ait equigallum, coloribus aegre tandem cum magno labore dissolutis. Aliter haec correxit Hermannus Opusc. V p. 143 sq. sententia tamen optime perspecta. Fortasse, inquit, ἰγνὶ ἵνjecto liquefacta pigmenta — (de navis insigni) defluxisse διαῖ. Igni navibus Hectoris manu injecto lex tragoediae flagitabat, ut Talthybius aliusve nuntius, qui de his rebus et Patroclum doceret et Achillem, in scenam prodiret. Neque id fugit Hermannum, qui l. l. p. 142 ex Homero (Il. λ', 809 sqq.) et quodam Attii fragmento conjecerit, Patroclo Aeschyleo haec nuntiasse Eurypylum. Tum iste Aeschyli equigallus haud dubie ejus navis insigne fuit, quae ab Hectore incensa erat, sive haec navis, ut in Homero exstat, Protesilai fuit, sive, ut de Aeschilo Hermannus suspicatur, Nestoris navis decem rostrorum. De ipso monstro cf. Photius p. 109, 21 atque Hesychius, ἱππαλεκτρῶν: τὸν μέγαν δλεκτρῶνα, ἧ τὸν γραφόμενον ἐν τοῖς Περσικοῖς περιστροφάμασι (haec sumta e Ran. v. 938). γράφονται δὲ οἱ γρόπες. ἐνιοι γόπα (lego, γράφονται δὲ ὅλον γρόπες· ἐνιοι γόπα).

V. 933. ἀμάθειε' Rav. Σημίον eandem vim habet Thucydidi VI, 31, ubi fuerunt, qui hanc picturam cum navium tutela inepte confunderent.

V. 934. Cur Eryxim cum equigallo compararit, nescimus. Schol. Ἐρυξιν: οὗτος γὰρ ὡς ἄμορφος καὶ ἀηδὴς διαβάλλεται. Non male; cf. Avv.

v. 805. Sed ibidem v. 800 Diitrephes equitum praefectus, homo fastu inflatus, similiterque in Pace v. 1143 superbus centurio ita dicitur. Jam Philoxenum Eryxidis filium illis temporibus vixisse constat; ceterum Bryxis Philoxeni filius hoc uno in loco nominatur. Scilicet Philoxenus Eryxidis f. vulgarem morem sequutus suo filio nomen imposuerat avi paterni. Ita enim nostrum verum rectissime explicarunt Perizonius ad Aelian. V. H. X, 9., Brunckius ad h. l. atque Hermannus. Pater autem nostri *Φιλόξενος* ὁ *Ἐρύξειδος* propter *μοχθηρίαν* καὶ περὶ τὰ φαῦλα *λιχνεῖν* graviter increpitus est ab Aeschine Socratico in Callia ap. Athen. V p. 200, b, qui Anaxagoram irrisurus philosophi illius hunc adeo Philoxenum ac praeterea Ariphradem discipulos fuisse inculcavit. Ac profecto gulae mire deditus fuit (Plutarch. Moral. p. 668, c et iterum p. 1128, b). Quare gruis sibi fauces exoptare solebat (Theophilus ap. Athen. I, 6, b, Aristoteles Ethic. Eudem. III, 2. Problem. XXVII, 7. denique Ethic. Nicom. III, 13). In postremo Aristotelis loco verba *Φιλόξενος* ὁ *Ἐρύξειος* ut glossema cum optimis codicibus recte delevit Bekker. Ionicam formam *Ἐρύξειος* huius unius loci ope tuebatur Lobeckius ad Phryn. p. 759. Idem Philoxenus pro scorto masculo habitus est, ut liquet e Nub. 676 atque e Vesp. 84 ἐπεὶ καταπύγων ἐστὶν ὃ γε *Φιλόξενος*, ubi schol. — καὶ γὰρ ὁ *Φιλόξενος* ἐκωμωδεῖτο ὡς πύγρος. *Ἐὐπολὺς Πόλεωιν* ὕψτι δέ τις θήλεια *Φιλόξενος* ἐκ *Διομείων*,^a καὶ *Φρύνιχος Σατύροις*. Haec enim quin ad Philoxenum Eryxidis f. referenda sint, vix dubitari potest eademque opinio fuit Bergkii mei Antiq. Comoed. p. 208. Sed hic Philoxenus paullo ante Leucadium vixit. Utrumque confundere videtur Athenaeus I, 5 b τοῦ *Φιλοξένου* δὲ τοῦ *Λευκαδίου* *Δείπνον* *Πλάτων* ὁ κωμωδιοποιὸς μέμνηται — περὶ ταῦτον *Χρύσιππος* φησὶν· *Ἐγὼ κατέχω τινὰ ὀψοφάγον* —. Atqui totus ille Chrysippi locus de Philoxeno agit Eryxidis filio. Cythereum atque Leucadium aequales fuisse ex eo apparet, quod secundum Athen. I, 5, b et IV, 146 f veteres dubitarunt, utrum Philoxenus a Platone comico in Phaone memoratus Cythereus fuerit an Leucadius. Athenaeus tamen utrobique falli eo videtur, quod *Δείπνον* carmen Platoni comico memoratum a nonnullis ait Philoxeno tribui Leucadio. Etenim notum illud carmen (*Δείπνον*) a Cythereo poëta scriptum esse consentientibus tot locis inter omnes convenit, praesertim quum neque Leucadius neque ullas omnino Philoxenus poëta fuerit praeter unum Cythereum, qui ob eam ipsam causam passim dicitur *Φιλόξενος* ὁ *ποιητής*, velut ab Antiphane ap. Athen. XIV p. 643, d. Aeliano V. H. XII, 44, Plutarcho Moral. p. 14. d. Jam Cytherium atque Eryxidis filium quum alii confuderant, tum apertissime Macho ap. Athen. VIII p. 341, d *Φιλόξενός ποθ' ὡς λέγουσ'*, ὁ *Κυθήριος* | *εὗξάτο τριῶν ἔχων λάφωγγα πήχεων*. De hac confusione post Reinesium, Perizonium, Wesselingium nuper disputarunt Winckelmannus ad Plutarch. Erotic. p. 201 sq.

et Bergkiius Antiq. Com. p. 209 sqq. Falso tamen uterque Cythereum fuisse gulosum negavit, omnem hanc famam ex eo uno ortam esse arbitratus, quod hic poeta *Δεικνον* conscripsit. Etenim temperantiam Cytherei unus quodammodo laudavit Plutarchus Moral. p. 831, F. At eundem satis constat et amatorem et potorem fuisse et Dionysii tyranni convivam. Denique gulosum recte faciunt Phantias ap. Athen. I, 6, e, ipse Athenaeus, I, 6, a οὗτος εἰς Ἐφεσον καταπλύσας — (quae pulchre congruunt narrationi Suidae s. *Φιλόξενος* de Cythereo, *τελευταῖα δὲ ἐν Ἐφέσῳ*), Sopater ap. Athen. VIII, 341 e alique. Sed de Cythereo Philoxeno etsi plura dicemus ad Plut. v. 290, Plutarchi tamen locum satis obscurum in Moral. p. 1142, A jam nunc tractabo, quod omnes, qui de eo adhuc disputavimus, etiam nemet ipsum in Euphrosyne p. 24 [et Meinekium Fragm. Com. Vol. II P. I p. 332 sqq.] ratio sefellit. Primum autem Plutarchus notum illam eximiumque affert Pherecratis e Chirone locum, in quo ipsa Musice Iysicorum poetarum injurias queritur, quorum artificis simplex illa ars musica foede depravata sit. Deinde haec subjicit, *Καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς μνημονεύει Φιλοξένον, καὶ φησιν, ὅτι εἰς τοὺς κυκλούς χοροὺς μέλη εἰσπνέμεται. ἣ δὲ Μουσικὴ λέγει ταῦτα,*

*Ἐξαερμονίους ὑπερβολαίους τε ἀνοσίους
καὶ νηλάρους, ὥσπερ τε τὰς βαφάνους ὄλην
κάμπτων με κατεμάσσας.*

Καὶ ἄλλοι δὲ κωμικοὶ ἰδεῖαν τὴν ἀτολίαν τῶν μετὰ ταῦτα τὴν μουσικὴν κατακεκορματισμένων. Et Brunckius quidem ad Aristoph. T. III p. 171 hosce versus cum superiore Pherecratis fragmento mirabiliter conglutinavit atque is ipse tamen veri quiddam sensit obscure. Neque enim Aristophanis versus esse sed Pherecratis tum e Musicae persona tum e pronomine *με* intelligitur. Tum eosdem versus ad Philoxenum Cythereum referri debere Runkeliius ad Pherecrat. p. 64, Hanovius Exerc. Crit. p. 57, Winckelmannus I. A. p. 202 certatim suspicati sunt. Quo nihil puto certius esse non solum quod haec verba proxime antecedunt, *Καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς μνημονεύει Φιλοξένον*, verum etiam idcirco, quod hic Philoxenus vel imprimis veteris musicae simplicitatem penitus corripisse dicitur (Plutarch. Moral. p. 1135 C. p. 1141 C. p. 1142 B, C). Nam quomodo tandem convenit, Musicam Pherecratis, uti nunc facit, de Melanippide, Cinesia, Phrynide, Timotheo tam acute queri, Philoxeni autem nullam mentionem facere, qui et eadem aetate vixit et musices emollientiae auctor fuit praecipuus? Immo Musice in perpetua oratione consulto hanc Philoxeno pepercisse videtur, ut eum mox solum quam severissime acciperet, quemadmodum Maesilochus in Thesmophoriazasis longa oratione in mulieres habita v. 466—519 atrocissima quaeque crimina tanquam oblitus reservavit ad extremum v. 552 sqq. Quae quum ita sint, ego post

illum versum Ἀπέδυνε κἀνέλυσε χορδαῖς δάδεια ita scribendum esse ajo et verba transponenda, *Περὶ δὲ Φιλοξένου ἢ Μουσικῇ λέγει ταῦτα*.

(excidit primus trimeter, veluti

Φιλόξενος καμπὰς ἐπόησε τῶν στροφῶν)

ἑξαμμονίους, ὑπερβολαίους τ' ἀνοσίους,

καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὄλην

καμπῶν μὲ κατεμέτρωσε.

Καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς μνημονεύει Φιλοξένου καὶ φησιν, ὅτι εἰς τοὺς κυλλοὺς χοροὺς (deesse videtur adjectivum, quale ἄμουσα vel ἄτοπα vel περίεργα) μέλη εἰσηγάγατο. Καὶ ἄλλοι δὲ κωμωδοποιοὶ ἔδειξαν τὴν ἀτοπίαν τῶν μετὰ ταῦτα τὴν μουσικὴν κατασκευαστικῶν. Haec, in quibus καμπῶν pro κάμπων non mea emendatio est sed Elmsleji ad Acharn. v. 559, haec demum et inter se ipsa et cum superioribus pulchre egregieque cohaerent. Ceterum sciens praeterii alios Philoxenos. De Pollucis autem loco IV, 65, ubi vulgo legitur Φιλοξένου τοῦ Σιφνίου, etiam atque etiam dubitari potest.

V. 935. Euripidis personam om. Elb. — κἀλεκτρύονα] κολοκτρύονα Rav. Schol. ad v. 932 ἰκπαλεκτρύονα (sed pertinet ad nostrum versum κἀλεκτρύονα:) γράφεται κολεκτρύονα, ὥς γένος τι λάβης Περσικὸν αὐτῷ ὅμοιον. Legendum, ὥς γένος τι Περσικὸν ἀττελέβοις ὅμοιον e Suida, Κολοκτρύων: γένος τι Περσικὸν ἀττελέβοις ὁμοίων ἐστι. Hesychius, Κολοκτρύων: ἀπὸ τοῦ κολονοῦ (conjiiciunt, κολοβοῦ) ἀλεκτρύονος μεγάλου γέγονεν. Fieri potest, ut Hesychius, apud quem haec modo antecedunt, Κολοίφρονξ: Ταναγραῖος ἀλεκτρύων —, ita scripserit, Κολοκτρύων: Ταναγραῖος ἀλεκτρύων. ἀπὸ τοῦ —, sed neque κολοκτρύων, neque (si κώλοκτρύονα placuerit) ὀλοκτρύων Boeotiam formam aut omnino graecam fuisse temere crediderim. Nam Boeoti pro ἀλεκτρύων dicebant ὀρτάλιχος, uti testatur Strattis ap. Athen. XIV p. 622, a. Porro Guyeti conjectura Κολαλεκτρύων versui minus commoda est. Neque cum monstro ὀλοκτρύων conferre licet ὀλολυνγών, omnino incertam avem, a gallo tamen diversam (Schweighaeuser ad Athen. XV, 679, b). Ego vero jam dudum vereor, ne κολοκτρύονα hoc in versu perantiquus sit calami error, qui inepte deloserit Alexandrinos. Contemtim Euripides vulgari forma ἀλεκτρύων utitur, ferme ut Strepsiades in Nub. 1412.

V. 936. ποῖ' ἄττ' edd. Ald. Junl. I, II et pleraeque aliae; ποῖ' ἄττ' Mut. Borg. Cantabr. II et ita Scaliger atque Dindorfius; ποῖά τ' Venetus. At ποῖά γ' Cantabr. I Barocc. Paris. A Vatic. Rav. idque merito probant Kuster, Brunckius, Boissonadius, Bothius. Hermannō quum scripsissem ποῖ' ἄττ' ἐστίν, ἄττ' — parum eleganter dictam esse, constructionem autem hanc videri, οὐ δέ γε ἄττ' ἐπολεῖς, ποῖά ἐστίν; ille mihi assensus verissime monuit, ποῖ' ἄττ' hic etiam sententiae repugnare, quum ἄττα rem ubique e certa faciat incertam. Vix enim verba ποῖά γε arcte

conjungi possunt, ut supra ad v. 138 ostendisse videor. — *θεοῖς* Barocc. — *ἄτ' Mut. ἀπ' τ' Elb.*

V. 937. Libri omnes, *οὐχ ἱππαλεκτερόνας μὰ Δι' οὐδὲ τραγέλαφους*, ἄπερ σύ, praeterquam quod Barocc. *οὐ* exhibet pro *οὐδέ*. At quis in tardissimo metri genere unquam vidit binos anapaestos cum tribracho quasi totulim decurrentes? Scripsi igitur, uti jam ad Thesmoph. p. 205 volueram, *οὐχ ἱππαλέκτορας*, caetera ut vulgo. Male Porsonus, *οὐχ ἱππαλεκτερόνας γε μὰ Δι'*, *οὐ τραγέλαφους ἄπερ σύ*, male Elmslejus, *οὐχ ἱππαλεκτερόνας μὰ Δία καὶ τραγέλαφους ἄπερ σύ*, male Dobraeus, *οὐχ μὰ Δι' ἱππαλεκτερόνας οὐ τραγέλαφους ἄπερ σύ*. Hi triumviri nimis oderant quarto in pede anapaestum. Jam qua in fabula Aeschylus *τραγέλαφον* meminerit, nescimus. Sed equigallos et capricervos orientis esse luxuriantis phantasmata recte v. 938 judicat Euripides. De capricervis quaedam dixit Boeckhiius in Oecon. Athen. II p. 305, omisso tamen memorabili loco Plotarchi Vit. Agesil. c. 19. In Luciano Prometh. I, 7 scribe partim cum Welstenio, partim Toupio, *εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε πιτυοκάμπτης, τοιαύτους τραγέλαφους καὶ αὐτὸς συντεθειμένος*.

V. 938. *ἂν τοῖσι*] *αὐτοῖσι* Mut. *ἂ τοῖσι* Paris. C. *ἂν τοῖς* Barocc. — *παραπέτασμα* edd. ante Brunckium et Rav. *Παραπέτασμα Μηδικὸν* celato auctore ponit Eustathius p. 538, 13.

V. 939. *ὡς παρέλαβον*] *ὥσπερ ἔλαβον* Vatic. MV. — Tum edd. ante Brunckium *τοπρωῶτον μὲν εὐθύς*. Recte vocem *μὲν* deleverunt Brunckius, Porsonus, fortassis etiam Bentlejus, habetque plane *τοπρωῶτον εὐθύς* Venetus; *πρωῶτον μὲν εὐθύς* Cantabr. II Mut. Elb. Monac. Vatic. Paris. D; *πρωῶτον εὐθύς* Pariss. A C; *πρωῶτον εὐθύς* Cantabr. I; *παρὰ σοῦ τὴν τέχνην εὐθύς* (om. *τοπρωῶτον μὲν*) Barocc. Rav.; *τὴν τέχνην πρωῶτον μὲν εὐθύς* Paris. B.

V. 940. *καὶ* om. Barocc. Affert versum Suidas s. *Οἰδοῦσαν*. Ceterum hoc loco non vera, sed verissima audit Aeschylus.

V. 941 sqq. Sunt in his quaedam, ut bene Spanhemius, quae ad Euripidem deridendum spectent, inprimis *ἐκυλλίους* — *χυλὸν διδοὺς σταμνολμάτων* et prologi laudatio, quem non novarum rerum studium, sed dura peperit necessitas. — Ibid. *Ἰσχανα* Paris. C Cantabr. I et Suidas in ipsa voce. At sub *Πισιάνη*, ubi vulgo item *Ἰσχανα*, duo codices habent *Ἰσχανα*.

V. 942. *ἐκυλλίοισιν* lemma scholii; *τεντλίοις* Barocc. Cantabr. I. Tum vulgo *μικροῖς* et sic Mut. Cantabr. I, II. Ego post Dindorfium Bothiumque *λευκοῖς* recepi e R V Borg. Barocc. Vatic. Suida s. *Ἰσχανα*. Schol. Ald. *μικροῖς*; *γράφεται λευκοῖς*. Schol. in Cantabr. I, II utitur verbis *τεντλων λευκων*. Dobraeus vulgatam *μικροῖς* habet pro glossa, quae *τεντλίοις* [immo vero *ἐκυλλίοις*] deminutivum esse indicet. Ac sane in Cantabr. I exstat gl. *μικροῖς* super *ἐκυλλίοις* similique modo scholiasta, *ἐκυλλίοισιν*:

ἀντὶ τοῦ λογίοις μικροῖς. Idem de purgatione, εἰσέθαι γὰρ οἱ καλούμενοι (bene Dobraeus, οἱ κενούμενοι) — καθάρσεως. Falso. Neque enim ullo betae genere uti licet ad alvi purgationem. Immo betae albae vel pallescentis succus vim habet diluendi dissolvendique tumoris; vid. Caroli a Linné *Materiam Medicam* ed. IV (cur. Schreberi) p. 83. Bene igitur Spanhemius nostrum locum illustrat auctoritate Sotionis in *Geopon.* XII, 15 (T. III p. 873 ed. Niclas.) *μυγνόμενος δὲ ὁ χυλὸς τοῦ στέτλου ἅμα κηρῷ καὶ λνόμενος καὶ μετὰ πανίου ἐπιτιθέμενος πάντα σιληρὰ καὶ αἰδαίνοντα πᾶσθι θιτραπέει* (confer hic οἰδοῦσαν et χυλόν).

V. 943. *Χυλὸν δαδὲ ἐγὼ σταμολμάτων ἀπ' ἡθῶν* sic legit Suidas s. *Ἰσχανα*. Et ἀπ' ἡθῶν quidem inepte etiam edd. ante Brunkium et Cantabr. I (sed hic cum gl. *ἐκλεγόμενος*), praeterea schol. *οὐκ ἀπὸ πτωσάνης, ἀλλ' ἀπὸ ἡθῶν ἀνδρῶν καὶ βιβλίων*. Idem scholium est apud Suidam s. *Ἰσχανα* et s. *Πτωσάνη*. Sed ἀπανθῶν Baroce; ἀπήθων V; denique ἀπηθῶν post Bisetum Kuster, Brunkius et caeteri et sic R M Borg. Paris. C D Cantabr. II consentientibus *Etym. M.* p. 422, 37 atque Eustathio p. 1753, 5. Schol. *γράφεται δὲ καὶ ἀπηθῶν, ἀντὶ τοῦ ἐκλεγόμενος*. Ceterum vide, quae infra dicentur ad v. 1409.

V. 944. Cephisophontes multi fuerunt. Cephisophontem Atheniensem, qui aut noster est aut alius nostro aequalis, memorat Xenophon in *Hellen.* II, 4, 36. De nostro vide schol. ad h. l. collato Suida s. *Μονωδεῖν*, Aristophanem infra v. 1452, schol. infra ad v. 1408. Itaque dicebatur Cephisophon non solum Euripidis uxorem stuprare, sed etiam in canticis praecipue et monodiis scribendis Euripidem adjuvare. Ac nescio, an hic Cephisopho inter ipsas comoediae personas relatus fuerit in Gerytade ap. Athen. III p. 99, f *Ἀριστοφάνης δ' ἐν Γηρυτάδῃ*.

Θεράπεινε καὶ χόρταζε τῶν μονωδιῶν.

Adeo ei quum monodiae, tum etiam *θεράποντος* officium conveniunt. Jubetur autem Cephisopho post Euripidis mortem alii cuidam poëtae tragico servire eumque monodiarum pabulo saginare. Quam conjecturam exornare licet alio Aristophanis loco in quadam *Vita Euripidis* apud Rossgnolum in *Diario eruditorum Gallico* a. 1832 m. Aprilii, quem locum Hermannus attigit *Opusc.* V p. 202 sq. *Ἐχεν οἰκογενὲς μισράκιον, ὄνεραι Κηφισοφῶντα· πρὸς τοῦτον ἐφώρσε τὴν οὐσίαν γυναῖκα ἀτακτοῦσαν. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀπέτρεπεν ἀμαρτάνειν· ἔπει δ' οὐκ ἔπειθε, κατέλιπεν αὐτῷ τὴν γυναῖκα, βουλομένην αὐτὴν ἔχειν τοῦ Κηφισοφῶντος. Λέγει οὖν καὶ ὁ Ἀριστοφάνης·*

*Κηφισοφῶν ἄριστε καὶ μελάντατε,
οὐ δὲ ξυνέξης εἰς τὰ πόλλ' Εὐριπίδῃ.
καὶ συνεποίησας, ὥς φασί, τὴν τραγωδίαν.*

Codex, *Κισσιφῶν* — οὐ δὲ συνέξης εἰς τὰ πόλλ' Εὐριπίδου — ὥς φησι καὶ

τὴν τραγῳδίαν. Hi versus scripti sunt post mortem Euripidis, certe post abitum ejus in Macedoniam, vivo Cephisophonte. Quamquam Seidler, V. Cl., etiam Cephisophontem jam mortuum videtur putasse, qui falso *ταλάντα* conjecerit pro *μελάντα*. Ego malim *κράτιστε* pro *ἄριστε* cl. Demosthene in Midiam p. 71, 6 B. Tertio versu minime necessaria est Rossignoli conjectura, *τὴν μελοδίαν*. Nam *τραγῳδίαν συμποιεῖν* ita dicitur, *καὶ τραγῳδίαν ποιεῖν* in Acharn. v. 374 et saepius. At hic quidem non narratur Cephisopho Euripidis uxorem in matrimonium duxisse. Nimirum scriptor iste loco utitur ad probandum minus idoneo. Namque et secundum versum recte emendarunt, nec puto quantum excidisse hujusmodi *lore*, *καὶ συνεποιῶ γ' Εὐριπίδῃ τὰ παιδία*. Ceterum hic locus ad Gerytadae argumentum tam bene respondet, ut assentiar Dindorfio in Jahni Annalium Supplementis vol. I Fasc. IV p. 540, qui eum ex ipso Gerytade sumtam voluerit. Jam vero in alia Euripidis vita e cod. Mediolanensi descripta apud Elmslejum pone Bacchas p. 173 ed. Lips. haec leguntur, *Δουεὶ δὲ αὐτῷ καὶ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος καὶ Μνησιλόχος συμπεποιημένοι πρὸς, ὡς φησὶ Τηλέκλειδης* — . οἱ δὲ τὰ μέλη αὐτῷ φασὶν Ἰοφῶντα ποιεῖν ἢ Τημοκράτην Ἀργείον. Haud dubie corrigo —, *φασὶ Κηφισοφῶντα ποιεῖν*, ut *lore* est in Rossignoliana vita Euripidis ejusdem, quum praesertim huic cantica (*μέλη*), non diverbia etiam ab aliis tribuantur. Contra quis credat, Euripidem, inimicum Sophoclis et obtrectatorem, adversus patrem ab Iophonem armatum esse? Nam simultas si qua intercessit, cum senex patre exercita est, nec quisquam retulit Iophonem et Sophoclem perpetua vita disseminasse. Quid, quod tantum abest, ut Iophon quidem alios tragicos adjuverit, ut ipse a Sophocle patre in scribendo adjutus sit, teste Aristophane in Ran. v. 78 sq., quo loco satis superque refutatur nescio quis grammaticaster in Crameri Anecd. IV p. 315 *Ἐπὶν κητίς ποιημάτων· πολλὰ γὰρ νοθευόμενά ἐστιν, ὡς ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη. λέγεται γὰρ εἶναι Ἀντιφῶνας (Ἰοφῶντος) τοῦ Σοφοκλέους υἱοῦ*. Neque Cephisophontem in vulgata Euripidis Vita praeteriit Thomas M., *Φωκάς δὲ τὸν αὐτοῦ ἑπικυρήσας Κηφισοφῶντα ἐπὶ τῇ γυναικὶ καὶ τὴν ἐντεῦθεν μὴ φέρον, ἀποχύνῃ, σκοπεύμενος ὑπὸ τῶν καυφοποιῶν, ἀφ' οἷς τὴν Ἀθήνησι διαφύβην εἰς Μακεδονίαν ἀπῆκε παρὰ τὸν βασιλεῖ Ἀργέλεον*. At hoc adulterium Euripidi ne potuit quidem causa esse Athenas relinquendi, qui jam Acharnensium anno OL. 88, 3 h. e. XVI annis ante quam abiret, familiariter Cephisophonte usus sit, qui rivalem amicum, ut recte scriptum in Rossignoli Vita, constupratam uxorem sibi habere jussere, qui repudiata hac ipsa Choerinae alteram Athenis uxorem duxerit Melite, uti ad Thesmoph. p. 110 docui. Contra illud Thomae assentior, Cephisophontem Euripidis histriionem fuisse, etsi alio spectat verbum *ὑποκρίνεται* in Acharn. v. 376. In hoc Acharnensium loco Cephisophon domi apud Euripidem janitorem

et servum agit, quod optime convenit cum Vitae Rossignolianae verbis. *οἰογενὲς μισράκιον*. Nam etsi liber natus est Cephisophon, in domo tamen Euripidis patet educatum esse. Denique ad h. l. Elmsejus tradit, in Epistolis Euripideis Ep. V Cephisophontem tragicoi *ἐταίρον καὶ ἐπιτεβίον* appellari.

V. 946. *μέν μοι*] *μέντοι* BD Monac. Cantabr. I, II; *μέντοι γένος* Mut. Tum vulgo *εἶπεν*. Recte vero *εἶπ' ἄν* Rav. Ven. idque Beckio probatum receperunt Bekker et in edd. III, IV Dindorfius.

V. 947. *κρεῖττον* — *σαντοῦ* Aeschyle tribuant edd. ante Brunnium et Dindorfius, Dionysio Parisinus B et ut videtur RVM (certe Ravennas, consentientibus Invernitis et Bekkeris) et sic Brunnius, Hermannus, Bothius, Boissonadius. Recte. Est enim illiberalior jocus, dignus sane Baccho, sed minime Aeschyle.

V. 948. *ἄν* om. Barocc. Bene autem schol. *ἀργόν· ὅσπερ σὲ τὴν Νιόβην καὶ τὸν Ἀχιλλέα ἐποίησας μὴδὲν λόγοντας*.

V. 949. *ἔλεγον* Barocc. Recte autem schol. *καὶ εἰς τοῦτο δὲ καμφδεῖται ὁ Εὐριπίδης, ὅτι διαφόροις τοῖς προσώποις ἀνοικεῖν λόγους περιτίθεται*. Spanhemius confert Acharn. 376 *ὃ τρισμακάρι' Εὐριπίδην, | ὅθ' ὁ δοῦλος οὕτως σοφῶς ὑποκρίνεται* et schol. ibidem, *διὰ τοῦ δοκοῦντος ἐπαινοῦ διαβάλλει τὸν Εὐριπίδην*, nec minus apte Kuster Origenem contra Celsum VII p. 356 Cantabr. (p. 720 Delar.) *Εὐριπίδης δὲ ὑπὸ Ἀριστοφάνους καμφδεῖται ὡς ἀκαιροφρόμων, διὰ τὸ πολλάκις περιπεθεῖν λόγους δογμάτων, ἂν ἀπὸ Ἀναξαγόρου ἢ τινος ἔμαθε τῶν σοφῶν, βαρβάροις γυναιξὶν ἢ οὐκ αἰσῶν*.

V. 951. *ταῦτα χοῦν* edd. ante Brunnium; *ταῦτ' ἐχοῦν* Brunnius et sic D Monac. RV Cantabr. I; *χοῦν ταῦτα* B; *χοῦ ταῦτα* Mut.; *οὐκ ἀποθανεῖν σε δεῖ ταῦτα (τοιαῦτα A) τολμῶντα* AC.

V. 952. *τοῦτ'* edd. ante Brunnium; *τοῦτο* Brunnius et caeteri et sic ABDRVM Barocc. Cantabr. I; *τοῦτο μὲν οὖν* C.

V. 953. *οὐ σοὶ*] male quaedam edd. recentes *οὐ σοι*. In Eur. Phoen. v. 612 recte Musgravius, *οὐ σὲ θαμνὸν μηρὸς ὀνομάζειν κάρα*. Hic autem non *οὐ σοὶ*, sed *ἐμοὶ* pro varia lectione habet marg. Leid., quae nugae fluxerunt e scholio, *ἴασον, ἐμὸν γὰρ ἐστὶ μᾶλλον ἐμπεριπατῆσαι περὶ τούτου, σὲ σόν*. Hunc versum pereleganter Hermannus eo refert, quod Euripides in regia aula vixerit Archelai. Bene enim Sophocles,

*Ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
κείνον ὅτι δοῦλος, καὶ ἐλευθερὸς μόλις.*

Attamen potius Euripides Athenis ipsis democratiae videtur adversatus esse et quadringentorum imperio favisse. Certe Ol. 92, 2 post Thesmorphoriazusas I democratia restituta, quum quadringenti magistratu se abdicassent, eo ipso tempore ille ad Archelaum se contulit. Quanquam Euripides etiam ob eam causam abire potuit, ob quam Aeschylus ad Hie-

ronem dicitur profectus esse, quod Sophoclem sibi praelatum doleat. Sed praeterea hic Aristophanes id ipsum agit sedulo, ut Euripidem in invidiam adducat utpote popularis imperii inimicum; alioqui satis inepte dictum esset, *δημοκρατικὸν γὰρ αὐτ' ἔδρων*. Fortassis igitur res quaedam odiosa significatur, videturque Euripides civilibus illorum temporum fluctibus paulo imprudentius se commisisse,

V. 954. *τουτοὺς λαλεῖν*] *τούτους λαβεῖν* Venetus. *ἔδειξα τουτοῖς* (codices *τουτοὺς*) Suidas s. *Γων(α)*. — Nisi invidiose loqueretur, ut modo v. 940 sq. et ubique in hac scena, *ἄγειν*, non *λαλεῖν* posuisset. Nam Euripidea poësis utilissima putabatur eloquentiae studiosis (Quintilian. Instit. Orat. X, 1 cl. Pace v. 526).

V. 955. *μέγαν* Mut.

V. 956. *λεπτῶν κανόνων* Mut. et Suidas l. l. Pro *εσβολὰς* cum Dindorfio dedi *εσβολὰς* e RVM Barocc. et Suida. Versum affert Harpocratio s. *Γωνιασμός* (qui *εσβολὰς*). — *γωνιασμός*] inepte schol. *πλαγιασμός*, *ἀπάτας*, inepte Suidas, *ἀποφυγὰς*, *ἀπαγωγὰς*, falso Hesychius, *Γωνιασμός*: *τοίχων συμβολή ἐγγώνιος*. οἱ δὲ γεωμετρικὸν θεωρήμα. Ἀριστοφάνης *Βατράχους*. Immo hic est directio ad normam (das genaue Abmessen nach dem Binfelmaasse). Cf. supra v. 799 *καὶ κανόνας ἐξοίσουσι καὶ πήχεις ἐπῶν*. Ceterum *λαλεῖν* *ἐδίδαξα* — *εσβολὰς* cet. syntaxis est Horatiana, quam attigi De Daetalens. p. 83. Adde infra v. 1032.

V. 957. Pro *ὄραν* Parisinus C *ἐρᾶν*. — *στρέφειν*, *ἐρᾶν*] Quod Euripides etiam amare docuit (infra v. 1043 sqq.), id ab hoc quidem loco procul abhorret. Quare Lobeckius in Aglaoph. q. 1306 adnot. *φαρᾶν*, *στρέφειν* coniecit. Ego maxime vellem scribere per codices liceret, *στροφῶν ἐρᾶν*. Nunc tandemmodo verba male distracta *στρέφειν ἐρᾶν* conjunxi. Ita in Acharn. 146 *ἦρα φαγεῖν*, Avv. 76 *ἐρᾶ φαγεῖν*, Plut. 1009 *ἐρῶν ἀκούσαι*.

V. 958. *καχνοποκτεῖσθαι* edd. ante Brunckium et Suidas in voce; *κάχ' ὑποποκτεῖσθαι* BDERVM Cantabr. I; alius Dobraei codex *καχ' ὑποποκτεῖσθ'* sine *αι* et primo habuit *τιν;*; *χυποποκτεῖσθαι* Borg.; *εἰδ' ὑποποκτεῖσθαι* Barocc. *καθ' ὑποποκτεῖσθαι* AC. Male Brunckius probat *καθνοποκτεῖσθαι* nixus Etymologo M. p. 762, 15 sive Photio p. 631, 15 *καθνοποκτεῖσθαι*: τὸ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπονέειν, qui iudice etiam Beckio grammaticorum error est pro *καχνοποκτεῖσθαι*. Pro *καθύποκτος* recte *καχύποκτος* codices habent Pollucis II, 57 *εἰη δ' ἂν ἐκ τούτων* — *καὶ ἀνποκτότατος*, *ὡς Ἀνδρίας*, *καχύποκτος*, *ὡς Ἀριστοφάνης*, *καὶ ἀνποκτος*, *ὡς Ξενοφῶν*, *καχνοπόητος*, *ὡς Πλάτων*. Hic saltem scribendum — *καὶ ἀνποκτότατος* *ὡς Ἀνδρίας*, *καὶ ἀνποκτος*, *ὡς Ξενοφῶν*, *καχύποκτος*, *ὡς Ἀριστοφάνης*, *καχυννόητος*, *ὡς Πλάτων*, ut Platonem dixerit comicum. Quanquam philosophus Plato saepius utitur voce *καχύποκτος*, (v. Stephani Thes. L. G. p. 6856 Lond.), ut alteri conjecturae locus sit, *καχύποκτος*, ὁ *καχυννόητος*, *ὡς Ἀριστοφάνης* καὶ

Πλάτων. Accedit, quod omnes prope grammatici καὶ ὑποτιθεσθαι ita explicant, κατὰ ὑπονοεῖν sive ὑπονοεῖσθαι. Cf. etiam Suidam, Ἀποτόπα-στος: καποῦ πατόητος —.

V. 959—963. Haec scripta sunt verissime et proprie valent de Euripidea poësi. Cf. Horat. Epp. II, 1, 168—170.

V. 960. γ' ἀν] ἀν Venetus, γὰρ Elb. Paris. C. Nihil mutandum.

V. 963. Recte scholiastam, quem Welcker et Vossius sequuntur, Aeschyli locum ad Cycnum Neptuni filium retulisse apparet ex altero nomine Memnonis. Pindari duo loci sunt Olymp. II, 82 et Isthm. IV, 43, in quo utroque et Cycnum et Memnonem ab Achille dicit ad Trojam occisos esse. Hujus Cycni cum Achille pugna tragice enarrata utique terrorem facere poterat, ut docet luculenta descriptio Ovidii Met. XII, 72—145. Deinde Memnonem in duabus tragoediis Aeschylus descripsit, Μίμνον et Φρυγοστασία. Suidas haec asserens, Καθωνοφαλαροκόλους: inquit, κώδων εἰς τὰ φάλαρα χρωμένους. Schol. Ἀπολλώνιος φησιν, ὅτι κατήνεγκε χρωμένους κώδων εἰνας (adde e Suida, εἰς τὰ φάλαρα). κώδωνας ἐν τοῖς φαλάροις καὶ χαλενοῖς τῶν ἱππῶν ἔχοντας. Apollonius Aeschyli locum non amplius videtur cognitum habuisse. Καθωνοφαλαρόκολος comico is est, qui equum habeat, cujus frontalia sive potius phaleræ tintinnabulis ornata sint. Aptē Bergler confert Rhesum v. 306 de Rhesi equis, Γρηγὰ δ' ὡς ἀπ' ἀλγίδος θεᾶς | χαλκῇ μετώποις ἱππικοῖσι πρόσθετος | πολλοῖσι σὺν κώδωνιν ἐκτύπει φόβον. Memnonem Aeschyli patet minime peditem fuisse, sed aut curra vectum esse aut equo. Recte forsitan ita statuit Hermannus Opusc. VII p. 350, Memnonem καθωνοφαλαρόκολον non in scena conspectum esse, sed verbis descriptum fuisse ejus ornatum.

V. 964. Edd. ante Bruckium,

γνώσει δὲ τοὺς τοῦτον τε κάμου γ' ἑκατέρου μαθητάς.

γν. δὲ] γν. τε Elb. Paris. C Cantabr. II Mut. male. Cf. similem locum Aesch. Agam. v. 807 γνώσει δὲ χρόνον διαπευσθόμενος —. Ibid. κάμου γ'] γ' om. R Borg. Monac. Cantabr. II Barocc. et Suidas s. Γνώσει et s. Μεγαλίνετος. — ἑκατέρου] ἑκατέρως Elb. ἑκατέρων Borg., male Bruckius ἑκατέρως ex ABC, vocem om. Suidas utroque loco. Ante hos decem annos κάμουδς pro κάμου emendavi eodemque modo postea Dobraeus. Cf. Blomfieldum ad Aesch. Pers. 165 καὶ τὸ Δουρίον τε κάμον κοινὸν ἐπ' ἀντήριον, ubi vulgo item κάμου. Hermannus Suidae lectione innixus conjecerat, γνώσει δὲ τοὺς τοῦτον τε κάμου ὁ γὰρ δίδωκε μαθητάς. Ceterum praeceptores e discipulorum moribus metinatur etiam Aeschines Socraticus ap. Athen. V p. 220 b et citante Berglero Alciphro Epp. I, 34.

V. 965. τοῦτον μὲν οὖν vulgo; τοῦτον μὲν ACM Barocc. et utrobique Suidas; τοῦτον μὲν δ' Elb. BD Cantabr. II Ego e Rav. Ven. τοῦτου μοι praeunte Dindorfio recepi. Tam vulgo μάτης et ita Suidas; ματῆς RV;

μάγνης A, quod Brunnckius et Dindorfius non debebant probare. Scholiasta servilli nomine ΜΑΝΗΣ deceptus est et servilli hominem ingenio fuisse opinantur etiam Spanhemius, Bergler, Bothius. Ego vero supra ad v. 540 demonstravi scribendum esse, *Μεγαίνετός θ' ὁ Μανῆς*, sententiam vero hanc esse debere, *Megaenetusque infelix aleator*. Hunc Megaenetum alias non inveñi. Suidas, *Μεγαίνετος: ὄνομα κύριον. ἀνθάδης καὶ τῶν στρατηγι-
όντων καὶ ἄλλως θαλάσσης*. Ha fere etiam schol. Ald., aliis tamen additis, quae plane nihili sunt. Multo notior est Phormisius, de quo schol. *λί-
δυμός φησιν, ὅτι Φορμισίος θαλασσῆς ἦν καὶ τὴν κόμην τρέφων καὶ φεβρός
δοκῶν εἶναι. Δὲ καὶ Αἰγύλου μαθητὴν φησιν αὐτὸν εἶσα βαθὺς* (lege cum
Κυστερο θαλάσσης) δὲ ἦν καὶ καθίει τὸν παίγωνα. *καυφδεῖται δὲ καὶ εἰς θα-
λασσοκίαν*. Ultima confirmat Plato comicus *Πρόξενος* ap. Athen. VI p. 229,
f. *Κατέλαβον Ἐπικράτης τε καὶ Φορμισίος | παρὰ τοῦ βασιλέως πλείστα θαλασσο-
δοκῆματα, | ὀξύβαφα χρυσᾶ καὶ πεντακίσκους ἀργυροῦς*. Nostrum enim a
Platone Phormisium dici recte vidit Casaubonus. Exstat autem hodieque
Lysiae oratoris *Κατὰ Ἐπικράτους καὶ τῶν συμπεραβευμένων ἐπιλογος*. In Pla-
tone καταλαμβάνειν pro simplici λαμβάνειν tantopere me offendit, ut κατ'
ἐλαβον conjicere audeam. Hunc Phormisium attigerunt Meinekias Qn. Sc.
II p. 23 et Bergkiius Antiq. Com. p. 391. Et Bergkiius quidem nostrum
recte agnovit in Dionysio Halic. *Judicio De Lysia* c. 32, unde apparet,
hunc Phormisium in iis fuisse, qui triginta tyrannos Athenis expellerent
atque reipublicae statum ordinarent. Tum Dinarchus Athenienses quos-
dam dilaudat, qui Thebanis juncti Lacedaemonios Thebis expulerint, in
Demosth. 38, 3 B. *ταυτὰ τὰ μικρὰ πρὸς τῆς ἡμετέρας ἡλικίας γεγενημένα
ὅπδ' Κεφάλου τοῦ ῥήτορος καὶ Θράσανος τοῦ Ἐρχιμεῖος καὶ Ἥλιου Φορμι-
σίου καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν ἀγαθῶν*. Tametsi autem anceps correctio est,
videtur tamen Phormisius noster non ipse, sed filius ejus hic quidem in-
telligendus esse. Nam ipse noster Phormisius non videtur Ol. 100, 2
(hoc enim anno Thebae liberatae sunt) militare amplius potuisse. Forsi-
tan Dinarchus scripsit — *καὶ Ἥλιοδώρου τοῦ Φορμισίου*, et *Ἥλιοδώρου*
jam Wolfius conjecit. Jam vero Philetaeri e comoedia *Κυνηγίς* locus ap.
Athen. XIII, 570 f *Πάσαι γέρον ὦν τοὺς τρόπους. οὐκ οἶσθ' ὅτι | ἥδις τέ
ἐστιν ἀποθανεῖν βινοῦνθ' ἄμα; | ὥσπερ λέγουσιν ἀποθανεῖν Φορμισίον* sine
ulla dubitatione ad nostrum Phormisium, qui paullo ante Philetaeri ae-
tatem mortuus sit oportet, retulit Schweighauser. Et sane videtur noster
Phormisius magnus mulierum amator fuisse. Certe hoc voluit Hesychius
s. *Ἀριστόδημος*, quo teste Comici *Φορμισίος (ἔλεγον) τὰ γυναικῶν αἰδοῖα* —.
Atque hunc usum a nostro Phormisio repetendam esse apparet ex Eccles.
97 *καπεθ' ὑπερβαίνουσά τις | ἀναβαλλομένη δείξει τὸν Φορμισίον*, ubi bene
schol. *καὶ οὗτος δασὺς ἦν. κινεῖται δὲ τὸ γυναικῶν αἰδοῖαν*. Nempe hic
Phormisius quum mire canno deditus, tum etiam hirsutus fuit. Neque id

scholiastam latuit, qui h. l. *σαλπιγγολογχηπηνάδα* praecipue ad Phormisium revocaverit: *σαλπιγγας καὶ λόγχας καὶ ὑπήνας ἔχοντες. τοῦτο δὲ εἰς τὸν Φορμίσιον ἀποτίλλει.* Denique alius et a nostro sine controversia diversus is est Phormisius, in quem oratio scripta erat a Dinarcho (Suidas s. *Ἡλινδεμένον* alique).

V. 966. *σαρκασμοπιτυνοκάμπαι*] Schol. sive Suidas s. v. *ὡς σαρκάζοντας μὲν καὶ προσποιούμενους τὰ πολεμικά, οὐκ ἀληθῶς δὲ τοιοῦτους* —. Falsa est haec explicatio, quae postulat Bentleji conjecturam *στομφακοπιτυνοκάμπαι* vel simile quiddam. Recte vertit Brunckius, *amarulento risu Sinidem referentes*. Videtur enim Sinis iste, qui pinus reflectebat occidendi causa, ita pictus esse, ut vultum referret acerbè irradientis. Hoc vultu erant etiam Phormisius et Megaenetus iidemque ingentem Sinidis fortitudinem aemulari videbantur. Haud infrequenti variatione Venetus et lemma scholii *σαρκασμοπιτυνοκάμπαι*, eodemque modo vertit Frischlinus, serio id refutante Hemsterhusio ad Lucian. Prometh. I c. 7. At quis ferat erucam pinus irradientem, eine spottende *Σιδίτηραυπε*? Quin sanissima est vulgata, quae optime convenit voci *σαλπιγγολογχηπηνάδα*.

V. 967. *σύμολ*] *σύμολος* Rav. et Suidas s. *Κομφόν*; *ἐμολ* C. Borg. *Κλειτοφῶν*] Hunc quoque, ut modo Phormisium, Berglero Bothioque incognitum esse mitior, hominem non plane obscurum. Schol. *Θηραμένης ὡς ἀστείος καὶ πιδανός, Κλειτοφῶν δὲ ὡς ἀργός ἐκωμωδεῖτο. νῦν δὲ ὡς πανούργον καὶ παλμβολὸν βούλεται τοῦτον ἀποδεικνύναι καὶ παραπλήσιον Θηραμένει.* Idem fere scholium habet Suidas s. *Κομφόν*. Clitophon mobili ingenio fuisse dicitur, ut Theramenes. Praeterea junguntur *Κλειτοφῶν τε καὶ Θηραμένης ὁ κομψός*, eisque horridi quidam homines et barbati opponuntur, ut Clitophon etiam ad Trossulos (*τοὺς καλλωπιστάς*) referri videatur. Gravissima autem haec scholiastae verba sunt, *Κλειτοφῶν δὲ ὡς ἀργός ἐκωμωδεῖτο*, eoque minus ambigua, quod Clitophontem Socratis discipulum scimus fuisse. Hoc igitur dicere videtur, *Κλειτοφῶν δὲ ὡς Σωκρατικὸς ἐκωμωδεῖτο*. Socratis enim erat *διατριβὴν ἀργὸν ποιεῖσθαι* (Rau. 1498), nec ipse quidem desidiā suā inertiamque dissimulabat, ut ostendi in Qu. Aristoph. p. 124 adnot. Quin etiam Socratici nihil agere comicis videbantur. Hinc Socrates in Nub. 315 *οὐράναι Νεφέλαι*, inquit, *μεγάλαι θεαὶ ἀνδράσιν ἀργοῖς* et ibid. v. 331 *πλείστον αὐταὶ βόσκουσι σοφιστάς· | Θουριομόναι, λυτρωτέχναι, σφραγιδοσχηραγοκομήτας· | κυκλῶν τε χορῶν ἡματοκάμπαις, ἄνδρας μεταωρολόνας | σὺδὲν δρῶντας βόσκουσ' ἀργούς* —. Lessingii opinio, qui collato Plinio XXXVII, 3 praelongam vocem ad tibicines retulit, explodenda est. Hi enim haudquaquam a Nubibus nutriebantur, i. e. tanquam *μεταωρολόσαι* nubes et inania captabant. Immo Socrates suos discipulos, quos hic omnium minime silentio praeterire poterat, appellat *σφραγιδοσχηραγοκομήτας*. Etenim

καμῶν dicebantur Atheniensium adolescentuli, qui et comam alerent et superbi essent caditque ista coma plane etiam in Socraticos (Avv. 1282, Nub. 826) non minus, quam desidia. Neque vera explicatio latuit grammaticum in Bekk. Anecd. p. 702, 2 — ὡς παρὰ Ἀριστοφάνει σφραγιδοσχηγοκομήται οἱ φιλόσοφοι, διὰ τὸ ἀργοὶ διατελεῖν καὶ κομῆται εἶναι, ἔτι καὶ σφραγίδας ἐν τοῖς δακτυλοῖς φορεῖν. Plures hujus farinae Socraticos proferre licet; nos vero tribus simus contenti, Alcibiade, quem fuisse ejusmodi omnes consentiunt, Theramene et Clitophonte, qui hic in Ranis ita describuntur, ut facile agnoscas σφραγιδοσχηγοκομήτας. Sed quoniam de nostro Clitophonte etiam miserrimus iste dialogus Κλειτοφῶν agit, qui divino Platoni adscribitur, prima dialogi verba potissimum afferam: Κλειτοφῶντα τὸν Ἀριστάνymον τις ἡμῖν διηγείτο ἐναγχος, ὅτι Λυσία διαλεγόμενος τὰς μὲν μετὰ Σωκράτους διατριβὰς ψέγοι, τὴν Θρασυμάχου δὲ ξυνουσίαν ὑπερεπαινοῖ. Nihil enim hic in personis erratum esse Bergkiius Antiq. Com. p. 82 loco demonstravit vere Platonico Republ. I p. 328 B καὶ Λυσίαν τε αὐτόθι κατελάβομεν καὶ Εὐθύδημον, τοὺς τοῦ Πολυμάχου ἀδελφοὺς, καὶ δὴ καὶ Θρασυμάχον τὸν Χαλκηδόνιον καὶ Χαρμαντίδην τὸν Παιανίαν, καὶ Κλειτοφῶντα τὸν Ἀριστάνymον. Aristonymus pater Clitophontis nostri fortassis est notus ille veteris comoediae poeta, qui ipsum derisit Aristophanem (Vit. Aristoph. p. XV ed. GD. schol. Platon. p. 331 B.). Neque refelli potest, qui nostrum Clitophontem a Lysia oratore in fragmento Bekkeri nominatum esse conjecerit Anecd. p. 129, 19 Ἐχθρὸν τὸν Κλειτοφῶντα καὶ τοὺς ἀντιδικοῦντας αὐτῷ. Neque enim hic ulla causa est nominis τὸν Κλειτοφῶντα mutandi; tametsi est, ubi Κλειτοφῶν a librariis falso scribatur pro Κλισοφῶν, ut ipse post alios uberius ostendi ad Theomoph. p. 298. Denique nostro loco et Clitophontem et Theramenem discipulos ferri Euripidis non mirabitur, qui utrumque Socraticum fuisse meminerit. Nam Theramenes etsi inprimis Prodicum Ceum audivit (Aeschines Socraticus ap. Athen. V p. 220 b, schol. Nub. v. 360, Suidas s. Πρόδικον s. Θηραμένης s. Κόδορος), tamen Socratis quoque institutione usus est (Diodor. Sic. XIV, 5). Jam vero Socratici Euripidis tragoediis haud minus delectati sunt quam ipse Socrates, summus ille Euripidis amicus, qui adjuvare in scribendo Euripidem vulgo credebatur. Nempe duumviros nostros bene beateque vivendi praecepta e tragoediis ejus hausisse certissime intelligitur e v. 971 τοιαῦτα μέντοι σωφρονεῖν (sive μὲν τοῦ γὰρ φρονεῖν) | τοῦτοισιν εἰσηγησάμην. Cf. etiam Aeschyli verba v. 1455. Itaque artes factionum dolorumque sutelas didicisse ab Euripide dicuntur, non rhetoricam artem, de qua supra v. 954 dictum est. Nam etsi Theramenes orator fuit teste Cicerone in Bruto c. 7, hanc tamen artem sine dubio a Prodicto Ceo didicit, utpote dicendi magistro. Adeo nihil hic locus iis prodest, qui Athenis peculiaries quasdam poetarum scholas (Διδασκαλεῖν)

existisse opinantur. Sane Crates, Pherecrates, Philonides comici poetae primum actores atque discipuli fuerunt Cratini, Cratetis, Aristophanis (schol. ad Eqq. v. 535, De Comoed. p. VII B.), omnesque histriones ejus poetae fabulas ipso docente agerent, ejus discipuli esse jure meritoque putabantur. At Phormisius et Megaenetus rei militaris cupiditate ab Aeschylō inflammati sunt. Neque magis de Clitophonte aut Theramene ut histrionibus quidquam memoriae proditum est.

V. 968. εἰς RVM atque edd. ante Brunckium, qui tacite ἐς et sic Baroccianus.

V. 969. κακοῖς που περιπ.] κακοῖσι περιπ. Paris. C, quo spectat etiam Veneti κακοῖς περιπ..

V. 970. Vulgo ἀλλὰ Κῖος et sic schol. ad v. 905; ἀλλὰ Κῆρος Venetus Paris. C Eustathius, idque jam Heindorfius, Dindorfius, Bothius probaverunt. Omnino vix usquam Κῖος scriptum est, quin in codicibus etiam Κῖος invenitur. Aristarchus apud scholiastam ἀλλὰ Κῶος conjecit, quam scripturam et ipsam memorat Eustathius. Sed totum hunc versum rectissime mihi videor supra interpretatus esse ad v. 540.

V. 971. Vulgo μέντοι ἔγὼ φρονεῖν, quod Dindorfius et Bothius scribunt μέντοι γὰρ. justa crasi, de qua Reisigius Synl. Cr. p. 26 sq. et Elmslejus ad Ach. v. 618 (611). Potest sane valgate defendi, quia et prænomen ἐγὼ aptum est et tragoediis suis homines prudentiores redditos esse paullo post Euripides gloriatur. Recte tamen Rav. Ven. μέντοι σωφρονεῖν. Hoc dictum est acerbissime. Theramenes enim eo, quod X praetores quam semet ipsum plecti maluerat, morum suorum specimen luculentius etiam ediderat, quam sapientiae. Accedit, quod σωφρονεῖν peculiari usu notat non esse curiosum neque ardellionem, μὴ περιεργάζεσθαι, μὴ πολυπραγμονεῖν (velut ap. Isocrat. De Pace 59, 1 B. κρείττον ἐστὶ τὸ σωφρονεῖν τοῦ πολυπραγμονεῖν et Soph. Aj. v. 586 μὴ κρῖνε, μὴ ἔταξε· σωφρονεῖν καλόν, ubi vid. schol. sive Suidam s. Σωφρονεῖν). Hinc σωφρονεῖν comice de eo ponitur, qui sui commodi causa alios deserat, in Plato v. 1119 EP. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων μοι θισὼν ἦν τον μέλει· | ἐγὼ δ' ἀπόλωλα κάκιστέμηναι. ΚΔ. σωφρονεῖς. Id ipsum vero plane h. l. fecisse dicitur Theramenes.

V. 977. Idem hic vult, quod supra v. 959 οὐκ εἶα πράγματ' εἰσάγων et in Thesmoph. v. 424 φύκοντι Εὐριπίδης. Socrates etiam quaerere solebat, ὅτε τοι ἐν μεγάροις κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

απο

V. 978. ἀναποσοκοπεῖν Rav. i. e. ἀνασκοπεῖν. Ἀνασκοπεῖν est diligenter considerare (Thesmoph. v. 666 et ἀνασκοπεῖσθαι Eccles. v. 827). Ineptum hic ἀποσοκοπεῖν h. e. eminus, desuper intueri, etiam curare. — ἐχγμ Rav. Caeteri libri omnes recte ἔχει. Nescio, quid in mentem venerit Invernitiō, ut ἔχεις ederet.

V. 979. Libri, τίς τοῦτ' ἔλαβε (ἐλαβεν CRVM Elb.) contra metrum,

quum neque solutioni neque anapaesto locus sit in fine systematis. Non optime, *τίς τόδ' ἔλαβεν*; Bentlejus et Bothius. Natum est τοῦτ' e verbis *πῶς τοῦτ' ἔχει*; Recepi meam emendationem ad Thesmoph. p. 156 *τίς προῦλαβεν*;

V. 980—988. Ἀθηναίων — παρέτραγε affert Suidas s. *ἄλκι πάθοι* et s. *Μικροπεπείας ῥήματα*.

V. 984. ἄπας τις] ἅπαντας τις Cantabr. I m. pr.; πᾶς τις Suidas s. *ἄλκι*; altero loco vulgo ἄπας τις, sed in Ox. ἄσπαστις. — εἰσίων] e theatro, ut Thesmoph. v. 393.

V. 982. ἐκέκραγε Suidas s. *Μικροπερ*.

V. 983. Apud Suidam s. *ἄλκι* codd. ποῦσσι μοι χύτρα et ποῦσσι μ' ἢ χύτρα, altero loco deest *ζητεῖ τε*.

V. 984. Ante Brunckium ἀπεδήδουε.

V. 985. Pro τρύβλιον Brunckius τρυβλίον et sic RVM Cantabr. I Suidas, ubi s. *Μικροπερ*. Ox. τρύβλιον.

V. 986. Vulgo τὸ περυσινὸν τέθνηκέ μοι. τέθνηκεν pro τέθνηκέ μοι Suidas s. *Μικροπερ*. Pro περυσινὸν Ravennas περισυνόν. Hinc περσυνόν putavi restituendum esse. Rarior enim forma περσυνός optime respondet formae non magis tritae *χθιζινός*, omninoque hic Euripidis oratio agitur quasi ridicule sublimis. Egregie igitur schol. τέθνηκέ μοι: ἀντὶ τοῦ κέκλασται ἢ ἀπάλετο. πρὸς τὰς λέξεις Εὐρύπιδου. Hesychius, *Περσινόν* (scr. *Περσυνόν*): ἔφηβον, τὸν ἐξ ἐφήβων. Pollux II, 9 ἄρτι ἐξ ἐφήβων. τοῦτον δὲ — ὠνόμαζον καὶ περυσινόν (codices *περσυνόν* i. e. *περσυνόν*), ἔφηβον ἄρτι. Galenus Gloss. Hippocr. p. 544 ed. Franz. *Περσινός*: ὁ περσινός οἶνος, οἶον περσινός τις ὦν—. Aelianus De Nat. Anim. VII, 47 Τὰ δὲ πρόσφατα ὀρνύφια νεοττοὺς καὶ ὀρταλίχους, ἀλεπτρόνων τε ἀλεπτοφιδίς λέγουσι· καὶ τὸν γε πέρυσιν ὀνομάζουσιν, ὡς καὶ τὸν οἶνον. Scribendum videtur cum Jacobsio, καὶ τὸν γε πέρυσιν περσυνόν (sive περσύναν) ὀνομάζουσιν—.

V. 987. τὸ σκόροδον καὶ χθισινόν Juntina I; τὸ σκόροδον τὸ χθισινόν caeterae edd. ante Brunckium, VM Barocc. Cantabr. I Suidas utroque loco; τὸ σκόρον τὸ χθισινόν Rav. Male Brunckius e BD Cantabr. II τὸ σκόροδόν μοι τὸ χθισινόν. Nam μοι natum est e v. 986. Lobeckii (ad Phryn. p. 323) emendationem τὸ σκόροδον τὸ χθιζινόν suo jure receperunt Dindorfius et Bothius.

V. 988. παρέτραγε] recte Brunckius παρέτραγεν cum ABCRVM Elb.— τίς τῆς] καὶ τῆς Paris. C. — τῆς ἐλάας] τὰς ἐλάας Suidas utrobique, sed cod. Ox. s. *Μικροπερ*. habet τὰς ἐλάας. — ἐλάας] sic vulgo et in RVM, consentiente Eustathio p. 84, 9 ὥσπερ τὴν ἐλαίαν ἐλάαν ἀντικῶς, οἶον, τίς τῆς ἐλάας παρέτραγεν; ἐλαίας BC Barocc. Cantabr. I schol. Ald. ad v. 995. Tragici potius ἐλαία ponunt, quam ἐλάα. Ergo hic paratragediandi

causa fortasse *ἐλαίας* scribi potest. Contra ipse Aristophanes constanter dicit *ἐλάα*, nusquam altero modo.

V. 989 — 991. δ' οἷν. R. Borg. — ἀβελτερώτεροι vulgo. Recte Brunkius in adnotatione ἀβελτερώτατοι cum Barocc. E RVM Borg. Suida s. Ἀβελτερώτατος s. Βονταλλίων s. Μαμμάκωνθος; ἐβελτερώτατοι C. — Μαμμάκωνθοι sic recte vulgo et in Veneto. In codicibus haud paucis male Μαμμάκωνθοι vel Μαμάκωνθοι eodemque modo variatur apud Suidam; C adeo μεμμάκωνθοι. — καὶ Μελιτίδαι vulgo; καὶ om. Suidas ter, Vatic. ACE MRV Borg. Cantabr. I Barocc. — κἀθηνται AC Suidas. Bene pro κἀθηντο Bekker e RVM ἐκἀθηντο. Denique omnes libri Μελιτίδαι. Gaisfordi (ad Hephaest. p. 244) conjecturam Μελιτιδαι Dindorfius atque Bekker receperunt. Plane Socratis accusator idemque poeta in omnibus fere codd. recte non Μέλitos scribitur, sed Μέλitos restituente Bekkero. At contra noster homo fatuus omnibus in locis incredibili consensu scribitur Μελιτιδης, praeterquam quod in nonnullis edd. Aeliani est Μελιτιάδην, in Appulejo autem libri quidam atque edd. habent *Melitides*. Accedit, quod Μελιτιδης a voce μέλι ductum volunt schol. ad h. l. et Eustathius p. 1735, 50 τὸ μέλι, τούτον δὲ παράγωγον ὁ Μέλitos (scr. ὁ Μέλιττος) τὸ πύριον καὶ ὁ ἐπὶ ἀφροσύνῃ ἐξάκουστος Μελιτιδης. Quare metri indicio restitui Μελιτιδαι, quod proprie patronymicum est nominis Μέλισσος. Comparentur Μελισσῆς rex Cretae ejusque filia Μέλισσα (Apollodor. I, 1, 6), alia Μέλισσα Proclis filia (Herodot. III, 50. V, 92 Athen. XIII, 589 f), alia Μέλισσα meretrix (Athen. IV, 157 a), tum Μέλισσος Samius philosophus (Diog. Laert. IX, 24 ibique Casaubonus et Menagius), Melissus grammaticus (intpp. ad Sueton. De Illustr. Gramm. c. 21). Omnia haec nomina a stirpe μέλι, μέλισσα (μέλιττα) oriuntur. Nostrum vero Melittidem non post Aristophanis aetatem vixisse e Ranis patet; Atheniensem fuisse ex Appulejo in Apologia II p. 446 Oud. Apud socordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus est; apud Athenienses catos Melitides fatuus. Hunc stupore insigni fuisse docent etiam Pseudolucian. Amorr. c. 53 Μελιτιδην ἢ Κόροιβον οἶκε με πρὸς θεῶν; (sic libri omnes); Aelian. V. H. XIII, 15 καὶ Κόροιβον δὲ καὶ Μελιτιάδην καὶ ἐκείνους ἀνοήτους φασίν; Hesychius s. Μελιτιδης; Bekk. Anecd. p. 211, 29; Bekk. Anecd. p. 279, 18 sive Etym. M. p. 577, 33 (similiter Photius p. 256, 19); Didymus ap. schol. ad h. l. Attamen parum constat, quonam modo stultitiam suam Melittides expromserit, qui mihi quidem cum Margite videtur confusus esse. Similiter eadem res narratur et de utroque Philoxeno et de Archyta et de Pithyllo (Athen. I, 5 e, f et 6, c), porro eadem narrantur et de Philoxeno Eryxidis f. et de Melanthio (Athen. I, 6, b c). Quid ita? quia omnes fuerunt heluones. De Melittide Eustathius p. 1669, 51 ὃν ὁ Μελιτιδης ἀριθμεῖν τε μὴ ἐπίστασθαι λέγεται εἰ μὴ ἔχῃ τῶν πέντε, καὶ ἀγνοεῖν πρὸς ὅπο-

τέρου τῶν γυναικῶν ἀποκηθείη, καὶ νόμφης μὴ ᾤψασθαι ἐύλαβόμενος τὴν πρὸς μητέρα διαβολήν. Cum his paene consentit Suidas s. Γέλοιος: — γυιούταρον Μελιτίδου, ἐπὶ τῶν ἐπὶ μορφῇ διαβεβλημένων. Μελιτίδης — διαβάλλη. Partim consentit etiam Tzetzes Chil. IV, 839 sqq., qui et ipse tradit Melitidem metu matris vel socras cum uxore non concubuisse. At vero eadem haec Margitae tribuunt Photius p. 247, 5 sive Suidas s. v. Μαργίτης. Ac sane de uno Margite, non etiam de Melitide haec videntur in poemate Μαργίτης tradita fuisse. Nam Μαργίτης, sive fictum nomen est sive cognomen a μαργός, poema fuit mixtum heroicis hexametris et jambicis trimetris, pseudhomerium, sed antiquum tamen idque satis comicum, quod Aristoteles alique Homero assignare non dubitant. Ex ipso igitur hoc poemate sumta credo simillima quaedam superioribus, quae habent idem Eustathius p. 1669, 47 sive Dio Chrysostomus Orat. LXVI De Gloria p. 614 ed. Morell., sive Hesychius s. Μαργίτης. Quae ab his omnibus recte Margitae dantur, ea schol. Lucian. ad Philops. c. 3 Κοροΐβον τινὸς ἢ Μαργίτου: certissimo facillimoque errore ad Coroebum transtulit. Quare Demosthenes Alexandro Macedoni ignominiae causa cognomen Μαργίτης imposuit (Aeschin. in Ctesiph. p. 160, 5 B.), nempe quod Alexander admodum juvenis ad Venerem segnior esse putabatur (Valesius ad Harpocrat. p. 307 Gr.). Nam quod Solanus ad Lucian. Amorr. c. 53 Margitem nihil a Melitide differre conjecit, fortasse quia de utroque partim eadem fere tradantur: Margites Pseudhomeri multo ante Melitidem vixisse videtur Aristophanis fere aequalem. Venio ad Mammacythum, quo nomine plures comoediae antiquae inscriptae erant. Ixion apud schol. δῥᾱμα — Μαρμάκνθος, ὃ τινες Πλάτωνος λέγουσιν. Hesychius, Μαρμάκνθος: μαρός. ἔστι δὲ καὶ δῥᾱμα πεποιημένον Πλάτωνι. Platoni hanc comoediam haud dubie assignant Andronicus, Suidas ex eoque Eudocia (Meinekii Qu. Scen. II p. 19). Praeterea Metagenis comoediam Αἴραι Aristagoras multis quidem locis mutatis repetiverat repetitaeque nomen dederat Μαρμάκνθος. Hunc vero Mammacythum, quem ab Aristagora editum esse inter omnes constabat, a diverso plane Mammacytho, dubia Platonis comoedia, jam supra ad v. 320 distinxī. Illi autem comici a vero Mammacytho hoc cognomen ad alios quosdam homines stultos transtulisse videntur. Scholium ad h. l. ita corrigo, Μαρμάκνθοι: Ἀρισταρχὸς φησὶν ἀνοματοποιῆσθαι. πᾶς οὖν, Δημήτριός φησιν, [exciderunt fere haec, οἱ Ἀθηναῖοι ἐνταῦθα λέγονται Μαρμάκνθοι;] Εἰ δὲ μὴ σύνηδες ἦν αὐτοῖς τὸ ὄνομα, οὐ καὶ δῥᾱμα ὅλον οὕτως ἐπεγέγραπτο ἂν Μαρμάκνθος, ὃ τινες Πλάτωνος λέγουσιν. Frustra ὅπου καὶ δῥᾱμα — conjecit Casaubonus ad Athen. VIII p. 355, a. Omitto infelices de hoc scholio conjecturas Meinekii Qu. Scen. II p. 53 [sive Hist. Crit. p. 219], qui Demetrio Ixioni, Aristarchi insectatori ne sibi quidem ignoto paene substituit Demetrium poetam comi-

cum. Aristarchus igitur fictum nomen *Μαμμάκνθος* fuisse censet, Ixion autem nomen vulgare; ego neutri assensus e cognomine in nomen vertisse arbitror. Ad originem quod attinet, neque a *κέθω* vocem derivo, ut Passovius in Lexico s. v., neque Lobeckio ad Phryn. p. 300 auctore „*αβιας* [immo *matris*] cunnus“ explico, sed Propriorum Nominum terminatione — *κνθος* id actum esse puto, ut huic voci iusti nominis species conciliaretur. Cf. *Σμίκνθος* Eccles. v. 293 sive *Μίκνθος* Etym. M. p. 55, 21 (*Σμικνθής* Eqq. 964, *Σμικνθίων* Vesp. 401, Eccles. 46, Demosth. in Aristocr. p. 169, 5 B. et ibidem *Μιλτοκνθής*), *Κομπολάκνθος* (vel *Κομπολακνθής*) Acharn. 564 et v. 1145. Jam vero cognomen fuisse ex ipsa patet significatione. Designatur enim matris pullus, *τῆς μητρὸς νεόττιον*. Aptissime nomen *μαμμάκνθος* Tzetzes Chil. IV, 872 comparavit cum v. *βλιτομάμας* Nub. v. 988, de quo dixit Phryn. Bekk. p. 31, 3. Nec minus apte vel scholiasta ad h. l. *ἀντὶ τοῦ μαμμόθρεπτοι*, vel Photius p. 245, 11 *Μαμμάκνθος: μαρὸς καὶ τηθαλλαδοῦς*. Comici versum, *Ὅκνεῖς λαλεῖν; οὕτω σφόδρ' εἰ τηθαλλαδοῦς*; habet Eustathius p. 971, 40. De vocibus *τηθαλλαδοῦς* atque *μαμμόθρεπτος* egregie disseruit Lobeckius ad Phryn. p. 299. Praeterea cognomen *Μαμμάκνθος* fuisse patet etiam e Themistio Quom. Philos. Dic. p. 323 Petav. *ὁ Μαμμάκνθος καὶ ὁ Κυρηβίων οὐκ ἐνινασθον ὑπὸ τοῦ λόγου*. Hic enim *Μαμμάκνθος* cum *Κυρηβίων* componitur Epicratis cognomine (de Epicrate Cyrebione vid. Meursium Lectt. Att. I, 4). Mammacythus et Melittides pro diversis hominibus habentur a Didyme apud schol. ad h. l. et ab Eustathio p. 1669, 51. Itaque sic censeo, *Μαμμάκνθος* alius hominis stulti, non ipsius Melittidis cognomen fuisse. Comparentur *Ἐπικράτης Κυρηβίων*, tum *Ἀχαιοὺς Κιλικίων*, de quo ad Pacem v. 359 disseram et plurima alia generis ejusdem. Nam alii quoque homines stulti memorantur, *Ἀμφιστείδης* (Photius p. 256, 21 et Suidas s. *Γέλοιος*) sive *Ἀμφιστείδης* (Eustathius p. 1669, 51 et Bekk. Anecd. p. 211, 29), praeterea *Βουταλίων* (schol. ad h. l. Suidas s. v. et s. *Μωροί*). Ita licebit etiam Amphistidae cognomen dare Mammacythi vel Butalioni, [de quo optime Meinekius Histor. Crit. p. 332.] Ejusdem generis alius homo est, cujus stultitiam comoedia notaverat, *Πολύδαρος Κοικύλιον*. Ac de hoc quidem viro jam ad Thesmeph. p. 330 recte mihi videor judicasse. Eodem in loco habendus erit *Θεοδοτίδης Σαννῶς* Cratini. Eustathius p. 1669, 45. *Τὸν μαρὸν οἰόμεν σάνναν καλεῖσθαι, ὡς ἀπὸ τινος κυρίου ὀνόματος. καὶ παράγεται Κρατίνος κομφῶν τοιοῦτον τὸν Θεοδοτίδην Σάνναν*. Ineptè quum idem Eustathius p. 777, 61 tum Photius p. 499, 21 hoc Cratineo loco freti *σάννας* explicant voce *μαρὸς* vocabulum minime atticum. Nihil enim ad Atticos Tarentini, de quibus Hesychius s. *Σάννορος*. Aliam Cratineae vocis *σάννας* explicationem, falsam tamen atque ex vano haustam, profert Aristophanes gr. Eustathii p.

1761, 21. Verum fortasse alius grammaticus viderat, quem Eustathius primo in loco sequutus ita scripsit, *ὡς ἀπὸ τινος κυρίου ὀνόματος*. Enimvero legendum est τὸν *Θεοδοτίδην* (sive *Θεοδοτίδην*) *Ξαννᾶν*. Nam *Ξαννᾶς* comica forma est Nominum Propriorum *Ξαννίαν* atque *Ξαννυρίαν* (vid. Lobeck. ad Phryn. p. 435 meque in Euphrosyne p. 80). Cratini *Ξαννᾶς* esse potest fatuus iste Sannyrio apud Aelianum V. H. XIII, 15, ubi aliis ante nominatis, quorum stuporem comoedia potissimum exagitarit, ita pergit: *Δόγος δὲ τις καὶ Ξαννυρίωνα τοιοῦτον γενέσθαι, ὃς ἐν τῇ ληϊνῇ τὴν κλίμακα ἐξήτει*. Hic igitur fatuus Sannyrio, si modo est Cratini *Ξαννᾶς*, comico poetæ Sannyrioni paullo aetate antecessit. Ceterum nomina *Ξαννίαν* et *Θεοδοτίδης* habet Demosthenes in Midiam p. 58, 6 B. Forte cecidit, ut ejus, qui omnium fatuorum tempore antiquissimus est, Coroebi accuratissimam notitiam habeamus. Etenim Coroebus, Mygdonis f., juvenis in ipso Trojae excidio periit. Qui factum sit, ut ejus nomini stultitiae nota inureretur, certum se scire negat Huschkius Anal. Crit. p. 190. At plura magnae stultitiae edidit documenta. Nam et amore insaniens alienissimo tempore Cassandram uxorem ducturus erat (Pausanias X, 27, 1), et sero rebus omnibus jam perditis Priamo et Trojanis auxilio venit (Eustathius p. 1669, 46). Maxime tamen hominis stupor in eo reprehensus est, quod effecit, ut Trojani clypeis mutatis Danaorum insignia sibi aptarent. Ita enim evenit, quod in tali causa solet, ut et per errorem suorum telis cum miserrima caede obruerentur, et fraude mox deprehensa magna pars a Danais concideretur (Virgilius Aen. II, 410 sqq. et v. 722 sqq.). Itaque Coroebus signum est hominis dolum ac pestem in semetipsum machinantis, sive perversi Ulixei. Quo pertinere videtur incertus scriptor apud Suidam s. *Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον*: — *Τὸν Κόροιβον Ὀδυσσεύς φήσας εἶναι τὸν πολύτροπον κτλ.* Hunc autem Coroebum stultum indaxerat etiam Euphorion (Servius ad Aen. II, 343).

V. 992. *λεῦσαις* lemma scholii, ABCDMRV et nonnullae edd. recentiores. — Schol. *πρὸς τὸν Αἰσχύλον δὲ ὁ χορὸς ἀπὸ τῶν αὐτοῦ. ἔστι δὲ ἀρχὴ αὐτῇ Μυρμιδόνων Αἰσχύλον. τοῦτο δὲ παρὰ τὴν ὑπόνοιαν.* Aeschyli locum servavit Harpocratio, *Προπεπωκότες ἀντὶ τοῦ προδεδωκότες — Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. ἐν ἀρχῇ δὲ τῶν Μυρμιδόνων Αἰσχύλος*.

Τάδε μὲν λεύσαις, φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ

δοριλυμάντορες Δαναῶν μόχθοις,

οὐδ' εἶσω κλισίας.

Lemma et Harpocratio et ex eo Photius p. 457, 6 et Suidas s. *Προπεπωκότες* sumserunt e Demosthene Pro Ctesiphonte p. 296, 6 B. Non magni interest, utrum tertio versu scribas cum Blomfieldo Praefat. ad Pers. p. XIV οὐδ' σὺ προπίνεις εἶσω κλισίας, an cum Butlero et Hermanno Opusc. V p. 137, οὐδ' προπεπωκὼς εἶσω κλισίας, ut θάσσεις vel μίμνεις vel ejus-

modi quiddam sequutum sit. Spanhemius ad h. l. legatorum verba fuisse censet, qui a Graecis tanta clade fatigatis ad Achillem missi erant, ut est apud Homerum II. ε', 168 sqq. Etenim infra ad v. 1264

Φθιώτ' Ἀχιλλεύ, τί ποτ' ἀνδροδάϊκτον ἀνόνων

λήκοπον, οὐ πελάθαις ἐκ' ἀργάν;

scholiastes haec habet, τοῦτο ἀπὸ τῶν πρέσβων πρὸς Ἀχιλλέα Αἰσχύλος πεποίηκεν· ἔστι δὲ ἐκ Μυρμιδόνων. At hoc scholium ita corrigendum est, Τοῦτο πρὸς Ἀχιλλέα ἀπὸ τῶν πρέσβων ὡς Αἰσχύλος πεποίηκεν κ. τ. λ. Haec dicuntur, inquit, ad Achillem e cantico legatorum apud Aeschylum. Itaque scholiasta teste Myrmidonum chorus e legatis constabat, non continuo e legatis ad Achillem missis. Hermannus l. l. p. 140 ita potius suspicatur, chorum Myrmidonum e delectis ex Achillis exercitu viris h. e. ex ipsis Myrmidonibus constituisse, qui cunctorum Myrmidonum nomine ad eum delegati sint. At non semper nomen tragoediis comoediisque a choro inditum est. Quodsi chorum legatio efficere potuit Myrmidonum, potuit etiam Graecorum, neque magnae molis fuit pro quinque Homericis duodecim vel quindecim legatos in orchestra producere.

V. 993. Vulgo, σὺ δὲ τί φέρε πρὸς ταῦτα λέξεις; μόνον ὅπως | μὴ — et sic Mut. At Venetus, σὺ δὲ δὴ τί φέρε πρὸς ταῦτα λέξεις; ὅπως μὴ (omisso etiam μόνον); Rav. σὺ δὲ δὴ φέρε πρὸς ταῦτα λέξεις; μόνος ὅπως μὴ (sic). Pro σὶ δὲ τί Cantabr. I σὺ δ' εἴ τι, pro τί φέρε Elb. φέρε τί. Vulgatam peperit trimetrorum studium, quo metrici tenebantur. Neque metro medetur Bentleji conjectura a Dindorfio recepta, σὺ δὲ τί φέρε —. Ego justum metrum redintegravi, sicuti vides,

σὺ δὲ τί δὴ πρὸς ταῦτα λέξεις,

ὦ φέρεσ τε; μόνον ὅπως δὲ

μὴ —.

Φέριστος frequens in poësi forma legitur in Aeschyli Septem v. 39, Soph. Oed. T. 1149 et alibi.

V. 994 sq. μὴ σ' — ἐλαιῶν affert Suidas s. Μη σ'.

V. 995. οἴση barbare schol. semel et vulgo Suidas. — ἐλαιῶν edd. ante Brunckium schol. Suidas Cantabr. II; ἐλαιων Rav. Brunckius ἐλαῶν et sic Cantabr. I Barocc. MVACE et Thomas Mag. p. 292 (p. 120 R.), ubi aliquot codd. ἐλαιῶν contra ipsius praeceptum et iterum p. 328 (p. 111 R.), ubi eadem discrepantia. Vide quae supra dixi ad v. 988.

V. 996. κατηγορήκε σου Barocc.

V. 998 — 1003. μὴ πρὸς — λάβης citat Suidas s. Ἰσίοις et s. Λεῖον.

V. 998. ἀντιλέξης Suidas utrobique, MV Cantabr. I E Monac. Elb.

^η
ἀντιλέξεις Cantabr. II.

V. 1000. τοῖς ἰσίοισι vulgo; τοῖαι ἰσίοις Mut.; τοῖς ἰσίοις, ut metrum

postulat, Paris. C lemma scholii et Suidas s. *Λεῖον*, idque Bentlejo auctore restituerunt Dindorfius et Bothius. Ceterum verissime schol. ἄκροισι δὲ, τοῖς ἐν ἄκρῳ δεχομένοις τὸ πνεῦμα καὶ μὴ κατὰ τὸ μέσον. Aptē Bergler comparat Eurip. Med. 524 Δεῖ μ' — ὥστε ναὸς κεδνὸν οὐλοστροφόν, | ἄκροισι λαίφρους κρασπέδοις ὑπεκδραμεῖν | τὴν σὴν στύμαργον, ᾧ γόναι, γλωσσαίγλαν. Eadem metaphora in Eqq. 434 ἄθρει, καὶ τοῦ ποδὸς παρίει.

V. 1001. μάλλον semel Paris. C et Suidas s. *Λεῖον*. — ἄξις libri omnes et Suidas utrobique [nunc etiam schol. RV, qui ἐπάξις τὸν λόγον κατ' αὐτοῦ]. Contra sententiam Seidler *εἰξις* conjecit. Cur enim Aeschylo cedendam erat? Immo contrarium dicit, ab initio summa sermonis lenitate et quasi tranquillitate utendum esse, postea vero, ubi se mente jam consistere neque ulla amplius ira concitatum esse seuserit, tunc magis magisque in Euripidem irruendum esse. Atque hunc sensum postulat formula μάλλον μάλλον, qua utuntur etiam Alexis apud Suidam sub ipsa voce, Πῶς ἐπινοεῖ τὸ πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῇ, | ἔπειτα μάλλον μάλλον; Euripides Iphig. T. 1406 μάλλον δὲ μάλλον πρὸς πέτρας ἦει σκάφος aliique apud Lobeckium Aglaoph. p. 385. Neque a vera sententia aberravit Bergler, qui τὸ πνεῦμα v. 1002 Euripideis verbis illustrarit Phoeniss. 454 σχάσον δὲ δεινὸν ὄμμα καὶ θυμοῦ πνοάς addideritque cum vehemente vento comparari Aeschyli iracundiam, quae nisi sedetur, tanquam navem eum abreptura sit; itaque dum nimis flet ventus iracundiae, juberi Aeschylum vela contrahere, ubi autem remiserit, tunc passis velis invehī. Quae quum ita sint, scribendum putavi ἄξις, quum praesertim hoc verbo in metaphora persistatur, ἄξις scil. τοῖς ἰστίοις. Ita Euripides in Troad. v. 1086 ἐμὲ δὲ πόντιον σκάφος | αἴσσον περῶσαι πορεύσει | ἐπὶ ὀρότον Ἄργος. Nimirum αἴσσειν est *vela facere*, prorsus ut dicitur θεῖν, de quo vid. intpp. ad Ecclesiāz. v. 109. Cursu et remis Cicero Pro Flacco c. XIV.

V. 1002. *φυλάξης* Cantabr. II. Recte versus divisi sunt in edd. ante Brannkium,

καὶ — τὸ
πνεῦμα λεῖον
καὶ λάβης.

Aptē cum hoc loco Lobeckius ad Ajac. v. 673 (p. 320 ed. I) comparat Philostratum Vitt. Sophist. II, 1 p. 564 τὸ μὲν πνεῦμα οὐ σφοδρὸν, ἀλλὰ λεῖον καὶ καθεστῆκός.

V. 1004. [Bene schol. R. *ἔτι ὁ χορός*. Alii videntur hos duo versus male Baccho tribuisse, ut supra v. 905 sq.] De ipso Aristophane haec leguntur in Pac. 733 ἐποίησε τέχνην μεγάλην ἡμῖν, ἀπτόργωσ' οἰκοδομήσας. Scholiastes ad Pacem quum nostrum versum 1004. affert, tum Pherecratis e Crapatalis versum, in quo Aeschylus de semetipso, "Ὅστις γ' αὐτοῖς παρῆδωκεν τέχνην μεγάλην ἐξοικοδομήσας, emendante Porsono Suppl. Praef.

Hecub. p. LI. Praeterea conferunt Antipatrum in Anthol. III, 25. 28. (II p. 124 Br.) Ὁ τραγικὸν φῶνημα καὶ ὀφρυνέσσαν ἀοιδὴν | πυργώσας στιβαρῇ
 πρώτος ἐν εὐεπίῃ | Διοσκούρος — atque Dioscoridis. Epigr. VII, 411 — κάμους
 τοῦσδε τελειοτέρους | Διοσκούρος ἐξύψωσεν, ὃ μὴ σμιλντὰ χαράξας | γράμματα,
 χειμάζῃ δ' οἷα καταρδόμενα κ. τ. ἔ.

V. 1005. κοσμήσας τραγικὸν λῆρον] haec verba, quae minime intellexit
 Blomfieldus Praefat. ad Persas p. VI, rectissime explicat schol. τραγικὸν
 δὲ λῆρον παρ' ὑπόνοιαν ἀντὶ τοῦ τέχνην, ὅτι ἀλλήλους διαβάλλουσι
 κομικοὶ καὶ τραγικοί. Non urbanius de philosophis Crassus orator ap. Cic.
 De Oratore II, 5. Nam et saeculis multis ante gymnasia inventa sunt,
 quam in his philosophi garrere coeperunt —.

V. 1006. τὴν ξυντυχίαν C.

V. 1007. πρὸς αὐτόν Rav. Borg. — δεῖ ἐμὲ C. Barocc. — φάσκιν Elb.
 Monac. — δ' om. M.

V. 1008. οὐνεκα] ἔνεκα C. Barocc. — χρῇ] δεῖ E. Rav. Barocc. At
 χρῇ (uetur Sextus Empir. Pyrrhon. Hypotypos. I, 19, §. 189 σύνθετος δέ
 ἔστιν — χρῆσθαι — ἀξιωμασιν ἀντὶ πνευμάτων, οἷον — πνευθάνομαι „τίνας
 ἔνεκα χρῇ θαυμάζειν ἄνδρα ποιητήν.“

V. 1009. βελτίστους CMV, scilicet propter μοχθηροτάτους v. 1011.

V. 1010. πόλει Rav. et edd. ante Kusterum. — ταῦτ' οὖν εἰ] ita dedi
 e Rav.; τοῦτο εἰ M.; τοῦτ' οὖν εἰ caeteri.

V. 1011. ἀπέδειξας] ἀπέφηνας Elb. μοχθηροτάτους] μοχθηροὺς R; μοχ-
 θηροτέρους V. Utramque varietatem habet schol. μοχθηροὺς δὲ ἀντὶ τοῦ
 αἰσχροτέρους. Nam librarii ut aequalia redderent βελτίους et μοχθηροτάτους,
 nunc βελτίστους nunc μοχθηροτέρους temere scripserunt. Superlativo inest
 vehementissima Euripidis reprehensio, nec valde mirum, Athenienses serio
 appellari μοχθηροτάτους, ut in tanta veteris comoediae licentia.

V. 1012. τεθνάναι· μὴ τοῦτον ἐρώτα] Ridicule, quasi dicat, ἰθὺν εἰβ' εἰ.
 Cf. Plut. 499 ΒΛΕΨ. οὐδεὶς ἄν· ἐγὼ τοῦτον μάρτυς· μηδὲν ταύτην γ' ἀνε-
 ρώτα. Avv. 492. ἐμὲ τοῦτό γ' ἐρώτα. Lucian. D. D. VII, 1. ΑΠ. ἐρώτα
 τὸν Ποσειδῶνα, οὗ τὴν τράϊναν ἔκλεψεν. Piscatt. c. 4. Ἄτινα μὲν εἰργασαι
 ἡμᾶς τὰ δεινὰ, σεαυτὸν ἐρώτα, ὃ κάκιστε. Adde Hesychium, Ἄλλον ἐρώτα:
 ἀνέκρινεν (malim, ἀν' ἀκρίνε).

V. 1013. τοῖσιν γ' edd. ante Brunckium; τοῖσιν ACD Monac. Barocc. RVM.

V. 1014. Διαδρασιπολίτης proprie is civis est, qui militiam detrectet.
 Et hanc ipsam vim habet nostro in loco, quantum intelligo ex oppositis.
 Recte igitur scholiasta sive Suidas in voce, ἀντὶ τοῦ δειλούς. Minus bene
 Phrynichus Bekkeri p. 34, 20. Διαδρασιπολίτης: ὁ διαδιδράσκων τὰς τῆς
 πόλεως ὑπουργίας καὶ μὴ βοσλούμενος [ἐν] τοῖς ἀναγκαίοις καιροῖς παρῆναι τῇ
 πατρίδι. Sed Phrynichus quod ionica forma utitur ab Aristophane aliena,
 aut aliud egisse videtur, aut aliunde hanc vocem repetivisse. [Immo hac

spectare videtur Phrynichus, cujus non inepta est explicatio. Cf. v. 1065 sqq.] Similibus loci, ab aliis tamen aliter habiti Acharn. 576 ὄραν πολιὸς μὲν ἄνδρας ἐν ταῖς τάξεσιν, | νεανίας δ' ὅλους σὺ διαδεδρακώτας sententiam proxima inprimisque v. 585 aperiant. Illi enim cives, qui magna mercede accepta legationis causa peregrinabantur, invidiose dicuntur militiam subterfugere, quo crimine nihil Lamacho esse potuit acerbius.

V. 1015. μηδ' ἀγοραίους μηδὲ] ita Dindorfius e Rav. Barocc. Male vulgo μήτ' ἀγοραίους μήτε.

V. 1016. Partim hinc partim e v. 1041 scriptor Philopatridis c. 25 κατ' ἀνδρῶν θυμολέοντων, πνεύοντων δόρυ καὶ λόγχας, καὶ λευκολόφους τροφαλείας.

V. 1017. θυμὸς ἐκταβοίους] vid. Lobeckium ad Ajac. v. 574.

V. 1018—1020. Edd. ante Brunckium, ET. καὶ δὴ — κακόν. ΔΙ. κρῶν. — ἐπιτρέψει. ET. καὶ —. ΔΙ. Αἰσχύλις —. AVM totum versum 1018 dant Baccho et sic Brunckius; E versus 1018. 1019 tribuit Euripidi; Barocc. apud Dobraeum (VII. I. p. 366) versus 1018. 1019 Baccho assignare videtur; Rav. versum 1018 ut in edd. ante Brunckium dispertit, tunc autem duo proximos versus dat Euripidi. Denique Cantabr. I versum 1018 Euripidi, duo proximos autem Baccho tribuit. Cantabrigiensem librum recte sequitur Dindorfius in edd. II, III, IV. Etenim primus versus inimici et adversarii est, caeteri autem sunt amici. Nemo certe, nisi Euripides dicere poterat, καὶ δὴ χωρεῖ τοῦτι τὸ κακόν, cum maxime hoc malum procedit. Eadem formula alio ordine τοῦτι καὶ δὴ χωρεῖ τὸ κακόν legitur in Vesp. 1483 et Nub. 896. — Ibid. αὖ] γὰρ Barocc. Cantabr. I male. — ἐπιτρέψει] ἐπιτρέψει CV; ἐπιτρέψει M; ἐπρίψει ed. Junt. I. Ne haec quidem verba nisi ab Euripide dici potuerunt. Bene schol. κρῶν καὶ λόφους διηγούμενος ἀφανίζει με τῷ κατάγω τῶν ὀνομάτων. Nam ἐπιτρέψαι hic est auditorem obtundere et quasi enecare, ut apud Lucian. Timone c. 9. Neque aliam vim habet κατατρέψαι ap. Xenophontem Memorab. I, 2, 37. Notus est Horatii jocus in Sat. I, 9, 29 confice — garrulus hunc quando consumet canque.

V. 1019. Edd ante Brunckium, καὶ σὺ τί δὴ δράσας αὐτοὺς οὕτως ἀνδρείους ἐξέδιδας; et sic ABD Cantabr. II; καὶ σὺ τί δράσας οὕτως αὐτοὺς ἀνδρείους ἐξέδιδας C. Borg.; καὶ σὺ τί δράσας αὐτοὺς οὕτως ἀνδρείους ἐξέδιδας Cantabr. I (at Cantabr. I plane eum C Borg. videtur consentire); καὶ σὺ τί δράσας οὕτως αὐτοὺς γενναίους ἐξέδιδας EM Vatic. Barocc. et (qui ἐξέδιδας) V; denique Rav. καὶ τί σὺ caetera eodem modo. Vaticani lectionem probaverunt Bentlejus in Opusc. p. 470 ed. Lips. et Kuster; Ravenatis ante me jam Dindorfius. Inepte Brunckius suam ipsius conjecturam sequutus, σὺ τί δὴ δράσας αὐτοὺς οὕτως γενναίους ἐξέδιδας;

V. 1021. Pro Ἄρεος e Rav. Ven. dedi Ἄρεως praesente Dindorfio. —

ποιον;] id edd. ante Brunckium dant Euripidi, sed Baccho Brunckius et sic BCDMRV. — Bene Stanlejus ad Aeschyli Vitam et ad h. l. Spanheimius conferunt Plutarchum Moral. p. 715 E. ὥσπερ καὶ τὸν Διογύλιον ἱστοροῦσι τὰς τραγωδίας ἐμπύκνουντα ποιεῖν, καὶ οὐχ ὡς Γοργίας εἶπεν, ἢν τῶν δραμάτων αὐτοῦ μιστὸν Ἄρεως εἶναι τοὺς ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, ἀλλὰ πάντα Διονύσου. Hinc patet, Gorgiae dicto usum esse Aristophanem. — Dia frustra dubitatum est, utrum ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, an ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις vera tragoediae inscriptio sit. At dativus omni propemodum auctoritate caret, ut ne dubitationi quidem locus sit. Contra quod et Alexidis (ap. Athen. VII, p. 294, a) et Amphidis (ibid. p. 295, e) comoediae in optimis quibusque codd. Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις recte nuncupantur: suspicari licet, ad septem illos duces contra Thebas profectos sic allusum esse, ut tamen in eorum locum alii quidam septem ad ipsas Thebas lepide succederent, veluti παρθέναι Βοιωτίας Κωπᾶδος sive Κωπᾶδες κόραι, anguillae similesque deliciae.

V. 1022. Discimus ex h. l., Septem inter praestantissimas Aeschyli tragoedias relatum esse, propterea quod ea animi bellicae virtutis cupiditate inflammarentur. Quae hodie sui dissimilis est ac vehementer corrupta. Praeterea ex h. l. elucet, Aristophanem ipsum Septem illos Aeschyli valde admiratum esse. Quo probabilius duco, Aristophanem suis Phoenissis nihil antiquius habuisse, quam ut Euripidis Phoenissas exploderet. Nam in hac tragoedia expolienda ideo potissimum tantum studii Euripides consumsit, ut Aeschyli Septem, quos supra dixi, arte felicitateque superaret. Quin et Aristophanis et vero etiam Strattidis Phoenissas ad irridendam Euripidis fabulam compositas fuisse jam Valckenarius Praef. ad Phoen. p. VI conjecit atque hoc quidquid est conjecturae etiam fragmenta quaedam commendant. Ceterum confer Aristoclem Athenaei I, 22, a.

V. 1024. ἔνεκα CMRV Cantabr. I Barocc. — Recte schol. δῆλον, ὡς οὐ φίλων ὄντων τοῖς Ἀθηναίοις τῶν Θηβαίων, ἀλλὰ διαφερομένων (scil. in Peloponnesio bello). Ineptit Brunckius.

V. 1025. ὅμιν Cantabr. I ἡμῖν C Elb. — αὐτ' V Barocc. — τοῦτο τραπέσοι Rav. τοῦτ' ἐτρέπεσθε Elb. Monac.

V. 1026. Vulgo εἶτα διδάξας τοὺς Πέρσας μετὰ τοῦτ' ἐπιθυμῶν ἐδίδαξα. Articulum τοὺς om. CRVM Cantabr. I Barocc. tres codd. Porsoni Suppl. Praef. Hecub. p. LII (in quibus haud dubie est Barocc., fortassis etiam Cantabr. I). — μετὰ τοῦτ'] μετὰ ταῦτ' duo Parisini; μετὰ ταῦτα Elb. Monac. Ineptit Brunckius κατὰ ταῦτ' conjecit. De formulis εἶτα μετὰ τοῦτο et εἶτα μετὰ ταῦτα satis dixit l. l. Porsonus. — Libri omnes ἐπιθυμῶν ἐδίδαξα praeter Elb. (et Monac.?), qui ἐπιθυμῶν ἐπόησα. Certatim Bentlejus, Porsonus l. l., Reisigius Conj. p. 224,

εἶτα διδάξας Πέρσας μετὰ τοῦτ' ἐπιθυμῶν ἐξεδίδαξα.

id quod post Dindorfium et Bothium recepimus. Nempe librarii ut metrum sua ipsorum culpa vitiatum quacunque ratione emendarent, pro *ἐξαδίδαξα* scripserunt *ἐδίδαξα*, quam eandem fraudem supra quoque v. 1019 admisserunt. Sed ejusdem verbi repetitioni *διδάξας* — *ἐδίδαξα* solum metrum repugnat, non etiam, ut Porsonus statuere videtur, sententia. Cf. Ciceronem De Offic. I, 10. Ea quum tempore commutantur, commutatur officium; ubi Beier similia dedit. — Primum, inquit, Septem tragoediam edidi eo consilio, ut quilibet militem se esse cuperet (nam *δαίος* v. 1022 miles et bellator est a voce *δαῖς* pugna); postea autem Persas docui, ut militi devincendi hostis cupiditas injiceretur. Dum lectio *εἰτα* — *μετὰ τοῦτ'* stabit, certum erit, Persas serius, quam Septem in lucem editos esse iudice Aristophane, qui nullo modo errare potuit, multo minus autem mentiri. Quo magis mirum est, Aristophani repugnare scholiastas ad h. l. τὸ δὲ εἰτα καὶ τὸ μετὰ τοῦτο οὐ θέλουσιν ἀκούειν πρὸς τὰς διδασκαλίας, ἀλλ' ἐν ἑσφ τῇ καὶ τοῦτο ἐδίδαξα καὶ τὸ ἔτερον, et supra ad v. 1021 οἱ Πέρσαι πρότερον δεδιδασμένοι εἴδιν, εἰτα οἱ ἑκτὰ ἐπὶ Θήβας' νῦν δὲ τὸ ὕστερον πρότερον εἶπε. κλῆν οὔτε τῇ ποιητῇ ἐγκλητέον (οὐδὲ γάρ ἐστιν ἀκριβῆσαι τὸ τοιοῦτον), οὔτε τοῖς ἀπελέγχουσιν αὐτόν. [Rav. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἀκριβῶσαι τ. τ. Quare scribo, οὐδὲ γὰρ ποιητοῦ ἐστιν ἀκριβῶσαι τὸ τοιοῦτον.] Ceterum scholiastas, ne plane mentiantur, equidem ad Thesmoph. p. 238 conjeci de secunda vel tertia Septem tragoediae commissione loqui e didascalii sibi nota, quae primam Persarum editionem tempore sequuta sit: certum enim esse, celeberrimas illas Aeschyli tragoedias vel vivo poeta iteratas esse. Atque huic conjecturae tanto plus tribuere soleo, quo major hic quidem recte aestimanti scholiastarum esse debet auctoritas. Pendent enim a doctissimis grammaticis, ut Chaeride, Herodico, Didymo, Eratosthene ipso, quorum partim versus abhinc secundi causa veteres Persarum didascalias scrutati erant.

V. 1027. Vulgo *αἰεῖ*, sed *αἰεῖ* BCDMRV Barocc. Cantabrr. I, II et Juntina tertia.

V. 1028. Vulgo *ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Λαφείου τοῦ τεθνεώτος*, et sic omnes fere codices, praeterquam quod τοῦ om. ABCDE Cantabrr. L II VM Barocc. Borg. et qui levissimo errore scribit *ἐχάρην* Rav. At Parisinus C *ἐ. γ. ἡνίκ' ἀπηγγέλθη π. Δ. τ.* Sic etiam margo libri nescio cujus Florentini apud Dindorfium idemque fortassis suo in codice legebat scholiasta, qui hoc ipso verbo utatur, *Ἐν τοῖς φερομένοις Αἰσχύλου Πέρσαις οὔτε Λαφείον θάνατος ἀπαγγέλλεται* —. Nempe e totis scholiis patet, jam grammaticos, Chaeridem, Herodicum, Didymum invenisse scripturam plerorumque codicum, *ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Λαφείου τεθνεώτος*. Itaque altera ista lectio, *ἡνίκ' ἀπηγγέλθη* conjectura eaque et audacissima et infelicissima esse videtur grammatici, qui metrum tamen saluum vo-

taerit. In optimis emendationibus, quas mihi usqueam reperisse videor, haud dubie ea est, quam protuli ad Thesmoph. p. 237,

Ἐχάρην γοῦν νικηάκουσας παρὰ Δαρσίον τεθνεώτος.

De crasi illa pro *νικῆσαι ἀκούσας* supra dictum est ad v. 509. Nunc edidi minima mutatione *ἐχάρην γοῦν τῇ νικηάκουσας παρὰ Δ. τ., i. e. τῇ νίκη ἀκούσας*. Eiusdem generis crases sunt *τυχεύαθῃ*, quam tractavi ad Thesmoph. v. 283 aliaque apud Reisigium Synt. Cr. p. 27 sq. Jam primum optime inter se conveniunt verba *νικᾶν ἀπὸ τοῦ ἀντικάλους* atque *τῇ νίκη*: quando et Aeschylus populum cupiditate inflammavit hostes vincendi et Bacchus sane gavisus est audita victoria. Nec minus apte opposita membra sibi respondent, *ἐχάρην γοῦν τῇ νίκη* —, ὁ χορὸς δ'εὐθὺς —. Nam Atheniensium quidem Bacchus gavisus est, quum victoriam de Persis reportatam a Darii umbra accepisset; at contra Persarum chorus statim complosis manibus lamentari coepit. Tum vero haec ipsa plane in Persis Aeschyli leguntur v. 800—823, quo in loco Darii umbra victoriam Plataensem praedicat. Denique ibidem chorus quoque lamentans exclamat *Ἴανοι* in ephymnio v. 664. 671. *Βάσκε πάτερ ἄκακε Δαρσί' Ἴανοι* secundum optimam emendationem Blomfieldi, quae etiam Dobraeo probata est. Nam *Ἴανοι* lamentantis exclamatio est, prorsus ut *Ἰαῶ* supra v. 272. Cedo, quid tandem his tam certis rationibus opponi potest? Non illud profecto, chorum alio in loco clamare *Ἴανοι*, quo Darii umbram primum evocet; minime enim necessarium est, ut utrobique eadem pars illius tragoediae afferatur. Immo nihil plane ad rem attinet, quod *Ἴανοι* non eodem loco positum est. Nam hic etiam, ubi Darii umbram evocat, chorus tamen jam novit Salaminiam cladem et ob eam ipsam ejulans dicit *Ἴανοι*. Quippe res ad Salaminem gestas multo ante chorus edocetur a nuntio v. 255 sqq. Omnium minime vero illis verbis offendi debemus, *τὸ χειρ' ὠδὶ συγκρούσας*, quae dicta sunt verissime. Chorus enim inter crebra lamenta atque exclamationes Darii umbram evocans profecto manus comploserat, quod cur factum neget vir amicissimus, fateor me non intelligere. Etenim omni tempore omnes gentes in luctu manuum plangore usae sunt. Praeterea gestus agere plurimos solebant barbari, ut in ipsius Aeschyli Phrygibus chorus Phrygum saltatione ac gestu preces suas expressit. Tam minutae res ne notabantur quidem parepigraphis. Aptè Naekius affert Quintilianum XI, 3. Postremo hic versus simul refertur ad superiora Aeschyli verba *κοσμήσας ἔργον ἀρίστον* cum justissima quidem illius tragoediae laude. Eximiam enim vim in spectatorum animis habere debebat victoria de Persis reportata, quam nuntiaret vaticinio Darius Persarum rex idemque olim hostis Athenarum acerrimus, cujus ne umbra quidem in scena ac tumulto conspici potuit, quin universis Atheniensibus in memoriam revocaret Marathonem. Sed de hoc loco critici ad unum omnes errasse

videntur. Nam Brunckius in adnot., Hermannus in Opusc. II p. 97, Diodorfius, Bothius interpolatam scripturam ἦνίξ ἀπηγγέλθη amplexi sunt. Et Hermannus quidem visus est Bacchus, semper aliquid ineptiarum afferens, hic eo se ridendum praeberere, quod, ut soleant stolidi et inficeli, omnia confundat, et non modo alia, quam quae vera sint, sed ea ipsa ridicule referat. Melius paullo Bothius in adnot. conjecit, ἐχάσθη γοῦν, ἦνίξ ἀπηγγέλθη παρὰ Δαρσίου τεθνεώτος, et παρὰ Δαρσίον τεθνεώτος jam ante scribi voluerat Welcker p. 215 improbata tamen lectione ἀπηγγέλθη. Recte vero postea idem Hermannus in literis ad me datis contendit, vetus quoddam mendium subesse, grammaticorum aevo illud vetustius. Attamen conjectura Viri Summi,

Ἐχάσθη γοῦν, ἦνίξ γ' ἦκουσ', ὡς παρὰ Δαρσίον, τεθνεώτας

probari non potest. Postea Hermannus ad deteriores scripturas reversus conjecit, ἐχάσθη γοῦν, ἦνίξ ἐπηγγέλθη περὶ Δαρσίον τεθνεώτος, id quod ipse vertit optima sane sententia, *quum mihi Darii umbra annuntiaretur*. At vero id potius vertendum esset, *quum mihi nuntiata esset mors Darii* neque *annuntiare* Graecis est ἐπαγγέλλειν, sed προσαγγέλλειν atque εἰσαγγέλλειν. Postremo Naekius, vir desideratissimus, in Opusculis I p. 203 sqq. Seidlerio duce interpolationem ἦνίξ ἀπηγγέλθη et ipse probat, neque rectius λαοῖ conjicit comicum esse et plenum laetitiae, denique Bacchum comicae licentiae vitio opinatur de Aeschyli Persis falsa mireque confusa referre. At Bacchus nunc quidem haudquaquam est ebrius. Transeo ad veteres grammaticos, quorum aetate patet criticae artis magnam fuisse infantiam. Fieri enim non potest, quin illi aut monstro lectionis, ἐχάσθη γοῦν, ἦνίξ ἦκουσα περὶ Δαρσίον τεθνεώτος, aut interpolationi aequae absurdae ἦνίξ ἀπηγγέλθη secure indormiverint. Tantum vero absuit, ut vitia corrigere studerent aut ad ullius conjecturae laudem adspirarent, ut in tam manifesta loci depravatione quasi ad aram confugerent ad explicationem. Atque ea ipsa, quae de duplici Persarum editione ab iis dicuntur, ineptissima sunt. Nam illud quidem in neutris Persis fieri ullo modo poterat, ut mors nuntiaretur Darii. Quare secunda ista Persarum editio nihil quidquam grammaticis prodest. Sed in scholiis primum λαοῖ cum diversissimo illo εὐοῖ confusum est verbis ὃ ἐστὶν ἐπιφώνημα — χαρῶς ἐπιφούσης. [Recte a tribus libris haec verba absunt nec leguntur nisi in uno cod. Parisino.] Tum extremam scholiorum partem ita corrogo, Τινὲς δὲ Δαρσίον ἀντὶ τοῦ Πιέρξου, ὅτι τοῖς πατριωνυμοῖς ἀντὶ τῶν κυρίων κέχρηται. Οἱ δὲ, ὅτι ζῆ ἔτι ὁ Πιέρξης, καὶ ὅτι εἰδωλὸν Δαρσίον φθίγγεται ἐκεῖ, τεθνεώτος δηλοῦνται. In his repetitur et iterum refutatur Chaeridis opinio, ut haec simillima sint superioribus Χαῖρις — βλέπει φάος. Similiter γράφουσι supra delevi in scholio ad v. 363. Postremo de altera Persarum editione haec leguntur in Vita Aeschyli Robortelliana p. 13 (T. V p. XLIV Sch.)

Φασιν ὑπὸ Ἑράωνος ἀξιωθέντα ἀναδιδάξαι τοὺς Πέρσας ἐν Σικελίᾳ καὶ Ἰαν
 εὐδοκίμῃσαι. Ita codex Guelferbytanus, qui idem proxima verba ἐκ τῆς
 μουσικῆς ἱστορίας rubricata habet tanquam lemma, confirmans optimam
 conjecturam Naekii in Opusc. I p. 201. De eadem re scholiastae ad h.
 l. haec habent, Ἡρόδικος δὲ φησι διττοῦ γεγονέναι τοῦ θανάτου (sic), καὶ
 τὴν τραγωδίαν ταύτην περιέχειν τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην. δοκοῦσι δὲ οὗτοι
 οἱ Πέρσαι ὑπὸ τοῦ Αἰσχύλου δεδιδάχθαι ἐν Συρακούσαις σπονδάσαντος Ἑ-
 ρανος, ὃς φησιν Ἑρατοσθένης ἐν γ' περὶ κωμωδιῶν. ΑΛΛΩΣ. Αἰδύμος, ὅτι
 οὐ περιέχουσι θάνατον Δαρείου οἱ Πέρσαι τὸ δρᾶμα. διὸ τινες διττὰς καθέ-
 σεις τουτέστι διδασκαλίας τῶν Περσῶν φασι, καὶ τὴν μίαν μὴ φέρεσθαι. Ab
 initio haud dubie nonnulla desunt, quorum haec sententia fuisse videtur,
 Ἡρόδικος δὲ φησι διττὰς γεγονέναι [τὰς καθέσεις, ὧν μίαν ἀρχεσθαι ἀπὸ
 τοῦ Δαρείου] θανάτου, καὶ τὴν τραγωδίαν —. Naekius l. l. p. 199 Herodici
 verba tam infeliciter tractat, ut grammatici mentem perverterit, sed p. 196 He-
 rodici locum bene derivat ex opere *Κωμωδοῦμενα*. Praeterea e verbis *δοκοῦσι*
 δὲ οὗτοι οἱ Πέρσαι (h. e. nova Persarum recensio, quam Herodicus finxit)
 ingens vitium tollemus. Neque enim hujus mendacii ab Herodico primum
 commissi ullo modo auctor esse poterat magnus ille Eratosthenes. Quae
 difficultas vehementer Naekium l. l. p. 194, p. 196, p. 200 frustra tamen
 exercuit. Nempe inserto *φερόμενοι* corrigendum est, *δοκοῦσι δὲ οὗτοι*
οἱ φερόμενοι Πέρσαι —, ita ut his ipsis verbis *δοκοῦσι δὲ* — *περὶ κωμω-*
διῶν opinio Herodici Eratosthenis auctoritate refutetur. Plane eandem
 Persarum tragoediam, quae primum Athenis data esset, non novam ejus
 recensionem Syracusis repetitam esse Blomfieldus Praef. ad Pers. p. XXII
 ed. Lips. atque Naekius l. l. p. 195 statuunt argumentis parum idoneis.
 Sequitur, ut recte hos duumviros judicasse demonstremus. Ac primum
 nostra emendatione *φερόμενοι* effectum est, ut hujusce sententiae locuple-
 tem testem habeamus Eratosthenem. Tum in iisdem scholiis nostrae,
 quae aetatem tulit, tragoediae argumentum quum enarratur, tum contineri
 dicitur ἐν τοῖς *φερομένοις Αἰσχύλου Πέρσαις*. Herodicus autem quam novam
 hujus tragoediae recensionem excogitavit, eam, ut in iisdem scholiis est,
 conjecit μὴ φέρεσθαι. Ex quo certissimum est, grammaticos illos hanc
 tantam, quae ad nos pervenit, Persarum tragoediam, non item novam
 ejus recensionem cognitam habuisse. Itaque unus Herodicus conjecit,
 duas exstitisse Persarum recensiones, quarum posterior Syracusis edita non
 Salaminiam victoriam, ut nostri Persae, sed Plataeensem inprimis cele-
 brarit. Cujus ego mendacii mirari satis non queo impudentiam. Nam
 quomodo tandem ille novae, quam putat, recensionis argumentum scire
 potuit, quam recensionem ipse dixerit interisse? Nempe de argumento
 suam ipsius opinionem sequitur, conjicitque de morte Darii e corrupto
 Aristophanis loco, de Plataeensi autem pugna fortassis ex eo, quod hoc

spectaculum Doriensibus haud dubie gratius futurum fuisse videatur. Quae omnia ex tempore fundit, ne argumentatio sua tota concidat. Sed mentiens Herodicus domestico indicio prodi ac paene sua indui confessione videtur. Nam si alteri Persae Syracusis dati Plataensem pugnam inprimis complectebantur: certe sequitur, priores Persas, qui aetatem tulerunt, Athenis in lucem editos esse atque ob eam ipsam causam ab Aristophane h. l. memoratos; quando haec quidem tragoedia Salamiuiam pugnam potissimum complectitur.

V. 1029. δ' om. Rav. Tum vulgo *ἐνγκρούσας*. Sed *συγκρούσας* RVM Barocc. et fortasse scholiasta idque praetulit etiam Dindorfius.

V. 1030. *ἄνδρας χορή*] *χορή ἄνδρας* Elb. Monac. *ταῦτα χορή ποιητὰς ἄνδρας ἀσκεῖν* Barocc. De γὰρ cito repetita dixi in Quaest. Luc. p. 183.

V. 1032. *Ὀρφεὺς μὲν γὰρ*] *Ὀρφεὺς μὲν* Monac; *Ὀρφεὺς γὰρ* lemma scholii; *Ὀρφεὺς γὰρ τὰς τ. a m. rec.* Barocc. — *Καταδεικνύναι μυστήρια, τελετὰς*, in hominum notitiam proferre illustrat Lobeckius Aglaoph. p. 205 sq. Etsi illud verbum hic quidem Orpheo, Musaeo Hesiodoque potius tribuitur ut poëtis, quorum carmina primum publice edita saepe illi *καταδειξαι* dicuntur (ut infra v. 1062. 1079), saepius etiam *ἐπιδιδέξαι* (hoc attigi ad Thesmoph. p. 626). Horat. A. P. v. 74 monstravit Homerus. Ritus sacrorum mysticos ab Orpheo primum institutos singulare quoddam sacrorum genus fuisse inter plerosque convenit. Verissime tamen Lobeckius in Aglaoph. p. 239 atque p. 295 sic iudicat, Orphica sacris Thracum Baccicis longe longeque similia fuisse, quam Atheniensium Eleusiniis.

V. 1033. Inepte schol. *ὡς πρῶτον ὄντος Ἡσιόδου μέμνηται*. At Aristophanes Hesiodum ob rhetoricam causam ante Homerum nominat, quia ad Aeschylum redeundum erat Homero, tanquam ab huius tragici exemplo, non ab Hesiodo, a cuius poësi longe Aeschylus abhorrebat.

V. 1035. *ἔσχε* edd. ante Brunckium et MRE. — *καὶ κλέος ἔσχε*] *ἔσχε καὶ κλέος* Elb. Monac. ABCDMV Cantabr. II. — Libri omnes τοῦθ'. Recte Bentlejo auctore Dindorfius, Bekker, Bothius τοῦθ'.

V. 1036. *Διο.*] *Εὐριπ.* Rav. Barocc. Cantabr. I, II. — De Pantacle, pravo homine saneque inepto, schol. *διαβάλλει τὸν Παντακλῆα ὡς ἀμωβῇ ἐν τῷ ὀπλίζεσθαι. μέμνηται δὲ τοῦτου καὶ Εὐπολῖς ἐν Χρυσῷ Γένει. » Παντακλῆς σκαιός.* At σκαῖος non ex Eupolide, sed ex hoc Aristophaneo *Παντακλῆα* — *τὸν σκαιώτατον* ductum videtur. [Codex Flor. v. σκαιός omisso ut Eupolidea affert *Παντακλῆς σκοπῶν*.] Optime vero divinavit Valesius ad Harpocrat. p. 47 Gron., et ab Aristophane et ab Eupolide Pantaclem dici poëtam. Harpocratio s. *Διδάσκαλος*, — *Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τοῦ Χορευτοῦ· ἔλαχον, φησι, Παντακλῆα διδάσκαλον· ὅτι γὰρ ὁ Παντακλῆς ποιητὴς, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις*. Antiphontis locus est in illa ipsa oratione p. 11, 2 B. *Ἐπειδὴ χορηγὸς κατεστάθη ἐς Θρακίαν*

καὶ ἔλαχον Παντακλῆα διδάσκαλον καὶ Κευροπίδα φηλὴν πρὸς τῇ ἑαυτοῦ, τούτῳ τῇ Ἐρεχθίδι. — Chorus, quem Antipho dicit, non virorum fuit sed puerorum, ejusque chori praefectum sive choregum non una sed duae simul tribus constituerunt festo Thargeliorum. Quae utraque res facit, ut ad Thargelia spectare hunc titulum censeam ap. Boeckh. C. I. v. I. f. II p. 345 N. 216

[Ἐρεχθί] ἰας Ἐρεχθιδάχου

Κυδαθηναίους ἐχορήγει

Πανδιονίδι Ἐρεχθίδι παιδων.

Tum ex Antiphontis verbis etiam illud consequitur, Pantaclem poetam fuisse dithyrambicum. Nam Thargeliorum festo cyclii chori exhibebantur (Suidas s. Πύδιον). Postremo recte Meinekius Qu. Sc. III p. 2 et ibid. p. 63 [sive Histor. Com. p. 6] Pantaclem poetam agnovit in didascaliae fragmento ap. Stephanum Byz. s. v. Ἀτήνη: — Πατροκλῆς Ἀθηνὸς ἐχορήγει καὶ Παντακλῆς. Mutilum locum sic explet Meinekius, Πατροκλῆς Ἀθηνὸς ἐχορήγει, [Ἀτιοχίς] ἐνίκα, Παντακλῆς [ἐδίδασκεν.] Consimiles titulos vide apud Boeckhium l. l. Patrocles hujus didascaliae esse potest homo ille ditissimus maximeque avarus et immundus, de quo satis exposui in Quaest. Aristoph. p. 80 sq.

V. 1038. ἤμελλ' ἔμελλ' Barocc. Elb. — Apte Pantacis inscitiam scholiasta loco Homeri illustrat Il. γ', 336 sq., pulchre canentis, ut Paris veste armisque sumtis dimicationi se instruxerit.

V. 1039. τοι γὰρ R, τὸ V, τὸ Elb. — ἀγαθὸς καὶ ἀγαθὸς MRV Paris. C. Cantabr. I Barocc. — καὶ Λάμαχος καὶ Λάμαχος Barocc. i. e. forsitan γὰρ Λάμαχος. Dicitur Homerus ὀπίσθις ἀνδρῶν docuisse non ille quidem Pantaclem, veruntamen Lamachum. Et profecto magna in laude fuisse Lamachi armatum clarissime perspicitur e praeclaro illo loco Acharn. v. 1062, ubi ipse Lamachus, Παῖ, παῖ, φέρε' ἔξω δεῦρο τὸν γύλιον ἐμοὶ et quae sequuntur. Adeo Lamachus Homeri in re bellica discipulus ad ipsos paene Homeri heroas cum quodam insigni splendore refertur. Hoc igitur magis e Lamachi dignitate visum est, quam eundem dicere ex Aeschyli disciplina profectum esse, quod alioquin fieri et ipsum poterat. Nam a v. 1013 bellicae rei studio homines a se inflammatos esse Aeschylus gloriatur, qui si Lamachi se praeceptorem ferret, gravissime refutaret calumnias Euripidis supra v. 964—966. Sed in sententia de ipso Lamacho ferenda ne Aristophanem parum sibi constare dicas, sic habeto. Reprehenditur ille vivus in eis quidem fabulis, quibus pax commendatur, h. e. in Acharnensibus et in Pace, reprehenditur autem hoc tantum nomine, quod nimia bellandi cupiditate incensus sit. Quum igitur nostro loco verba Λάμαχος ἦρας plane ex animi sententia dici appareat, eadem vocabula αὐτὸς Λάμαχ' ἦρας in Acharn. v. 549. 553 salse potius ironiceque ponuntur.

Contra mortuus ad caelum laudibus effertur non hic solum, verum etiam in Thesmoph. v. 841. Quae laudes ad totius populi sensum accommodatae sunt. Athenienses enim Lamachum, qui fortissime pugnans in Sicilia ceciderat, miro desiderio prosequabantur. At vero iidem quum Alcibiadem oderant, tum ipsi Niciae mortuo gravissime succensebant, uti testatur Philistus Pausaniae I, 29, 9.

V. 1040. πολλὰς] πολλὰς Rav. — ὅθεν ἡμῇ φησὶν ἀπομαξαμένη] Nobilissimae illae et maxime militares maximeque Aeschyleae tragoediae, quibus Iliadem imitatus est, omnes perierunt. De re ipsa consentit Athenaeus VIII p. 347, e — Ἀλκύνου, ὃς τὰς αὐτοῦ τραγωδίας τεμάχῃ εἶναι ἔλεγε τῶν Ὀμήρου μεγάλων δειπνῶν. Nempe singulos Iliadis locos et quasi scenas saepe in tragoediarum formam redegit. Est etiam, qui Aeschylum propterea laudet, quod non totam Iliadem, sed partes tantum Iliadis finibus singularum tragoediarum complexus sit. Aristotelem dico in Poët. 18, 17 *Χρὴ δὲ — μὴ ποιεῖν ἐποποιικὸν σύστημα τραγωδίας. ἐποποιικὸν δὲ λέγω τὸ πολύμυθον, ὅλον εἴ τις τὸν τῆς Ἰλιάδος ὅλον ποιῶι μῦθον. ἐκεῖ μὲν γὰρ διὰ τὸ μῆκος λαμβάνει τὰ μέρη τὸ πρότερον μέγεθος· ἐν δὲ τοῖς δράμασι πολὺ παρὰ τὴν ὑπόληψιν ἀποβαίνει. σημεῖον δέ· ὅσοι Πέρσιν Ἰλίου ὄλην ἐποίησαν, καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥσπερ Εὐριπίδης Νιόβην, καὶ μὴ ὥσπερ Ἀλκύνος, ἣ ἐκπίπτουσιν ἢ κακῶς ἀγωνίζονται.* Quem locum nunc aliter paullo, atque olim (De Aeschyli Niobe p. 3 adnot.) institui, puto corrigendum esse. Scribo enim, ὅσοι Πέρσιν Ἰλίου ὄλην ἐποίησαν, ὥσπερ Εὐριπίδης, καὶ μὴ κατὰ μέρος, ὥσπερ Ἀλκύνος Νιόβην, ἣ ἐκπίπτουσιν κ. τ. λ. Scilicet Aeschylus e tam paucis Homericis Niobe versibus Il. ω', 602—617 totam tragoediam contexuerat. Ergo aptissime Nioben potissimum nominavit Aristoteles, non alias fabulas similiter ex Iliade ductas, ut Myrmidones, Nereides, Phryges, Philoctetam, Psychostasiam. Minime vero ad illum Aristotelis locum pertinet scriptor Vitae Aeschyleae p. 13 ed. Robert. ita corrigendus, *Διὰ τοῦτο αἱ τῶν δραμάτων ἐπιγραφαὶ προγράφονται τοῦ ποιητοῦ »Νιόβη Ἀλκύνου, Ὀμήρου δὲ Ἰλιάς.* αἱ μὲντοι (libri μὲντοι) γὰρ εἰσιν αἱ ποιήσεις αὐτῶν. Vulgo προσγράφονται, sed recte Hermannus προγράφονται e codice. Ceterum ut Iliadem Aeschylus, ita Sophocles polissimum Odysseam expressit (Vit. Sophocli. p. XXI ed. Lips.). Sed quod saepe dicitur Sophocles ὁ φιλόμηρος, id non tam ad res spectare videtur, quam ad dictionem.

V. 1041. Quum de Homeri imitatione agatur, apte ponitur Homericum epitheton, ut Il. η', 228 Od. λ', 267; habet etiam Hesiodus *Θεογ.* 1007. Adiectivum ex Ald. J. I et II restituit Diadorflus. Perfricula edd. Lugd., Porti, Kusteri, Brunckii omnesque interpretes inde a Frischlino, tanquam de viro scilicet, *Θυμολέοντων*, insipientiores illi parente Philopatriidis c. 25. Jam vero Patrocli virtutem in *Myrmidonibus* celebratam esse

optime iudicat Hermannus in Opusc. V p. 144, refutato ibidem p. 146 Welckero, qui in Trilogia Aesch. p. 423 Patrocleam infeliciter sane inseruit *Nereidibus*. Sed quae de Teucro dicturus eram, partim occupavit Welckeri sollertia ibid. p. 439. Assentior enim hanc trilogiam constituenti, Armorum Iudicium, Thressas, Salaminias. Prima autem fabula ignominiam, secunda mortem Ajacis complectebatur; in tertia agebatur de Teucro. Et Salaminiarum quidem idem prorsus argumentum fuit, quod Sophocles et ex eo Pacuvius in tragoedia *TETKPOΣ* sequuti sunt. Probabile est enim, omnes hasce tragoedias in ira paterna atque Teucris fuga versatas esse. Quare in Salaminis Teucer, quum se Telamoni excusatum cuperet, de fortitudine sua videtur gloriatus esse, auctore Homero in *Il.* μ', ν', ξ'. Adeo Teucris virtutem Aeschylus in Salaminis *Mulieribus* dedita opera tractasse videtur, quam eandem fortasse in Myrmidonibus attigit atque inchoavit. Recte enim de Myrmidonibus ita statuit Hermannus l. l. p. 142, igni Graecorum navibus injecto videri nuntium aliquem venisse, qui de his rebus exponeret. Atqui eo ipso tempore, sicuti apud Homerum est, Teucris virtus mire enituit.

V. 1042. ἀντεκταίνειν Mut.

V. 1043. Φαίδρας — πόρνας | Dicitur Hippolytus prior ('*Ἰππόλυτος καλυπτόμενος*'), de qua tragoedia disputavi ad Thesmoph. p. 198 sq. *Σθενεβοίας* | *σθενεβοίας* Barocc. De utraque orthographia vid. interpretes ad Hyginum f. 57. Atque Elmslejus quidem Praefat. ad Soph. Oed. R. p. XI ed Lips. constanter scripsit *Σθενόβοια*, quod non magis puto usitatum fuisse, quam *Σθενόλαος*. *Σθενολαίδας* pro *Σθενέλαος* (Xenoph. Hellen. II, 2, 2 et alibi). Huc spectat Eustathius p. 632, 4. Stheneboea Euripidis non multo castior fuisse videtur, quam Hippolytus prior, fabula simillima. Argumentum huius tragoediae notissimum est ex Homero, quocum caeteri nomine tantum mutato plane consentiunt. Nempe Euripidea Stheneboea apud Proetum temere Bellerophontem criminata est, quo expulso quum falsus de ejus morte nuntius venisset, in maerorem incidit, audito autem Bellerophontae matrimonio vitam finivit veneno. De mortis genere permira narrat schol. Venet. ad Pac. v. 141 ἢ ἐκεῖ δοκεῖ ὁ Βελλεροφόντης τὴν τοῦ Προίτου γυναῖκα μετὰ τὴν τῆς Χιμαίρας ἀναίρεσιν ἐπανελθὼν εἰς Κόρινθον ἀπατῆσαι ὡς ἔξω γυναικα, καὶ ἐπιβιάσας τοῦ Πηγάσου εἰς μέσσην ῥίψαι τὴν θάλασσαν. Non dico haec falsa et inania esse; hoc dico, nihil ea pertinere ad Stheneboeam Euripidis. Etenim apud Euripidem solus Bellerophontes Pegasum suum conscendit, in Bellerophonte ille quidem tragoedia, non in Stheneboea. Verissime igitur schol. ad h. l. μὴ φέρονσα τὴν αἰσχύνην ἢ *Σθενέβοια κακὴ* (i. e. *φαρμάκις* veneno) ἐχρήσατο, et Hyginus f. 57 Stheneboea re audita ipsa se interfecit. Haec scilicet cum Euripidis Stheneboea consentire patet etiam e v. 1050 ὅτι —

κάνεια πιεῖν, ubi schol. κολλαὶ γὰρ τὴν Σθενέβοιαν μιμησάμεναι πιοῦσαι κύνειον ἐτελεύτησαν.

V. 1044. οὐδ' οἶδ' οὐδεὶς, ἦν τιν' ἐρῶσαν πάποτ' ἐποίησα γυναῖκα] sic Rav. idque Porsono ad Hecub. v. 782 probatum Dindorfius et Bothius bene receperunt; eodem modo sed εἰς pro οὐδεὶς contra metrum MV Barocc. (apud Bentlejum Barocc. etiam εἰθ' pro εἰς) et qui ἐποίησ' ἂν γυναῖκα Cantabr. I; οὐδ' οἶδ' εἰς ἦντιν' ἐρῶσαν ἐγὼ πάποτ' ἐποίησα γυναῖκα ex AC Vatic. Kuster in adnot. et Brunckius; οὐδ' οἶδ' εἰς ἦντιν' ἂν ἐρῶσαν πάποτ' ἐποίησα γυναῖκα contra metrum edd. ante Brunckium et Cantabr. II. Denique ἐποιήσάμην Elb. Recte autem nulla Aeschyli tragoedia tota esse dicitur amatoria. Quare huc non pertinet, qua Spanhemius abutitur, Clytaemnestra adultera in Agamemnone.

V. 1045. Pro οὐδέν σοι Barocc. μηδέν σοι. Ab initio οὐ γὰρ ἐπὶν vulgo et V Borg; οὐδὲ γὰρ ἐπὶν contra metrum CM Barocc. et (qui σοι om. et habet super ἐπὶν pro gl.) Cant. I; οὐδὲ γὰρ ἦν Rav. et sic Dindorfius atque Bekker. Vulgatam tuentur Beckius, Hermannus, Bothius, quia idem verbum ἐπεῖν sequatur. Immo ἐπὶν natum est ex antiquiore vitio ἐπεῖν. Hoc enim structuræ genus οὐδέν σοι ἐστὶ τῆς Ἀφροδίτης tam atticum est, ut Ravennatis lectio non possit non genuina esse. Exempla quaedam hujus structuræ collegit Schaefer ad Bos. Ellips. p. 366. Non minus atticum est οὐδέν σοι ἐστὶν ἡ Ἀφροδίτη, ut in Eccles. v. 521. Alibi inter utramque structuram libri fluctuantur, velut in Demosth. Philipp. III, 44, 2, ubi bene Bekker correxit τί γὰρ τῷ Ζελεῖται, εἰ—; atque in Eur. Hippol. v. 224, ubi optimi codices, τί πυνηγεσίῳ καὶ σοὶ μελέται; (vulgo μελέτης; quocum apte comparant Il. φ', 360). Plane eodem modo variant μέτεστι sive προσήκει σοι τῆς Ἀφροδίτης atque ἡ Ἀφροδίτη. Ibidem libri omnes μηδὲ γ' ἐπεῖν praeter C, qui μηδὲν ἐπεῖν. At ἐπεῖν, quod cum superiore Ravennatis lectione οὐδὲ γὰρ ἦν manifesto pugnat, ortum est e sequente versu, in quo est ἐπὶ—'πικαθῆτο. Itaque non dubitavi meam conjecturam recipere, μηδὲ μετεῖν. Utrumvis hic dici poterat et μηδὲ et μηδὲ γε, quod posterius exstat in simili loco Theocriti X, 11.

V. 1046. σοῖσι edd. ante Brunckium; σοῖς Elb. Rav. Barocc. Cantabr. II — πολλὴ κολλοῦ] πολλὴ κολλῶ Barocc; κολλοῦ πολλὴ Cantabr. I; κολλὴ κολλοῦ γ' Cantabr. II Monac. Elb. Tum vulgo 'πικαθοῖτο et sic MRV. At recte 'πικαθῆτο Barocc. Cantabr. II tresque apud Dindorfium Florentini, probantibus fortasse jam Seidlerō, certe Dindorfio, Bothio, Hermannō ad Nub. v. 915, quem vide de κολλοῦ adverbii vice posito. Librarios decepit optativus ἐπεῖν sive potius μετεῖν. [Dindorfius nunc coniecit, ἀλλ' ἐπὶ τοι σοὶ κ. τ. σ. At Euripides Aeschylō opponitur, ut σοὶ τοι necessarium sit.]

V. 1047. γε om. Barocc. et lemma scholii. — κάτωβαλεν Aldina J.

I, II; *κάτω ἑβάλεν* caeterae edd. ante Bruncium; *κατόνέβαλε* Mut. Et hae quidem lectiones significant, *κατ' ὧν ἔβαλεν*. Sed *κατουνάβαλεν* C; *κατουνέβαλε* E; *κατουνέβαλεν* R; *κατ' οὖν ἔβαλεν* Barocc; *κατ' οὖν ἔβαλεν* Venetus marg. Leid. A Vatic. — *τῇ τὸν Δία*] *τῇ Δία* Cantabr. I — *τοὶ δὴ*] *τοὶ δαί* Cantabr. II, *τοὶ* om. Barocc. Scripturam *κατ' οὖν ἔβαλεν* jure probarunt Kuster, Bruncius, Porsonus Suppl. Praef. Hec. p. LII et qui hanc tmesin illustrat, Schaefer ad Long. Past. p. 418. Sic enim innumeralibus in locis Herodotus, ut II c. 39, c. 40, c. 47, c. 70, c. 85. Ionicum *οὖν* sive doricum *ὦν* in tmesi haud raro scribae oblitterarunt.

V. 1048. *ἐς*] *εἰς* legit schol. Quae, inquit, de alienis uxoribus ut metreticibus canebas, ea in uxore tua ipse sensisti. Vide supra ad v. 944. Ambiguitas, quam scholiasta odoratur, nulla est.

V. 1049 — 1051 Aeschilo dat Cantabr. I. Tum vulgo *αἱ ῥμαί*. Rav. *αἱ ῥμαί*, Elb. *αἱ ῥμαί*. Bene *ῥμαί* Elmalejus Praef. ad Oed. T. p. XI ed. L. et sic Dindorfus atque Bekker.

V. 1050. *γενναίους* Ald. J. I et pleraeque aliae edd., tum Rav; *γενναίος* MV Borg. ABCDE Vatic. Barocc. Monac. Cantabr. I, II; *γενναίων* pro *γενναίους* Elb; *γενναίους καὶ γενναίος ἀνδρῶν* Juntt. II. III Gel. Port. Kust. Etiam Scal. Exc. „*γενναίος ἀνδρῶν* Vel.“

V. 1051. *πίνειν* edd. ante Bruncium et plerique codd; *πῖνιν* A Vatic. et sic Kuster, Bentlejus alique. — *σοὺς* om. V; totum versum om. Monac. — Quo magis in Stheneboea Bellerophontae innocentia et castitas ad Stheneboeae calumnias et intemperantiam comparata elucebat, eo majore pudore honestae matronae suffundi debebant. Minime huc pertinet alia Euripidis tragoedia *ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΗΣ*, in qua Bellerophontes quum negata appetere et in ipsum coelum evolare coepisset, a Pegaso excussus claudicabat, maerebat, philosophabatur. Ceterum si Plutarcho in Nicia c. 29 accredere libet, Athenienses quosdam in Sicilia Euripidea poësis servavit. At quid hoc est, quod honestae matronae dicuntur Euripidis Stheneboea permotae cicutam bibisse? Sane hic locus de amatoria Euripidis poësi gravissimus est et a jocandi opinione longissime remotus. Quare veri quiddam subesse concedendum est, praesertim quum scholiasta rem confirmare historiae fide quodammodo videatur. Nimirum Aristophanes, quo in Euripidem odio est, in hunc omnium civitatis malorum culpam transferre solet; vide infra ad v. 1065. 1071. 1084. Haud abnuerim, mulieres quasdam cicutam bibisse; illud pugno, eas temporum miseria ad mortem adactas esse, credo Ol. 91, 4 statim post Siculam cladem, quae Atheniensium animos incredibiliter consternavit (Thucyd. VIII, 1), vel etiam sub imperio quadringentorum Ol. 92, 1, vel denique post proelium ad Arginusas quantumvis prosperum (de luctu hoc proelium

sequuto v. Xenoph. Hellen. I, 7, 8 cl. I, 6, 34). Welcker tamen p. 167 conjicit, unam tantum mulierem Stheneboeae causa mortem sibi conscivisse, utiturque similitudine Cleombroti Ambraciotaе (Callimach. Epigr. 24 p. 59 ed Blomf.), quocum Cicero in Tuscul. I, 34 discipulos Hegesiae Cyrenaici conjunxit. Adjice, quae de Aeschyli Eumenidibus traduntur in Vita Aeschyli IV p. 454 ed. Sch. et a Polluce IV, 110. Apprime vero ad nostram causam pertinet Longini locus, verissime judicantis *Περὶ Τρυφῆς* XV, 4 p. 98 ed. Mor. *Ἔστι μὲν οὖν φιλοπονιάτατος ὁ Εὐριπίδης, δύο ταυτὶ πάθῃ μανίας τε καὶ ἔρωτας ἐκτραγῶδησαι, κἀν τοῦτοις, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τισιν ἑτέροις, ἐπιτυχίστατος.* Num igitur Stheneboea Euripidis tantum valuit, ut honestae matronae venenum sumerent? Hoc credere ludus est, praeterea quae Lucianus De Hist. Consc. c. 1 composito vultu jocans narrat de Abderitis Euripidis Andromeda in furorem scilicet actis.

V. 1052. *πρότερον δ'* — om. *τοιούτων* et habet *ξυνέθης* Elb; *δ'* om. M Barocc; *πότερα δ'* Cantabr. I. — *λόγον τοιούτων* contra metrum edd. ante Brunckium MRV Cantabr. I, II Monac.; *λόγον τοῦτον* Vatic. et sic Kuster adnot., Bentlejus, Brunckius et caeteri. De suis codd. tacent Brunckius et Invernitijs. Saepissime quae vera sunt, *τὰ ὄντα* dicuntur, ut ab Euripide Electr. v. 346 *τὸν ὄντα δ' εἶπαι μῦθον*. Hoc non cogitavit, quicumque primum *τοιούτων* posuit. Sed etsi sunt multa, quia esse creduntur, hic tamen ut veritatem quadam aurificis statera, non populari trutina expendam, movet me gravissima vox Plutarchi in Theseo c. 28 *Τῆς δὲ Ἀντιόχης ἀποθανούσης — πεποιήκασιν ἅπαντες.*

V. 1053. *τὸν πονηρὸν* Barocc; *γε* om. Rav.

V. 1054. *μηδὲ]* *μήτε* Rav.

V. 1055. contra metrum *τοῖς δ' ἡβῶσι ποιηται* edd. ante Kusterum et sic MV; *τοῖσι δ' ἡβῶσι ποιηται* Barocc; *τοῖσιν δ' ἡβῶσι ποιηται* Rav., quod jure improbat Hermannus. Kuster, Brunckius, Invernitijs, Bothius tacite ediderunt *τοῖς δ' ἡβῶσιν γε ποιηται*, conjecturam credo sequuti, non codices. Recte Porsonus in Opusc. p. 28 *τοῖς ἡβῶσιν δὲ ποιηται* et sic Dindorfius.

V. 1056. *πάνν δὴ δεῖ]* *πάνν δεῖ* Rav. et Excerpta Scaligeri; *πάνν δὲ δεῖ* Barocc. Cantabr. I; *δεῖ* om. edd. Junt. II, III Gel. — *Ἦν σὺ λέγῃς ἡμῖν Ἀναβηττοὺς καὶ Παρνασῶν μεγέθη* legit Saidas s. *Ἀναβηττός*, ubi variatur *Ἀναβηττοὺς Ἀναβηττοὺς* et *Παρνασῶν Παρνασσῶν*. In Aristophane vulgo *Ἀναβηττοὺς*. Sed *Ἀναβηττοὺς* MV Cantabr. II et Bekkerio teste etiam Rav., cui Invernitijs tribuit *Ἀναβάττους*. *Ἀναβηττοὺς* post Dindorfium et Bothium recepi.

V. 1057. vulgo *Παρνασῶν*. Sed rectius *Παρνασσῶν* lemma scholii MRV edd. Gel. Port. Lugd; *παρνας ὦν* (σ sup. m. pr.) Cantabr. I. Justo

sublimior Aeschyli cothurnus hic reprehenditur obscuritatis nomine. Bene schol. supra ad v. 928 χαρακτηριστικὸν καὶ τοῦτο, ὅτι πολὺς Αἰσχύλος ἐν τῷ ποταμοῦς καὶ ὄρη λέγειν. Ceterum falsam esse judico Bentleji, Porsoni, Hermannii conjecturam, καὶ Παρνήθων ἡμῖν —, in quam fortasse inducti sunt hoc Aristophanis Nubium priorum versa, 'Ες τὴν Πάρνηθ' ὀργισθεῖσαι φροῦδαι κατὰ τὸν Ἀνκαβηττόν. Nam et Παρνασσῶν μεγέθη multo rectius dictum est, quam Παρνήθων μεγέθη, quia longe major Parnassi altitudo est quam Parnethis: et Parnes mons est vix ullo modo aptus ad tragoediam, in qua Parnassi mentio fit frequentissima: nec si quando Aeschylus Lycabellum nominare ausus est, ideo nominavit etiam Parnethem.

V. 1058. ἀνεία (ἀνθρωπεία) Barocc; ἀνθρωπίως Rav. 'Ανθρωπείως ex h. l. affert Suidas in ipsa voce, ubi optimi libri ἀνθρωπίως. Tum libri omnes, δν χρῆ. At necessario scribendum δν χρῆν i. e. oportebat te humano more loqui; at non ita es loquutus. Saepe χρῆ et χρῆν permutantur et h. l. χρῆ nasci poterat etiam e v. 1053. De discrimine horum temporum vide si opus Matthiam ad Eurip. Hippol. v. 296 et Beierum ad Cic. De Officiis I, 9. φράζειν ἀνθρωπείως] h. e. ad intelligendum aperte, plane et perspicue (verständlich) loqui. Compara Lucianum Lexiphan. c. 20 πῖθι καὶ μὴ μέλλε, ὡς ἀνθρώπινα ἤδη φρονοῖς καὶ λόγοις. Alia quaedam dedit Casaubonus ad hunc Stratonis comici locum de coquo perobscurè loqui solito ap. Athen. IX p. 383, b πλὴν ἱκετεύω γ', ἐαυτὸν ἤδη μεταβαλεῖν, | ἀνθρωπίνως λαλεῖν τε. Sic enim corrigo librorum scripturam, πλὴν ἱκετεύω γ' αὐτὸν ἤδη —. Possis etiam πλὴν ἱκέτευν γ', αὐτὸν ἤδη —. Attingit haec frater carissimus in Epist. ad Roman. I p. 160, qui aptissime affert Ciceronem De Divinat. II, 64 Ut si quis medicus aegrotò imperet, ut sumat „Terrigenam, herbigradam, domi-portam, sanguine cassam," potius quam *hominum more* „cochleam" diceret. Hominis est ita loqui, ut intelligi possit. Proprie fortassis ἀνθρωπείως λέγειν est hominum voce uti, non sonis animalium. Sic Lucianus D. Mort. XXI, 1 et in Gallo c. 2 canem et gallum loquutos (ἀνθρωπικῶς φθέγγεσθαι) narrat, quae non minus miraculo sunt, quam illud T. Livii, bovem loquutam. Itaque ἀνθρωπείως λέγειν erit non pecudum more sonos sine mente inanes fundere, opponeturque verbo χελιδονίζειν i. e. obscure et barbare loqui, ut nemo intelligere possit. Graecis enim obscura barbarorum vox avium sono esse similis videbatur (v. Berglerum ad Ran. v. 93). Vehementer opinionem meam commendant Herodotea II, 57 Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι κληθῆναι πρὸς Ἰσθμιαίων ἐπὶ τοῦδε αἱ γυναικες, διότι βάρβαροι ἦσαν· ἐδόκεον δέ σφι ὅμοια ὄρνισι φθέγγεσθαι. μετὰ δὲ χρόνον τὴν πελειάδα ἀνθρωποπλήτη φωνῇ αὐδάεσθαι λέγουσι, ἐπεὶ τε τὰ συ-

μετά σφι ἡῦδα ἢ γυνή· ἔως δὲ ἐβαρβάριζε, ὄρνιθος τρόπον ἐδόκει σφι φθῆγ-
γεσθαι.

V. 1059. τὰ γε δῆματα edd. ante Brunckium; τὰ δῆματα ABCDE Elb. Monac. MRV Barocc. Cantabr. I, II.

V. 1060. χρῆσθαι μείζοσι Barocc. Ab initio κάλλος ed. J. I; καλῶς M; ἄλλως Barocc. Et ἄλλως τε *praeterea*que ferri et ipsum potest. Sic infra v. 1115 αἱ φύσεις τ' ἄλλως κράτισται, Lucian. D. D. XV, 3 ἄλλως τε περὶ τὸν Ἀργὸν ἔχει τὰ πολλὰ, Catapl. c. 18 ἄλλως τε οὐδὲ τὸν ὀβολὸν ἔχω, Soph. Oed. R. v. 1114 ἔν τε γὰρ μακρῷ — ἄλλως τε τοὺς ἄγοντας ὥσπερ οἰκέτας ἔγνων' ἑμαυτοῦ.

V. 1062. καταδιδάξαντος Barocc; χρηστὸς καταδιδάξαντος Juntina secunda. Dicit autem et orationem sublimem et decorum actoris ornatum, de qua re v. Horat. A. P. v. 278 pallaeque repertor honestae | Aeschylus et Vit. Aeschyl. IV p. 452 Sch. πολὺ τοὺς πρὸ αὐτοῦ ὑπερῆρε κατὰ — τὴν σκευὴν τῶν ὑποκριτῶν ibique Stanlejum, qui neglexit gravissimum locum Athenaei I p. 21, e Καὶ Ἀσχύλος δὲ οὐ μόνον ἐξεύρε τὴν τῆς στολῆς εὐφρέ-
πειαν καὶ σεμνότητα, ἣν ζηλώσαντες οἱ ἱεροφάνται καὶ θαυματοὶ ἀμφιέν-
νυνται —. At in Athenaeo corrigendum pulo, ζηλώσας ἦν sive ζηλώ-
σας ἄντικρυς ἦν —. Alioquin enim haec falsa videntur, ut visa sunt jam Lobeckio Aglaoph. p. 84.

V. 1063. In D et Monac. hic et sequens versus desunt. Tum ἔλεινοι correxit Brunckius; libri enim ἔλεινοί. V. quae dixi ad Thesmoph. p. 455. Tum libri ἀμπίσχων tempore praesenti. Sed ἀμπισχῶν emendam ante Dindorfium, qui sic e sua conjectura dedit in edd. III et IV. Praecedit enim τί δράσας; Saepe omnino Euripides per artes et ambages lacrimulam spectatoribus exprimere studet, quamvis eum Quinctilianus dicat in affectibus quum omnibus mirum, tum in iis, quae miseratione constant, facile praecipuum et maxime admirandum.

V. 1064. Vulgo φαίνωντ' εἶναι et sic Cantabr. I, II; φαίνωνται εἶναι CV; φαίνονται εἶναι AB; φαίνοντ' εἶναι Elb. Recte φαίνονται εἶναι Brunckius et caeteri et sic M Rav. — Vulgo interpungitur absurde, τοῦτ' οὖν ἐβλαψα; τί δρά-
σας; At recte τοῦτ' οὖν ἐβλαψα τί δράσας; Reiskius, Brunckius in adnot., Welcker, Vossius, Dindorfius, Bothius et sic editio Bekkeri. Male idem Brunckius in adnot. et Bentlejus, τοῦτ' οὖν ἐβλαψά τι δράσας; vide supra v. 1049.

V. 1065. γε om. Barocc. Hic mihi videtur Aristophanes nimio Euripidis odio paene ad ineptias abire. Neque enim Euripidei reges pannis obsiti eam vim habere poterant, ut ditissimus quisque civis trierarchiam detrectaret. Immo haec quidem etiam aliis temporibus detrectata est (Lysias Ἀπολογ. Λωροδοκ. 12, 3 τοῖς διαθνομένοις τὰς λειτουργίας), quod sumptuosa erat et sumptuosior simili munere choregi. Tum vero universa civitate diuturno bello exhausta singuli in tantos sumtus vix ac ne vix

quidem erogare pecuniam poterant. Quanquam ubique elucet iniquitas in Euripidem et admiratio Aeschyli, qui caeteroquin apte anapaestis vehitur, non ut Euripides jambis incedit tetrametris.

V. 1066. ἀλλ' ἐν ῥαυλοῖς vulgo et MV e metricorum interpolatione. Recte ἀλλὰ ῥαυλοῖς Rav. et sic edd. Bekkeri et III, IV Diindorfii. — Vulgo περιελλόμενος. Cantabr. II ῥαυλοῖς δοιελλόμενος (sic). Sed recte περιελλόμενος MR; περιελλόμενος V et fortasse schol. In formis verbi longe difficillimi ελλεῖν, (ἐλλεῖν), ελλεῖν, ελλεῖν significationum mira discrepantia est, quarum nexum illustrare haud contigit Buttmanno in Lexilogo II p. 141 sqq., neque olim contigerat Hemsterhusio ad Timaeum sub Γῆν Ἰλλομένην p. 60 ed. Lips. In eo autem ambo errarunt, quod unicum verbum esse rati diversissimas significationes urgendi atque volvendi inter se conciliandas esse statuerunt. Nam Hemsterhusius omnia refert ad primam scilicet potestatem volvendi, Buttmanus autem ab Homero profectus ad unicam notionem urgendi. At veteres grammatici, contra quos disputat Simplicius ad Aristot. De Caelo II, 13 fol. 125 b p. 505 ed. Bekker., recte illi quidem duo verba agnoverant, sed male distinxerant verbum re ipsa unum idemque ελλεῖν et ελλεῖν. Principio Homericum verbum ελλεῖν significat urgere, interdum etiam pulsare; idemque poeta habet ελλόμενος. Denique Homericæ formæ ἔλλαν, ἔλλαι, ἔλλαιος derivandæ videntur ab ἔλλω eoque magis, quod ἐξέλλω grammatici afferunt, ut Harpocratio s. Ἐξούλης et Libanius ad Demosth. p. 863 ed. Reisk. Hoc igitur Homeri verbum non solum Herodotus adscivit, qui sic ponit συνελλήσας III, 45 et saepissime κατελλεῖν, ut VI, 133. VIII, 27. IX, 31., verum etiam attici scriptores, Xenophon Hellen. VII, 2, 8 εἰς ἔλλαντον συνελλόντο (magis in angustum coarctabantur), Thucydides VII, 81 ἀνελλήθεντες γὰρ ἐς τι χωρίον, ubi inutilis est doctissimi viri conjectura ἀνελλήθεντες. Nam ἀνελλεῖν hic significat sursum pellere, hinaufdrängen. Homeri verbum restituatur Platoni in Timaeo p. 76 B (III. II. p. 110 B). — διὰ δὲ βραδυνήτα ἀποθεύμενον ὑπὸ τοῦ περιεστώτος ἔξωθεν πνεύματος πάλιν ἐντὸς ὑπὸ τὸ δέσμα ελλόμενον κατελλέζοντο. Haec lectio est vulgata, quam Bekker falso retinuit. At sex codices ελλόμενον exhibent, Galenus autem in hoc ipso Platonis loco rectissime legit ελλόμενον idque non minus recte explicat de concludendo. Quod autem Lobeckius ad Phryn. p. 29 probante Buttmanno Gr. II p. 163 ita iudicat, ne Atticis quidem in temporibus quidem obliquis alia forma nisi stirpis ελλω uti licere, ελλω, ελλημαι cet., haud dubie attica futura βαλλήσω, τυπήσω, παήσω etiam ad ελλω, ελλω transferri voluerat. At praeterquam quod Thucydides isto modo certe ἀνελλήθεντες per duplex λ scripsisset, ipsa praeceptio refutatur verbi ελλω sive ελλω aoristo ἔλλα, εἶλα (Euripides in Oedipode p. 233 Matth. ὑπύλασα, Hesychius, Συνέλλας: συνελλήσας). Verum enim ab Home-

rico verbo ελζειν (urgere) toto coelo distat atticum ελλειν sive ἔλλειν, quod plerumque significat *volvere*, nonnunquam *constringere*, *versare*. Praeclare omnino Phrynichus Eclog. p. 29 Ἀνελεῖν βιβλίον δι' ἑνὸς λ, κάκιστον· ἀλλὰ διὰ τῶν δύο, ἀνεῖλλειν et iterum idem in Bekk. Anecd. p. 19, 14 Ἀνέλλειν βιβλίον: οἱ μὲν ἄλλοι περισπῶσι τὴν λέξιν καὶ δι' ἑνὸς λ γράφουσιν. οὕτω καὶ τὸ ἐξέλλειν. At non uti ἔλλειν, sic etiam ἔλειν graece dictum est. Ergo sequitur, Phrynichum hic etiam scribere debuisse, Ἀνεῖλλειν — ἐξεῖλλειν. Idem praeceptum repetunt Suidas s. Ἀνεῖλλεσθαι sive Bekk. Anecd. p. 395, 31 sive Timaeus p. 30 ed. Lips. atque scholiasta Juntin. ad Nub. v. 760. Quenam igitur Phrynichi sententia est? Num ille, ut Lobeckius opinatur, solam scribendi rationem, non etiam significatum distinguit, id est, num ελζειν atticæ dici posse prae fracte negat? Num penitus nescivit, Xenophontem συνελοῦντο, Thucydidem ἀνεληθόντες, Platonem ipsum ελλούμενον dixisse? At vero utrobique monuit, Atticos non ἀνελεῖν βιβλίον, sed ἀνεῖλλειν βιβλίον usurpasse. In qua dictione quum ελζειν, ελλειν, ἔλλειν notionem habeant volvendi, nimirum hoc verissime Phrynichus dicit atque inculcat, Atticos *volvendī* significationem non verbo ελζειν, sed potius verbo ελλειν sive ἔλλειν subiecisse. Ergo tantum abest, ut Phrynichus diversissima verba ελζειν (urgere) et ελλειν, ἔλλειν (volvere) ipse confuderit, ut alios, qui ea temere confudissent, acerbe notaverit. Vulgares enim scriptores, qui ἀνελεῖν βιβλίον dicere ausi sunt, quid aliud, quam urgendi atque volvendi verba confuderunt? Magis etiam Phrynichi sententiam declarabunt duae continuæ glossae apud Hesychium,

Συνελλόμενα (Συνελλόμενα): συστρέφομενα.

Συνελοῦνται: συστρέφονται.

Adeo atticistae decreto haec demum repugnant, Lucian. De Merc. Cond. c. 41 ἥν ἐξειλήσῃς (tanquam de volumine, quod evolvas) et contrario sensu κατελήσας Alexand. c. 20; repugnat κατελημένος (involutus) Pausaniae III, 16, 2. VIII, 8, 2. VIII, 28, 3. IX, 2, 5. Adde Herodotum IV, 67 συνελέουσι (convolvunt), Theocritum I, 31 ἔλιξ εἰλεῖται, et quae Pollux IV, 156 affert de sideribus, εἰλούμενα, περιελοῦμενα — ἐλῆσις, περιέλησις; nam spiritum esse constat ambiguum. Verum in Xenoph. Anab. IV, 5, 36, ubi agitur de circumvolvendo, quum vulgo περιδῆιν, in optimis autem codd. vel περιελεῖν vel περιεῖλεν legatur, haud dubito conjicere, σάκια περιεῖλλειν, sicut idem scriptor dixit de Venatione VI, 15 ἐξέλλουσαι τὰ ἔγνη. Nam recte Phrynichum judicasse patet e Thucydide II, 76 ἐνέλλοντες (involventes, implicantes) secundum omnes libros et Suidam, et e Platone in Critia p. 109 A (III. II p. 149 B.) ἡ τοῦ λόγου διεξοδος οἷον ἀνελλομένη, ut bene Bekker e codd. pro ἀνειλουμένη. Est autem ἀνεῖλλεσθαι hic devolvi, abgewidelt werden. In poetis vero saepe ipsum metrum

atticam formam tuetur, continuo hic in Ranis περιειλλόμενος, tum in Nub. v. 751 εἴλλε, porro in Soph. Antig. v. 340 εἰλλομένων, et haud dubie apud Aeschylum Hesychii, Εἰλλόμενον: εἰργόμενον. Αἰσχόλος Βασσαρίσι. Cum Hesychio Simplicius ad Aristotelem l. l. consentit. Vim ab Aeschyleo εἰλλόμενος diversam utpote verbum diversum habet Homeri εἰλόμενος (confertus, ut στερόμενος privatus, περιειλλόμενος indutus) Il. ε', 782. θ', 215. Contra ἔλλεσθαι s. εἴλλεσθαι, ut ex Homericο Ἰλλᾶς Il. ν', 572 apparet, significat etiam ligari, constringi, atque adeo arceri: qui enim constringitur, idem arcetur. Recte igitur Plutarchus Moral. p. 728 Εἰλλομένην τὴν ὄπα καὶ καθειργομένην et Athenaeus VII p. 308 c. ἔστι γὰρ τὸ μὲν ἔλλεσθαι εἰργεσθαι —. In hunc censum etiam tales loci veniunt, ut Platon. Conviv. p. 206, c (Il. II p. 435 B.) in quo Bekker ex omnibus paene codd. ἀν-εἴλλεται reposuit pro ἀνείλεται, neque eo minus clare ad verbum ἀνείλειθναι hic alluditur. Adjice Demosth. in Pantaen. 35, 5 B. secundum antiquam legem et ipsius Solonis legem ap. Lysiam in Theomn. I, 17, 5 B. Denique nobilissimus locus Platonis est in Timaeo p. 40 B (III. II p. 41 B) Γῆν δὲ τροφὸν μὲν ἡμετέραν, εἰλλομένην δὲ περὶ τὸν διὰ παντὸς πόλον τετα-μένον φύλακα καὶ δημιουργὸν νυκτὸς τε καὶ ἡμέρας ἐμνησθήσαστο. Vulgo εἰλλομένην, libris multum variantibus. Hoc in loco jam veteres scriptores alii constringendi sive alligandi vim huic verbo tribuerunt, alii autem movendi. Prius illud haud dubie praefero, ideo quod ipse Plato ibidem solem lunamque movet, neque usquam docet, qua ratione efficiat, ut cum sole et luna etiam terra moveatur. Sed in iis, qui εἴλλεσθαι apud Platonem significare voluerunt moveri, agmen ducit Aristoteles De Coelo II, 13 cl. ibidem c. 14 init. Quam explicationem Hemsterhusio Ruhnkenioque haud improbatam graecae linguae legibus adversari contendit Buttmannus l. l. p. 153. At ego Aristotelem putabam luculenter graece scivisse. Nimirum ut bene et latine sol circa terram volvi id est moveri dicitur, ita etiam graecum εἴλλεσθαι (volvi) pro κινεῖσθαι dici recte potest idque profecto ita dictum esse inprimis e Polluce IV, 156 apparet.

V. 1067 sq. Χιτώνά γ' — ἀνέκνυε citat Suidas s. Χιτών.

V. 1068. παρὰ] 'πὶ Mut; περὶ Vatic. et Suidas s. Χιτών in cod. Oxon. Utrumque et παρὰ et περὶ habuisse videtur schol. παρὰ τὰ ἰχθυοπάγια — περὶ τὰ ἰχθυοπάγια. Mox Barocc. ἐξέκνυεν.

V. 1071. Schol. — κοινῶς δὲ παράλους τοὺς ἐκ τῶν τριήρων ναύτας· οὐ γὰρ ἰδιὸν τι λέγοι ἂν περὶ τῆς παράλου τριήρους νεώς. ἄτιμοι δὲ οὗτοι ἦσαν. At minime παράλοι sunt omnium triremium nautae, sed tantummodo nautae ejus publicae navis, cui nomen erat παράλος. Hi autem παράλοι sive παραλίται erant liberi, cives attici, democratiae prae caeteris studiosi teste Thucydide VIII, 73. Jam vero paralos temporis ratio docet in pugna ad Arginusas peccasse, quae paullo ante commissae est. In qua

igitur re peccaverint, luculente demonstrabit Diodorus Sic. XIII, 100 μετά δὲ ταῦτα τῶν στρατηγῶν οἱ μὲν ᾤοντο δεῖν τοὺς τετελευτηκότας ἀναιρεῖσθαι —, οἱ δ' ἔφασαν δεῖν ἐπὶ τὴν Μυτιλήνην πλεῖν καὶ τὴν ταχίστην λῦσαι τὴν πολιορκίαν. ἐπεγεγήθη δὲ καὶ χειμῶν μέγας, ὥστε σαλευέσθαι τὰς τριήρεις, καὶ τοὺς στρατιώτας διὰ τὴν ἐκ τῆς μάχης κακοπάθειαν καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν κυμάτων ἀντιλέγειν πρὸς τὴν ἀναίρεσιν τῶν νεκρῶν. τέλος δὲ τοῦ χειμῶνος ἐπιτείνοντος οὔτε ἐπὶ τὴν Μυτιλήνην ἐπλευσαν, οὔτε τοὺς τετελευτηκότας ἀνείλοντο, βιασθέντες δὲ ὑπὸ τῶν πνευμάτων εἰς Ἀργινούσας κατέπλευσαν. In summa re cum his plane consentit Xenophon Hellen. I, 6, 33 sqq. Sed Diodori verba mirifice congruunt Aristophaneis, καὶ τοὺς παρώλους ἀνέπεισεν ἀνταγορεύειν τοῖς ἄρχουσιν, et mox νῦν δ' ἀντιλέγειν, κούκ' ἐλαύνων πλεῖν δευρὶ καὶ θις ἐκείσε. Itaque parali inprimis nautae mortuos e mari tollere jussi praetoribus repugnauerant. Optime vero etiam idem schol., qui caetera nugatur, ἄτιμοι δὲ οὔτοι (scil. οἱ πάραλοι) ἦσαν. Nempe parali ob id ipsum, quod praetoribus refragati essent, ab Atheniensibus facti erant aerarii. Fuisse quidem Athenis illo ipso tempore cives quosdam capite deminutos apparet e v. 692 sqq. At vero quid tandem haec paralorum causa ad Euripidem? Qui etsi fuit eloquens poëta, tamen paralorum mores non magis corrupisse videtur, quam tempestates excitavit, quibus parali imperata facere prohibiti sunt.

V. 1072. Pro τότε γ' Elb. τό γ', Monac. τοί γ'; Barocc. τόθ' ἦνίκα γ' ἔγωγ' ἔζων. Mendosius etiam codex Augustanus in Herodiani Fragmento apud Hermannum p. 316 καὶ τοι τότε ἦν ἐγὼ ζῶν.

V. 1073. ὅνπακαὶ Barocc. Cantabr. I, II.

V. 1074. εἰς MRV Barocc. Vulgo ἐς.

V. 1075. Pro κάμβας Rav. κάμβᾱσι.

V. 1076. Edd. ante Brunckium,

νῦν δ' ἀντιλέγει, κούκ' ἐτ' ἐλαύνει,
καὶ πλεῖ δευρὶ καὶ θις ἐκείσε.

Id ipsum Bekker Mutinensi, Veneto, Ravennati imputat haud dubie injuria. [Schol. R ἀντιλέγει ὁ πάραλος καὶ οὐ καπηλατεῖ.] Proxime verum Baroccianus νῦν δ' ἀντιλέγειν οὐκ ἐτ' ἐλαύνειν | καὶ πλεῖν —. Atque ἀντιλέγειν — ἐλαύνειν — πλεῖν etiam CE Cantabr. I. Quemadmodum supra v. 971 a jambo tetrametro ad jambum dimetrum Euripides transit, ita hic a tetrametro anapaesto ad dimetrum anapaestum Aeschylus demum transire debet. Praeterea etiam falsus est versus posterior. Ita apparet tetrametrum hic necessario restituendum esse. Scripsi equidem,

νῦν δ' ἀντιλέγειν, κούκ' ἐλαύνων πλεῖν δευρὶ καὶ θις ἐκείσε.

In his ἀντιλέγειν bene respondet verbo ἀνταγορεύειν v. 1072 totusque ver-

sus concinne refertur ad superiora, καὶ βιάς τινα λαποδυτῆσαι. Rectissime autem dicere licet, κοῦκέτ' ἐλαύνων πλεῖν δευρὶ καὶ ὅθις ἐκείσε. Nam si cessant remiges, ventorum ludibrio huc illuc navis agitur. Supplendum enim γῶν δ' οὐκ ἐπίσταται ἀλλ' ἢ ἀντιλέγειν. Male Dindorfius edidit,

γῶν δ' ἀντιλέγειν, κοῦκέτ' ἐλαύνειν,
καὶ πλεῖν δευρὶ, καὶ ὅθις ἐκείσε,

suspiciens tamen tetrametrum fuisse ejusmodi,
γῶν δ' ἀντιλέγων κοῦκέτ' ἐλαύνων πλεῖ [in ed. Ox. πλεῖν] δευρὶ καὶ ὅθις ἐκείσε, quae et justo audacior conjectura est et in verbis ἀντιλέγων πλεῖ minime apta oratio. Tetrametrum redintegravit etiam Hermannus, sed parum feliciter,

γῶν δ' ἀντιλέγει, κοῦκέτ' ἐλαύνει, πλεῖν δευρὶ καὶ ὅθις ἐκείσε,
ut πλεῖν a v. ἀντιλέγει pendeat.

V. 1078. δὲ] τε Venetus. — ἔστ'] ἐστὶν Cantabr. I et edd. Junt. I Brubach.; ἔσθ' οὐτοσί Barocc. Quum per se male, tum sine causa Reisingius (vid. Beckiodindorfii Commentar. ad Vesp. p. 485), ποίων δ' οὐκ αἰετός ἐστι κακῶν;

V. 1079. κατέδειξεν Elb. — προαγωγὸς] veluti eam, cujus jam Welcker meminit, Phaedrae nutricem in Hippolyto nostro.

V. 1080. In templis parere nefas erat (Lysistr. v. 742 sq.), quia puerperium res esse videbatur impura (v. Wytttenbachius ad Plutarch. Moral. VI. II p. 1031). Secundum Apollodori sententiam II, 7, 4 et III, 9, 1 Auge Telephum partu jam editum in Minervae luco occultavit; secundum Euripidem vero puerum in ipso Minervae fano peperit. Bene enim schol. ad h. l. ἔγραψε γὰρ τὴν Ἀῦγην ἀδίνουσαν ἐν ἱερῷ. Res patet e Clemente Alex. Strom. VII p. 512 ed. Lugd. Εὖ δὲ καὶ ἡ Ἀῦγη δικαιολογουμένη πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν ἐπὶ τῷ χαλεπαίνειν αὐτῇ τετοκνίᾳ ἐν τῷ ἱερῷ, λέγει·

Σκῦλα μὲν βροτοφθόρα

χαίρεις ὁρῶσα καὶ νεκρῶν ἐρείπια,
κοῦ μιαρὰ σοι ταῦτ' ἔστιν· εἰ δ' ἐγὼ τέκον,
δεινὸν τόδ' ἡγεῖ;

Καίτοι καὶ τὰ ἄλλα ζῶα ἐν τοῖς ἱεροῖς τίκοντα οὐδὲν ἀδίκει. Ultima Clementis sunt, non ut Sylburgio videbatur, Euripidis. Omnino autem haec tragoedia plena erat amoribus et parum casta, quod Minervae sacerdos ab Hercule compressa in templo eniteretur, plena etiam crudelitate Alei in filiam, plena denique deorum contemtionem. Parum casta haec sunt apud Stobaeum T. 18 p. 164 Ge. (I p. 363 Ga.)

Νῦν δ' οἶνος ἐξέστησέ μ'· ὁμολογῶ δὲ σε
ἀδικεῖν, τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' οὐχ ἐκούσιον.

Verba sunt Herculis sive ad ipsam Augen sive ad Aleum. Nunc mihi

compara schol. Vaticanum ad Rhesum v. 419 ἄμυστιν: οἱ μὲν ποτηρίων εἶδος ἐπιτηδειότητα ἔχον πρὸς τὰς ἀμυστι πόσεις. ὥς ἐν αὐτῇ σὺν τῷ βαθείας καὶ πυκνὰς ἔλκουσι τὰς ἀμυστίδας. Recte Hermannus in Opusc. V p. 189 ὥς ἐν Ἀγῇ corrigit, dubitans ille tamen, utrum haec ad Augem Euripidis referenda sint, an ad Philyllii. Sed Philyllii fabulam non Euripidis dici vel eo probabile est, quod in hac comoedia epulae erant exstructae (ap. Athen. IX p. 408 e) multumque ibidem vini potabatur (ap. Athen. XI p. 485 b). Tum vix dubito, quin hocce scholium sive e Lexico Comico sive e scholiis ad aliquam comoediam huc translatum sit, quandoquidem et ἄμυστις vox est comicis frequentissima, et deinceps versus additur Cratini. Denique ipsa hujus fragmenti verba a tragoedia abhorrere videntur. Quare scribo aut ὥς Φιλύλλιος ἐν Ἀγῇ, aut collato Athenaeo XIV p. 622, e ὥς Εὐβουλος ἐν Ἀγῇ versusque corripo in hunc modum,

Σκυθεῖν βαθείας καὶ πυκνὰς
ἔλκουσι τὰς ἀμυστίδας.

V. 1081. καὶ μινυμέναις τοῖσιν ἀδελφοῖς] in Aeolo Macareus Canacen sororem incestavit, ut supra ostensum est ad v. 850.

V. 1082. Minime poeta dicit locum Hippol. v. 192 ἄλλ' ὃ, τι — νεφέλαις, cujus tantum similis, non eadem sententia est. Prorsus eandem sententiam Euripides tum in Phrixo posuit tum in Polyido, ut alterutrum locum hic intelligi necesse sit. Et Matthiae quidem in Fragm. p. 300 et p. 311 utriusque loci Euripidei auctores eorumque scripturas valde turbavit. Nam Phruxi versus unus servavit Stobaeus l. 119 p. 602 (III p. 461 Ga.) Εὐριπίδου Φρίξου,

Τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῇν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν,
τὸ ζῇν δὲ θνήσκουσιν ἔστι; κλήν ὅμως βροτῶν
νοσοῦσιν οἱ βλέποντες, οἱ δ' ὁλωλότες
οὐδὲν νοσοῦσιν, οὐδὲ κέκληται κατὰ,

Polyidi autem locum permulti servarunt, inprimis schol. ad Hippol. v. 192 ὥς καὶ αὐτὸς ἐν Πολυίδῳ· τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῇν μὲν ἔστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῇν. Scriptum erat in Polyido,

Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῇν μὲν ἔστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῇν κάτω νομίζεται;

Ita enim haec affert Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. III, 24 p. 185 Fabr. ὁ γοῦν Εὐριπίδης φησὶν· τίς δ' οἶδεν — κάτω νομίζεται; eodemque modo legit schol. Platon. p. 352 B., qui idem falso dicit, τὰ λαμβεῖα ἐκ τοῦ Φρίξου τοῦ δράματος Εὐριπίδου. Paullo aliter, sed contra nexum sententiae Diogenes Laert. IX, 73 καὶ Εὐριπίδην λέγειν· τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῇν μὲν ἔστι κατθανεῖν, | τὸ κατθανεῖν δὲ ζῇν νομίζεται βροτοῖς; Ex Euripide afferunt τίς δ' οἶδεν — τὸ κατθανεῖν δὲ ζῇν; Plato in Gorgia p. 492,

e, Clemens Alex. Strom. III p. 315 Lugd., et qui nomine Euripidis omisso scribit, *τίς οἶδεν εἰ* — Origenes c. Celsum VII p. 730 DLR. Priore versu Polyidi utitur etiam Aristophanes Ran. v. 1477. [Scholium ad v. 1477 nunc ita lego, ut V habere videtur, *Παρά τὰ ἐκ Φρίξου Εὐριπίδου* (haeclenus etiam Suidas s. *Τίς δ' οἶδεν*) τὸ δὲ λοιπὸν· ἢ τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν. α Quod praeterea V et R addunt ἐξ Ἰππολύτου, id unice pertinet ad v. 1471. non ad v. 1477. Neque enim versus *τίς οἶδεν* — *κατθανεῖν* ex Hippol. v. 192 derivari potest. Tum etiam haec verba deleantur, *Τοῦτο ἐξ Ἰππολύτου δράματος*· ἢ *τίς οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστι κατθανεῖν, | τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν, ὑπνοῦν δὲ τὸ κατθανεῖν* (sic), quae recens grammaticus e scholiis ad v. 1082 inepte interpolavit. Frustra conjecit Bentlejus, *Τοῦτο ἐκ Πολυίδου δράματος* —. Quomodo enim tam recens scholiasta memor esse potuit Polyidi, cujus immemor fuerit vel antiquus scholiasta ad v. 1082? praesertim quum homo absurde adjecerit *ὑπνοῦν δὲ τὸ κατθανεῖν*, ex Aristophaneis τὸ δὲ καθεύδειν composita. Deinde scholia ad nostrum v. 1082 partim e codd. ita scribo, *Παρά τὰ ἐκ Φρίξου Εὐριπίδου. ΑΛΛΩΣ. ἔστι μὲν ἐν τῷ Φρίξῳ· ἢ τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστι κατθανεῖν, | τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν;* α *ἀλλ' ὁ λέγων ἐστὶ Φρίξος, οὗτος δὲ ὡς παρὰ γυναικὸς εἰρημένον αὐτὸ λέγει κτλ.* Posterior grammaticus priorem eo bene corrigit, quod monuit in Phrixo non mulierem, sed Phrixum ipsum loqui. In eo autem censor ipse errat, quod Phrixi versum allaturus versum attulit Polyidi, id quod accidit etiam scholiastae ad Ran. 1477 et scholiastae Platonis; utriusque enim versus maxima est similitudo.] Utut est, in eo certe, quod dicit, *ἀλλ' ὁ λέγων ἐστὶ Φρίξος*, scholiasta nullo modo potest mentiri. Quam igitur ipse Phrixus illa dixerit in Phrixo, *Τίς δ' οἶδεν, εἰ ζῆν τοῦθ', ὃ κέκληται θανεῖν* —, necessario sequitur, ut mulier quaedam in Polyido loquuta sit, *Τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μὲν ἐστι κατθανεῖν* —, et Aristophanes hisce verbis, *καὶ φασκούσας οὐ ζῆν τὸ ζῆν* unice Polyidi meminere. De qua re ne ob illum quidem versum Ran. 1477 videtur dubitandum esse. Fieri enim vix ulla ratione potest, quin uterque Ranarum locus ad unum eundemque Euripidis versum pertineat. Atqui in Ran. 1477 Polyidi versus, minime vero Phrixi affertur. Postremo debuit Aristophanes omisso Phrixi loco, in quo ipse Phrixus loquebatur, Polyidi versus deridere, ut inepte prolatos a philosopha muliere. Quod autem mulierem dixi in Euripidis Polyido haec eloquentam esse, nonnullas mulierum partes in hac tragoedia fuisse e nomine Aeschylei dramatis *ΚΡΗΣΣΑΙ* intelligitur. Cresas enim Aeschylei in eodem plane argumento, quo Euripidis Polyidum, versatas esse pulchre animadvertit O. Mueller, testatus locum ap. Athen. II, 51, c collatis Hygino f. 136 et Apollodoro III, 3, 1. Commode vero Athenaeus l. l. Aeschyleo loco hunc Sophocleum adjunxit, qui plenior exstat in Bekk. Anecd. p. 361, 20

Πρῶτον μὲν ὄψει λευκὸν ἀνθοῦντα στάχυν,
 ἔπειτα φοινίξαντα γογγύλον μόρον,
 ἔπειτα γῆρας λαμβάνεις Αἰγύπτιον.

Hunc enim Sophoclis locum quovis pignore contenderim e tragoedia Πολύιδος ἢ μάντεις sumtum esse. Nempe hujus Sophoclei loci prorsus eadem vis atque notio est, quae Aeschylei in Cressis,

Λευκοῖς τε γὰρ μόροισι καὶ μελαγχίμοις
 καὶ μιλτοπρέπτοις βρίθεται ταύτου χρόνον.

Ita olim scripseram. Nunc autem vereor, ne haec quoque occupaverit O. Muelléri acumen, quem tacite sequutus videtur Bergkii De Fragm. Sophoclis p. 25. Denique tertiam Sophoclis versum ita interpretor, *tunc maturum fructum habes Aegyptium*, i. e. rubum nigrum. Apposite Athenaeus II, 51, c ἡ Αἰγυπτία συνάμινος. Γῆρας autem poetice dicitur fructus, qui maturuerit. Comparentur et τὸ γῆρειον pappus et ipsa vox γῆρας pellis (Aristot. H. A. VIII, 17 τὸ καλούμενον γῆρας — ἔστι δὲ τοῦτο τὸ ἔσχατον δέρμα καὶ τὸ περὶ τὰς γενέσεις κέλυφος).

V. 1084. ἀνεστομώθη Vatic. Hinc fortassis ἀνεμιστώθη Phrynichus Bekk. p. 5, 16 et grammaticus ibid. p. 401, 3. — Ὑπογραμματέων una voce Cantabr. I. Legebatur ὑπὸ γραμματέων. Primus olim ὑπογραμματέων restituit Hermannus consuliue Boeckhium jussit in Oecon. Athen. I p. 201. Mire contemptos homines fuisse τοὺς ὑπογραμματέας et Aristophanes significat et Lysias in Nicom. 28, 1 et mox iterum p. 28, 6. Schol. ἀνεπληρώθη τῶν γραμματεῶν βουλομένων καὶ μὴ στρατεύεσθαι. ἢ καὶ ἐπὶ κακοπραμοσύνη τοὺς γραμματεῖς διαβάλλει. Δημοσθένης (De Corona p. 127, 2 B.) » ὁλεθρὸς γραμματεὺς. « ὅλον οὖν συνοφαντῶν. Partim sic etiam Suidas s. Ἀνεμιστώθη, qui assertit Ἐκ τούτων — ἀνεμιστώθη. Male autem Bergkii in Epist. ad Schillerum p. 149 conjicit, Nicomachum ejusque socios nostro loco intelligi, qui Solonis leges foede interpolaverint. Neque enim de uno homine hic sermo est, sed de plurimis; neque plurimi illi ut legum interpolatores, sed ut viles scribae exagitantur; neque ipse quidem Nicomachus intelligi potest, quippe qui Ranarum anno non amplius fuerit ὑπογραμματεὺς, sed jam νομοθέτης legislator.

V. 1085. Hinc Phrynichus Bekkeri p. 34, 18 Δημοπίθηκος: ὁ ἐξαπατῶν τὸν δῆμον καὶ θωπεύων κολακικῶς. Schol. τοὺς τὸν δῆμον κολακεύοντας καὶ πείθοντας. Dicuntur δημηγόροι πιθηκίζοντες. Permira sunt autem, quae praeterea habet scholiastes, Ἐπειδὴ ἀφέντες τὰ γενναῖα πράγματα φορολόγοι (scil. οἱ Ἀθηναῖοι) γέγεννηται· οἱ δὲ μετιόντες τὸν λόγον (oratores dicit) κέρδους ἕνεκα τούτοις εἰποντο. [Absunt hae nugae a libris RV Θ.] Quorum nihil hoc Aristophanis loco continetur. Tametsi per se verum est, Athenienses tum acerbius exigere tributa coepisse (vide supra v. 363 et infra v. 1505). Ac Bergkii quidem meus, ut laboranti scholiastae

succurreret, genus quoddam ὑπογραμματέων poristis inservisse observavit I. I. p. 150 (Antiphon De Choreuta p. 49, 5 B.). At scribas minores certum est multis etiam aliis magistratibus inservisse (Demosth. De Falsa Legat. p. 249, 7 B.). Ceterum v. 1078—1086 hoc vult Aeschylus, scribas et oratores sophistarum argutias ex Euripidis tragoedia ad reipublicae administrationem transtulisse.

V. 1087 sq. λαμπάδ' οὐδεις Elb. — οὐδεις οἶδε φέρειν — ^{στι} ἔτι Cantabr. I; ἔστι pro ἔτι etiam Barocc.

V. 1089. ἀπεφανάνθη edd. ante Brunckium, lemma scholii, Mut. Cantabr. II eodemque spectat ἀπεφάνθη in Cantabr. I Paris. C; ἀπαφανάνθη Venetus et ter Eustathius p. 881, 1. p. 1387, 2. p. 1547, 61; ἐπαφανάνθη hunc locum afferens legit Suidas sub ipsa voce, ubi in poetæ verbis vulgo est ἀπεφανάνθη, sed duo codices hic quoque ἐπαφανάνθη; denique Ravennas, μὰ δία γ' οὐ δῆθ' ὥστ' ἐπαφανάνθη. Suidae et Ravennatis lectionem ἐπαφανάνθη probarunt Kaster, Brunckius, Bentlejus, Diindorfius, Bothius, Buttmannus Gr. II p. 123 ed. II. At neque usquam exstat decompositum ἐπαφαναίνω, neque praepositio ἐπὶ intelligi potest. Immo Ravennatis scripturae docent legendum esse, ut reposui,

μὰ Δί' οὐ δῆθ', ὥστε γ' ἀφανάνθη.

Ita ὥστε γε supra exstat v. 1047 et ἀφανανθήσομαι Ecclesiæ. v. 146. Plura exempla aoristi ἀφανάνθη collegit Hemsterhusius ad Lucian. D. Mort. XXVII, 7, qui in Ranis ἐπαφανάνθη scribit ut plurimi. Sed hanc emendationem praeripuit mihi Hermannus sollertia, qui tamen sine causa scripsit, ὥστε γ' ἀφηγάνθη. V. Buttmannus Gr. I p. 322 ed. II. Egregie vero Hermannus iudicat, ἐπαφανάνθη correctores scripsisse pro ἀπαφανάνθη, ne bis in eodem verbo inesset ἀπό; antiquiorem vero scripturam

^{ἀπ} ἀπαφανάνθη sic natam esse ἀφανάνθη, quippe quum Graeci etiam ἀπαναίνω dicerent.

V. 1090. δὴ om. Cantabr. I.

V. 1092. ὑπολιπόμενος Rav. [Λευκός, πίων: ἐν ἐνί, λευκοπίων. Schol. Rav. Error est scripturae.]

V. 1093. κεραμεῖς AC Cantabr. I Barocc. ^{κεραμῆς} κεραμεῖς Paris. B.

V. 1094. ἐν ταῖσι πύλαις] Non recte schol. ita explicat, ταῖς εἰσόδους τοῦ ἀγῶνος. Immo haud dubie intelligendum est Dipylum, de cuius situ Moursius exposuit in Ceramico Gemino (Gronov. Thesaur. IV p. 998 sq. et p. 1003 sq.) ostenditque, idem alio nomine αἱ Κεραμεῖκαι πύλαι sive αἱ τοῦ Κεραμικοῦ πύλαι dictum esse. Nam versus urbem ex Academia decurrebatur teste Pausania I, 30, 2.

V. 1097 sq. Pedebat homo propter verbera, quibus caedebatur.

Tum *φυσῶν τὴν λαμπάδα* Hermannus vertit, *sufflando excitans lampadem* comparans Lysistr. v. 293. Recte vero omnes alii interpretes vertunt *flando extinguens* sensu postulante. Flando enim ut ignis scintillam sub cinere latentem suscitabis, ita facem exstingues. Scilicet tantum abest, ut iste cursum suum peregerit face ardente, ut aufugerit ac sedulo facem suam ipse exstinxerit, quo in tenebris ab hominum injuria verberibusque esset tutior. Haec est illius *ἀγυμνασία*, haec totius loci sententia. Recte Pausanias I, 30, 2 τὸ δὲ ἀγώνισμα ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δῶδα ἐτι καιομένην ἐστίν· ἀποσβεσθείσης δὲ, οὐδὲν ἐτι τῆς νίκης — μέτεστιν.

V. 1087—1098. De lampadedromiis atticis nuperrime disputavi in libello academico, in quo id etiam ostendi, scholium ad h. l. transpositione maxime verborum sanandum esse. Corrige, Τοῦτο δὲ ὅ, τι [ἐστὶ, δῆλον] ἀπὸ τοῦ ἐν τῷ Κεραμειῷ ἀγῶνος τῆς λαμπάδος· καὶ φησιν Εὐφρόνιος, τοὺς ὑστάτους τρέχοντας τῶν νεανίσκων ὑπὸ τῶν ἀγοραίων τύπτεσθαι πλατείαις χειρσί· καὶ λέγονται —.

V. 1099 — 1118. Haec strophæ et antistrophus in omnibus fere edd. plane sic distinguitur, ut scribit scholiasta metricus, ἡ παρούσα στροφὴ καὶ ἀντιστροφὴ — δίμετρα ἀκατάληκτα, praeterquam quod in Juntina I (fortassis etiam in Ald. et Junt. II) duo dimetri sunt v. 1104 ἐσβολαὶ — σοφισμάτων. Ravennas Inverniti stropham dividit ut vulgo, antistrophum vero in septem versus praelongos contrahit. Denique Elb. v. 1118 ita dividit,

πάντ' ἐπέξιτον

θεατῶν γ' ὄννεχ' ὡς ὄντων σοφῶν.

Jam vero Brunckius quamvis scholiastam metricum hic plane delirare diceret, minime tamen correxit vulgatam distinctionem, quæ ferri diutius non potest. Nam quum dimetri acatalecti cum tetrametris catalecticis perraro in systemata conjungantur, tum utrique h. l. non certa lege se excipiunt, sed sine ullo ordine ac modo inter se confunduntur, quo nihil esse potest stultius. Immo vero omnes versus dimetri sunt, habetque utraque strophæ quatuor systemata, quorum primum constat ex uno acatalecto et uno catalectico, secundum e tribus acatalectis et uno catalectico, tertium e duobus acatalectis et uno catalectico, quartum e quatuor acatalectis et uno catalectico. Ceterum nihil est hoc odario dulcius.

V. 1099. *νεῖκος*] *νίκος* M. — *ἀδρός*] *ἀνδρός* Rav. Monac.

V. 1101. *ὁ μὲν*] Aeschylus. *ὁ δ'*] Euripides.

V. 1102. *δύνηται*] *δύνασθαι* M.

V. 1104. Pro *ἐσβολαὶ* recte lemma scholii *εἰσβολαὶ* et sic Dindorfius. Verba *ἐσβολαὶ γὰρ εἰσι* om. Barocc. — *χῆταροι* Cantabr. I Monac.

V. 1105. *ἔχετον*] *ἔχεται* Paris. C.

V. 1106. *ἀναδαίρετον* edd. ante Brunckium; *ἀναδέρετον* MRV ABCDE

Elb. Monac. Cantabrr. I, II; ἀνεδέρετον et pro var. lect. prim. man. ἀναδέρετον Barocc. Brunckii conjecturam ἀναδέρεσθον Dindorfius Bothiusque sequuti sunt. At Medium plane ineptum est. Ego olim volueram, λέγετον, ἔπιτον, ἐπαναδέρετον. Nam ἐπαναδέρω eadem fere qua ἀναδέρω significatione est apud Hippocratem. Aliquanto melius tamen Hermannus atque Dobraeus, λέγετον, ἔπιτον, ἀνα τε δέρετον. Quanquam non dubitavi ita edere, ut ipse postea correxi,

λέγετον, ἔπιτον, ἀνα δέρετον

τά τε παλαιὰ καὶ τὰ καινὰ,

quae admodum concinna sunt. Etiam in antistrophico versu καὶ legitur. Duplex autem anapaestus haud magis offendit quam simplex in Eqq. 299 et Avv. 388. Ceterum glossa, ἀνακαλύπτειτε καὶ εἰς τὸ μέσον προφέρετε explodatur. Immo sententia haec est, λέγετον ἔπιτον τὰ καινὰ, ἀναδέρετον τὰ παλαιὰ. Etenim ἀναδέρειν nihil aliud est, quam odiosae rei (non ignotae) memoriam refricare. Ita Lucianus de foeda nequitia agens, quae per totam Antiochiam notissima erat, in Pseudologista. c. 20 ἀλλὰ καὶ ἀναδέρειν αὐτὰ ἀσχερὸν ἴσως ἐμοί. Denique Schneider in Lexico s. Ἀναδέρω, ut Brunckii conjecturam ἀναδέρεσθον Philostrati scilicet imitatione confirmaret, hunc locum attulit Vit. Sophist. I, 25, 3 Ταῦτα ἐγγίνωσκε μὲν ὁ ἀντοκράτωρ, ἡρώτα δ' ὑπὲρ αὐτῶν οὐδὲν, ὥς μὴ ἀναδέροιτο. At hic quidem ἀναδέροιτο est Passivum.

V. 1109. καταφοβεῖσθαι Par. C, id est καταφοβεῖσθε, quod et ipsum ferri potest; sequitur enim ὀφθαδεῖτε.

V. 1112. ὥς οὐκ ἔσθ' οὕτω ταῦτ' ἔχειν Rav.

V. 1113. ἐστρατευμένοι γάρ εἰσι] Male Bothius haec accipit metaphrice de viris literaria laude claris et quasi veteranis; pejus etiam Lessingius in Obs. Crit. p. 63 sqq. servos intelligit nuper civitatis jure donatos, quibus hoc jus dederit etiam prudentiam. Omnium pessime schol. δεξιὸς νομίζουσι — ἐστρατευμένοι εἰσίν. Immo prudentiores sunt, qui militaverint, propterea quod usu magis sunt exercitati. Merito enim bellum foetibus aptum esse censetur, rectissimeque sive Heraclitus sive Empedocles, Πόλεμος ἀπάντων πατήρ, de quo dicto vide interpp. ad Lucian. De Hist. Consc. c. 2. Enimvero id nostro versu tanto aptius est, quod Aeschyli certe poësis magna ex parte fuit militaris (vide supra v. 1016 sqq.), de qua nisi qui ipse militiam militasset, non videretur judicare posse.

V. 1114. μανθάνει τὰ δεξιὰ] Hinc Pollux II, 160 μανθάνει δεξιὰ (lege, τὰ δεξιὰ), ἥγουν τὰ σοφὰ, ὥς Ἀριστοφάνης. [In scholio pro ἐν εἰρωνείᾳ δεξιὰ corrige ἐν εἰρωνείᾳ δεξιῶν, quae non ad v. 1114 τὰ δεξιὰ, sed ad v. 1121 τοῦ δεξιῶν pertinent.]

V. 1115. Vulgo αἱ φύσεις δ' et sic Rav. et lemma scholii et edd. ante

Brunckium. Sed recte Brunckius αὐ φύσεις τ' et sic MV Cantabr. I, II ABCD Elb. Vide supra ad v. 1060.

V. 1116. καὶ om. Mut.

V. 1118. θεατῶν γ'] γ' om. Barocc.

V. 1119. Libri omnes, ἐπ' αὐτοὺς τοὺς προλόγους. Deinceps σου RVC et edd. ante Brunckium; σοι AM et sic Brunckius, Bentlejus, Dindorfius, Bothius; pronomen om. BD Elb. Monac. Verum est σοι idque ad Bacchum refertur, quem Euripides alloquitur, non ad Aeschylum, de quo tertia persona utitur. Quod autem olim conjeceram, Καὶ μὴν ἐπ' αὐτοῦ τοὺς προλόγους σοι τρέφομαι, nunc potius censeo αὐτοῦ tacite supplementum esse.

V. 1122. πραγμάτων: γράφεται καὶ φημάτων. Sch. R. Absurde.

V. 1124. Ὀρεστίας C lemma scholii et edd. ante Brunckium, praeter ed. Brubach. quae Ὀρεστίας. Et habent Ὀρεστίας RVM ABD Cantabr. I, II Barocc. Elb. idque ipsum hic legerat Eustathius p. 785, 26., simillima ille nomina afferens Δολωνεία, Πατροκλεία, Τηλεγονεία, Ἡρακλεία, Ὀδυσσεεία, quibus addantur Οἰδιποδεία, Ἀχιλλεία atque etiam e Thesmoph. v. 135 Ληκυργεία.

V. 1126. In Aeschyli codicibus deest initium Choëphorum,

Ἐρμῇ χθόνιε, πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη,
σωτήρ γενοῦ μοι σύμμαχος τ' αἰτουμένω·
ἦκα γὰρ ἐγὼ γῆν τήνδ' ἐκ κατέρχομαι.
Τύμβον δ' ἐπ' ὄχθῳ τῷδε κηρύσσω πατρί,
κλύειν, ἀκούσαι.

Hoc igitur e nostra Ranarum scena primum restituit Stanlejus.

V. 1127. Brunckius tacite ξύμμαχος. At σύμμαχος edd. ante Brunckium RVMC et Thomas Mag. s. Αἰτοῦμαι, ubi hunc versum affert tanquam ex ipso scilicet Aeschylo.

V. 1128. ἐς Brunckius eum ABCD Cantabr. II Elb.; εἰς edd. ante Brunckium RVM et Thomas Mag. s. Ἦκα et s. Κατέρχομαι.

V. 1129. ψέγειν] λέγειν Barocc.

V. 1130. πάντα ταῦτά γ' ἔστ'] ταῦτα πάντ' ἔστ' Barocc.; ταῦτα πάντα etiam Rav.

V. 1131. γ' om. Rav. — εἰκοσί γ' edd. ante Kusterum.

V. 1132—1134. Αλαχύς — τῷδε affert Phrynichus Bekkeri p. 41, 1.

V. 1133. λαμβείους Barocc. et codex Phrynichi; λαμβόις Cantabr. I; λαμβόισι Cantabr. II; λαμβόισιν Elb.; λάμβοισιν Rav. — φανῇ (vel φανῇ) Phrynichus, Rav. C. Elb. et Junt. I.

V. 1134. τῷδε γ'; Δι. ᾧ edd. ante Brunckium et BD; τῷδ'; Δι. ἐάν AMV Barocc.; τῷδε Δι. ἐάν Rav.; τῷδε (non τῷδε γ') etiam Phrynichus;

τῷδε ἂν πείθῃ sine Dionysi persona C. Cf. varr. lect. infra v. 1229. Caeterum etiam Phrynichus hunc versum legit continuo post v. 1133.

V. 1135. Libri omnes, οὐράνιον γ' ὅσον. Recte supra scriptum est v. 781 νῆ Δι', οὐράνιον γ' ὅσον, hic vero γὰρ plane absurdum est. Quare deleui particulam, taciteque deleuit jam Hermannus ad Soph. Oed. C. v. 1465. — Post hunc Euripidis versum, Εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν οὐράνιον γ' ὅσον in libris continuo ita scriptum est,

ΑΙ. ὁρᾷς ὅτι ληρεῖς. ΔΙΟ. ἀλλ' ὀλίγον γέ μοι μέλει.

ΑΙ. πῶς φῆς μ' ἀμαρτεῖν;

In Parisinis BD et a Brunckio verba ὁρᾷς ὅτι ληρεῖς inepte Euripidi continuantur, neque aptius in Vaticano verba ἀλλ' ὀλίγον γέ μοι μέλει tribuuntur Euripidi. In Cantabr. I personae h. l. bis evanuerunt. Vitium in his inesse recte senserunt Brunnkius, Hermannus, Dobraeus, neque eo magis tamen sustulerunt viri praestantissimi. Neque enim Aeschylus Euripidem hic quidem dicere potest nugari, qui praevidere nequeat, quidnam ille reprehensurus sit. Non magis respondere Bacchus potest pro Euripide. Ac tamen verba ἀλλ' ὀλίγον γέ μοι μέλει non Euripidi, non Aeschylo, sed uni nimirum Baccho conveniunt libenter desipienti. Nihil vero probabilius esse censeo lenissima emendatione mea, quam ausus sum recipere. Unico enim versu transposito duo continuos

ETP.

εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν οὐράνιον γ' ὅσον.

ΑΙ. ὁρᾷς ὅτι ληρεῖς. ΔΙΟ. ἀλλ' ὀλίγον γέ μοι μέλει
continuavi ita inversos,

ΑΙ. ὁρᾷς ὅτι ληρεῖς; ΔΙΟ. ἀλλ' ὀλίγον γέ μοι μέλει.

Εὐρ. εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν οὐράνιον ὅσον.

Scilicet tria trium versuum homoearcta ὁρᾷς, εὐθὺς, πῶς atque etiam perpetuae ab initio Aeschyli Euripidisque personae, ut facile versus trajicerentur, fecerunt. Adeo Aeschylus, qui verbis non silentio defendere prologos suos cupiebat, primum tacere iussus id se facturum negat, iterum vero iussus maiore ira exardescit. Denique secundum nostram emendationem tota haec oratio optime cohaeret. Fieri enim vix potest, quin perpetuo ordine haec verba se exceperint, Εὐ. εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν οὐράνιον ὅσον. ΑΙ. πῶς φῆς μ' ἀμαρτεῖν; Versuum ordini a nobis proposito bene conveniunt haec scholiastae, ὁρᾷς ὅτι ληρεῖς; ὁ Αἰσχύλος φησὶ πρὸς τὸν Διόνυσον, ὡς ἀπατώμενον ὑπὸ Εὐριπίδων. διὸ ἐπιφέρει Διόνυσος· ὀλίγον γέ μοι μέλει, vulgarem versuum ordinem interpretante alio, ἀλλ' ὀλίγον γέ μοι: — οὐ φροντίζω, φησὶ, καὶ λέγῃς, ὅτι ἡμαρτεν.

V. 1138. Aristophanes hic Aeschylum recte vidit in ambiguitatis crimen incurrisse. Quum enim πατὴρ tam ad Orestis patrem Agamemnonem, quam ad Mercurii Jovem referre liceat, quomodo explicanda sint

verba πατρός' ἐποπτεύων κράτη, parum liquet. Et Euripidis quidem non interpretatio est, sed cavillatio mera, neque in Aeschyli versum, sed in alium plane cadit, veluti hunc,

Ἐμῇ Δόλει, φονᾶς ἐποπτεύσας πατρός·

Ipsius vero Aristophanis explicatio haec est: *Mercuri Inferne, qui potestatem habes a Jove patre acceptam*. Orestes tummaxime in eo erat, ut Aegistho Clytaemnestraque interfectis regnum paternum repeteret. Ita Orestes ejus Mercurii auxilium implorabit, qui ipse paternum imperium obtinebat. Cf. similem locum Eurip. Iphig. Taur. v. 1401 φιλεῖς δὲ καὶ σὺ σὸν κασίγνητον, θεᾶ | φιλεῖν δὲ καμὲ τοὺς ὁμαίμονας δόκει. At verissima est longe alia interpretatio Aristarchi, quae facile e scholiasta perspicui potest, licet balbutiente, Ἀριστάρχος δὲ φησι τῶν ἐξηγήσεων τοῦ στίχου τὴν προτέραν κατὰ τὸν ποιητὴν εἶναι, ἣν ὁ Εὐριπίδης ἔφη· τὰ τοῦ ἐμοῦ πατρὸς κράτη ἐποπτεύων, ὃς κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν περὶ Ἀλγισθὸν ἀπώλετο. Aristarchi igitur versio, *Mercuri inferne, qui patris mei imperium curas* (der du über meines Vaters Herrschaft wachst) iis, quae deinceps sequuntur, eximie convenit. Adde, quod Aeschylus verba κράτος, κρατεῖν, κρατύνειν saepissime ponit de regibus deque imperio regali. Quin etiam Schuetzius ad Aeschylum ita censet, πατρῷα κράτη designare paternum (scil. Agamemnonis) imperium apteque comparat Choëph. v. 124 emendante Stanlejo, τοὺς γῆς ἐνεσθε δαίμονας κλύειν ἐμὰς | εὐχὰς, πατρῶων δωματίων ἐπισκόπους. Ceterum sine ulla ambiguitate scribere Aeschylus poterat,

Ἐμῇ χθόνι, πατρῷ' ἐποπτεύειν κράτη

σωτήρ γενοῦ μοι σύμμαχος τ' αἰτουμένφ

id est αἰτουμένφ μοι ἐποπτεύειν πατρῷα κράτη, similiter atque infra idem Orestes loquitur in Choëph. v. 480 πάτερ, — αἰτουμένφ μοι δὸς κράτος τῶν σῶν δόμων. Infernum Mercurium non tam ut paternae caedis ultorem invocavit, quam ut erepti regni vindicem. Denique infelicitur O. Mueller ad Aesch. Eumen. p. 187 conjunxit verba πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη σωτήρ γενοῦ μοι, quum ei Ζεὺς Σωτήρ importune in mentem venisset, hac sententia, Mercuri inferne, sis mihi Servator, patris tui Servatoris potestatem exercens! At non solus Jupiter fuit Σωτήρ, sed etiam alii dii, ut Dioscuri, quorum deorum nullus hanc Servatoris provinciam Jovis loco, sed insita virtute pro se ipse administrabat.

V. 1140. οὐκ' ἀλλ' ἐγὼ Venetus. Οὐκ ἄλλως λέγω (fateor, consentio) legitur in Eurip. Hecub. 302. Helen. 1106. Electr. 1035. Orest. 709. Rhes. 164. ibid. v. 271. At h. l. λέγω natum esse suspicor e fine v. 1137 λέγε et v. 1139 λέγει. Malim igitur, οὐκ ἄλλως ἐρῶ, id quod exstat in Aeschyli Septem v. 490, ubi falso cod. Guelpherb. οὐκ ἄλλως λέγω.

V. 1141. πότερ' οὖν] πότερ' αὖ Monac.; πότερον Elb. Cantabr. I; πότερον οὖν Barocc.

V. 1142. χειρὸς Rav. Barocc. Cantabr. I Elb.

V. 1144—1146. Edd. omnes ante Invernitianam et codices longe plerique hos versus recte dant Aeschylo, Hermanno Bothioque probantibus. Hic enim Aeschylus atque Euripides inter se colloquuntur. Praeterea ipse horum versuum sonus dignus est Aeschyli gravitate. In edd. Dindorfianis loquitur Διώνυσος. Ac sane Dionysos hos versus tacito dederunt Invernitiis (quasi e Rav. Borg.) et Bekker (quasi e RVM). Et Ven. Mut. Borg. quidem vulgatam Aeschyli personam, credo, retinent. Contra Ravennas quin Dionysi personam substituat, non dubito quum ob Inverniti et Bekkeri in ipsa taciturnitate consensum, tum vero etiam quod Ravennas v. 1147 legit *ἐτι μᾶλλον ἐξήμαρτεν* tertia persona. Nempe librarius ut hosce versus in Dionysum transferret, inductus est Dionysi verbis v. 1149. οὕτως ἄν εἴη πρὸς πατρὸς τυμβωρύχος. At eo loco Dionysus subito alienum colloquium perfacite interrumpit, plane ut infra v. 1245.

V. 1144. Ravennas cum falsa et persona et lectione falsa scripturam conjungit verissimam. Ille enim, quum vulgo οὐ δῆτ' ἐκείνον legatur, palam scribit οὐ δῆτ' ἐκείνος, quae jam ante conjectura fuit Dobraei. Namque ἐκείνον mala correctio est Alexandrinorum, qui e praegressis verbis δόλοις λαθραίοις eruerant Ἐρμῆς Δόλοις, notum plane cognomen Mercurii. Res apparet e scholiastae verbis, Οὐ δῆτ' ἐκείνον: τὸν Δόμον δηλονότι, ἀλλὰ τὸν Ἐριούνιον. Falsam vero esse lectionem istam ἐκείνον ex eo patet, quod alio modo interrogatum est, alio respondetur. Haec enim antecedunt, πότερ' οὖν τὸν Ἐρμῆν — ταῦτ' ἐποπτεύειν ἔφη (scil. Ὀρέστης); Itaque sic respondendum est, Οὐ δῆτ' ἐκείνος (scil. Ὀρέστης), ἀλλὰ — προσεῖπε καὶ δῆλον λέγων. Praeterea Euripides dicitur non solum diversos Mercurios confudisse, sed etiam aliis modis omnino pervertisse Orestis sententiam. Postremo eandem syntaxin habemus infra v. 1457 et supra v. 788. Ceterum illud Homericum Ἐριούνης et Ἐριούνιος, qui est Μεγαλοφάλης Perutilis, attigit Heynius ad II. v, 34 et ibid. v. 72.

μεῖζον

V. 1147. μᾶλλον Cantabr. I; μᾶλλον Barocc. Rav. Tum idem Rav. ἐξήμαρτεν, de quo supra dictum ad v. 1144—1146.

V. 1148. εἰ γὰρ] vitiose Paris. C οὐ γάρ.

V. 1149. Vulgo et in MV οὕτω γ' ἄν. At recte Barocc. Rav. οὕτως ἄν eodemque spectat Parisini C οὕτος ἄν. Nam conditionale enuntiatum in apodosi sequi solet non γέ, sed potius τοὶ particula.

V. 1150. Huc respicit Erotianus p. 284, totum versum afferente Suida s. Ἀνθοσμίας. Quantam laudem hoc dulce et fragrans vini facilius genus habuerit, inprimis patet e Xenoph. Hellen. VI, 2, 6., Theophrasto ap. Athen. I p. 32, a et Aristone Ceo ibid. II p. 38 f. Male vero scholiasta: tu quidem, Bacche, temulentus es. Immo, das ist kein Rectar! das ist ein faurer Bist! h. e. frigide jocar, Cf. Acharn. v. 196 αὐται μὲν δζονσ' ἀμβροσίας καὶ νέκταρος.

V. 1152. Etiam h. l. *ξύμαχος* tacite Brunckius; *σύμμαχος* edd. ante Brunckium et RVMC.

1153. *εἰς* edd. ante Brunckium; *ἐς* ABCD RVM Cantabr. II.

1154—1159 affert Gellius N. A. XIII, 24, omissis tamen versu 1155 et personarum notis.

V. 1155. *πῶς δὲ;*] male haec Aeschilo dant AB.

V. 1156. H. l. *ἐς* edd. omnes atque ABCDRV; *εἰς γῆν φησι τήνδε* Barocc.; *εἰς* caetera ut vulgo Gellius.

V. 1157. In C hic versus deest. *ἦμιν* — *κατέρχομαι* edd. ante Brunckium et Rav.; *ἦνω* — *κατέρχομαι* cum Veneto et Gellio Brunckius atque Bentlejus [eodem modo sch. RV τὸ ἦνω, φησι, ταυτὸν ἐστὶ τῷ κατέρχομαι.]; *ἦμιν* — *κατέρχεσθαι* MD Cantabr. I, II Barocc. Elb. Fortasse nonnulli antiquitus legerunt, *ἦμιν δὲ ταυτὸν ἐστὶ τῷ κατέρχεται*, decepti versu 1165.

V. 1158. Vulgo *ᾧσπερ γ' εἰ τις* et sic MRC; *ᾧσπερ εἰ τις* Cantabr. I Venetus Gellius et sic Brunckius; *ᾧσπερ γ' εἰ τις γ' A*. Vulgatam bene tuetur Porsonus Advers. p. 37.

V. 1159. Ejusdem generis jocus apud Pherecrate, *Πρόσαιρε τὸ κα-
ρὸν, εἰ δὲ βοῦλει, πρόσφειρε* compararunt jam Bernhardius ad Suidam s. *Αἰρεῖν* et ad h. l. Dobraeus. Cf. etiam Lysiam in Theomnest. I, 16, 3 *Ἡ ποδοπάκη αὕτη ἐστὶν — ὃ νῦν καλεῖται ἐν τῷ ξύλῳ διδιδέσθαι. εἰ οὖν ὁ
δεξιὸς ἐξελθὼν ἐν ταῖς εὐθύναις τῶν ἑνδεκα κατηγοροίη, ὅτι οὐκ ἐν τῇ ποδο-
πάκῃ ἐδέδετο ἀλλ' ἐν τῷ ξύλῳ, οὐκ ἂν ἡλίδιον αὐτὸν νομίζοιεν*; Importune ad h. l. scholiastes plura synonyma conjungi posse ita ostendit, ut quin-
que Homeri exemplis utatur. Ecce autem his ipsis Homeri locis eodem consilio atque etiam ordine eodem utitur Favorinus apud Gellium I. I. (XIII, 24), sexto tantum Homeri versu inserto Od. 2', 612. An igitur uterque et scholiasta et Favorinus haec omnia e communi fonte hause-
runt, veluti ex rhetorum officina? Verius est tamen, ut equidem opinor, Favorinum, quippe qui hoc ipso Ranarum loco utatur, Aristophanei loci scholia compilasse. Sic igitur nostrum scholium antiquissimum esse colli-
gitur. [Abest tamen haec pars scholii a RV Θ.]

V. 1160. Hinc opinor Phrynichus Bekkeri p. 45, 25 *Κατεστωμυλμένος* :
ὁ πολλῇ τῇ στομυλίᾳ χρωμένος.

V. 1161. *ταῦτ' ἐστ' ἀλλ' ἄριστ' ἐκῶν ἔχον* Juntina prima RVM Borg. ADE, et qui *ταῦτ'* (cum glossa οὕτως) C, et qui *ταύτ'* (primo ταῦ) Can-
tabr. I, et qui *ταύτηστ'* (primo ταῦ) Cantabr. II, et qui *ταύτη' σ' ἐν* Ba-
rocc., et qui *ᾧδ' ἐστ'* Poggianus; *ἀλλ' ἄριστ' ἐκῶν ἔχον* etiam Elb. Monac.;
ταῦτ' ἐστ', ἀλλ' ἄριστ' ἐκῶν ἔχει B et qui *ταῦτά' 'στ'* Vatic.; *ταύτη' σ'* vel
ταῦτ' ἐστ', ἀλλ' ἄριστ' ἐκῶν ἔχ. Vet. Scaligeri; *ταύτηστ', ἀλλ' ἐτίμως ἔχον*
Ald. Junt. II aliaeque edd. interpolatione fortasse sumta e Plut. 371. Ve-
ram lectionem primum restituit Brunckius. Recte igitur codices: alioqui

mallo praestaret Bentleji conjectura, *ἀνθρώπου ταύτόν ἐστιν*, ἀλλ' ἐτέρας ἔχον, quam Biseti, *ἀνθρώπου ταύτη γ' ἐστιν*, ἀλλ' ἐτέρας ἔχον.

V. 1162. Hunc Euripidi tribuunt edd. ante Brunckium praeter Lugd. Batav., in qua loquitur Dionysus. Et Dionyso versum dederunt Brunckius, Invernitiuss, Bekker, tacite tamen omnes, neutram in partem ullo suorum codicum nominato, quorum partim personam habere videntur Dionysi. Bacchum hic loqui quum e toto colloquio patet, tum maxime e v. 1155 et v. 1166. — *ὅτι σὺ λέγεις* Barocc.

V. 1163. *ἐς] εἰς* lemma scholii RVM Barocc. Tres versus 1163—1165 affert Suidas in *Ἠκω*, male tamen legens nostro versu *Εἰς γῆν μὲν ἐλθεῖν* *ἔσθ'* — .

V. 1164. *ἐνυφορᾶς* Brunckius tacite; *συμφορᾶς* edd. ante Brunckium Suidas et RVMC.

V. 1166. *τί σὺ] σὺ τί* Barocc. Aptē per Apollinem jurat potissimum. Orestes enim ab Apolline jussus erat paternae necis ulciscendae causa in patriam redire. *κατέρχεσθαι* h. e. ut Herodotus IX, 26 ait, *κατιέναι ἐπὶ τὰ πατρίδα*.

V. 1168. *ἦλθεν] ἦκεν* Vatic. — Bene Aeschylus calumnianti Euripidi ostenderat, quomodo verba *ἦκεν* et *κατέρχεσθαι* differant. Ecce vero nova cavillatio Euripidis. Nam Orestem clam neque publica auctoritate in patriam redisse constat. Jam ita cavillatur, quasi *κατέρχεσθαι* tantum significet, postliminio in patriam redire i. e. publice de exilio revocari. At sicuti *κατάγειν* simpliciter est in patriam reducere, ita *κατέρχεσθαι κατιέναι* omnino de exule dicitur, qui quovis modo in patriam redeat, sive redeat publice, sive pallam ille quidem sed contra leges (Dracon ap. Demosth. in Aristocrat. p. 51, 3), sive clam revertatur (Aeschylus de hoc ipso Orestis reditu in Eumen. v. 462 *καὶ γὰρ κατελθών* —), sive vò et armis sibi ipse reditum conficiat (ut Samii patria pulsi ap. Herodotum III, 45 atque Polynices ap. Soph. Antig. 200). Hinc pulcherrime Bacchus pergit, *εὖ νῆ τὸν Ἑρμῆν· ὃ, τί λέγεις δ' οὐ μανθάνω*. Laudat enim Euripidis eloquentiam, siquidem *Ἑρμῆν* intelligit τὸν Ἀγοραῖον eloquentiae forensis praesidem, veruntamen sententiam ejus se intelligere negat. Et est plane stultorum, ea maxime laudare, quae ipsi minime intelligant (*οὐκ ὁρίσων* — tanto melior: ne ego quidem intellexi ap. Quinctilianum I. O. VIII, 2, 18.) Aptē vero etiam Euripides, *πέφαινε τολύπην* *ἔτερον*. Neque enim hac in re ei diutius morari placet, ne cavillatio sua animadvertatur.

V. 1169. *ἐρμῆ* edd. ante Portum; *ἐρμῆν* RVM Barocc. Cantabr. I, II. — δ' om. Monac.

V. 1171. *εἰς]* ita hic quidem recte RVM Barocc.; *ἐς* vulgo.

V. 1172. *ἐπ' ὄχθον* *τάδε γε* edd. ante Dindorfium et Cantabr. II; *ἐπ' ὄχθον* *τάδε* Cantabr. I Barocc. Borg. Mut.; recte *ἐπ' ὄχθον* *τῶδε* Rav. Ven.

et qui τῷ δὲ Paris. C. Nam Orestes, dum haec loquitur, in ipso stetit patris tumulo, aut proxime ei adstilit (supra v. 1139). Et τῷδε apud Aeschylum edidit Porsonus posteaque apud Aristophanem Dindorfius. Recte autem schol. τὸ δὲ Τύμβου δ' ἐπ' ὅχθω τὰ ἐξῆς τοῦ προλόγου, in Choëphoris scilicet.

V. 1173. κλύειν, ἀκοῦσαι] Male Schuetzius et Wellauer haec apud Aeschylum non ab uno eodemque verbo suspensa fuisse conjiciunt. Tu vide, etiam ut comico verus Euripides opponatur, Phoenix. v. 919 οὐκ ἔκλυον, οὐκ ἤκουσα, Hippol. v. 362 αἶψα ὦ, ἔκλυες ὦ. Quin ipse Wellauer haud inepte quaedam contulit, Aesch. Prom. v. 140 et Eurip. Ione v. 1446.

V. 1176. Simili modo jocantur Seneca De Morte Claudii c. 12 — ut scires, deum efferri: tibicinum, cornicinum omniaque generis aeneaterum tanta turba, tantus conventus, ut etiam Claudius audire posset, atque Cicero Epp. ad Atticum I, 14 Nosti jam in hac materia sonitus nostros: tanti fuerunt, ut ego eo brevior sim, quod eos usque istinc exauditos putem. Solebant autem Graeci mortuos, praesertim si peregrinis in terris mortui essent, ter nominatim inclamare: de quo more multa ad h. l. ex Homero, Pindaro, Theocrito, Ausonio collegit Spanhemius. Atheniensibus hanc consuetudinem et Aristophanes et Eustathius p. 1614, 62 contribuunt. Non, puto, ista erat ψυχαγωγία sive ψυχῶν ἐπανάκλησις, qua animae Orco evocari in dias luminis auras viderentur, sed maxime illud cavebatur, ne vivos mortuorum oblivio caperet. Bene Eustathius l. l. καὶ ἄλλως δὲ φασὶ τρεῖς διαστον ἀνεκαλοῦντο τῶν τεθνεώτων ἐν μάχῃ, ἀποσιούμενοι τὴν ἐκείνων μνήμην, ὥς ἂν μὴ δοκῶσιν ἐπιλησθαι αὐτῶν.

V. 1178. 1179. Hos versus recte vulgo Aristophani tributos (nam Ox. Sophocli dat) affert Suidas s. Στοιβήν et male legit Ἰδοίς.

V. 1180. λέγς Rav. Elb. Monac. — μούστιν Rav. ^{οι} μούστιν Cantabr. II. — ἀκουστέον Rav. E Barocc. Male. — Interpunctionem, οὐ γὰρ μούστιν· ἀλλ' tandem correxit Porsonus et olim ignaris omnibus Bentlejus. Recte Suidas in ipsis vocibus, Οὐ γὰρ μούστιν ἀλλ' ἀκουστέα (optimus codex hic quoque ἀκουστέον): τὸ τέλειον, οὐ γὰρ ἀλλά μοι ἔστιν ἀκουστέα. ἀντὶ τοῦ, πᾶν γὰρ Ἀριστοφάνης Βατράχοις.

V. 1182. εὐτυχῆς edd. ante Brunckium CMV Cantabr. II et qui verum affert schol. ad Aesch. S. v. 760; εὐδαίμων Rav. Barocc. Cantabr. I et Vatic. tum apud Kusterum tum Valckenarium, ut videtur, ad Phoen. v. 1591. Affert versum etiam Dio Chrysost. p. 593 C, qui εὐτυχῆς legit. At in Aristophane recte Brunckium scripsisse εὐδαίμων, facile apparet e v. 1183 κακοδαίμων φέσει et e v. 1195 εὐδαίμων ἄρ' ἦν. Neque aliter ipse

Euripides, qui *εὐδαίμων* et *ἀθλιώτατος*, neque vero *εὐτυχής* et *ἀθλιώτατος* sibi opposita voluit in versibus haud dubie continuis,

*Ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνὴρ·
εἰτ' ἐγένετ' αὐτῷς ἀθλιώτατος βροτῶν.*

Bene schol. ἐξ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου. ἔστι δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος. Vulgatam *εὐτυχής* olim argutuli grammatici substituisse videntur, quibus Oedipum initio tantum *εὐτυχῇ*, minime vero *εὐδαίμονα* fuisse placuisset. Nam *εὐδαίμων* est *beatus*, ut ap. Aesch. Pers. 768. Clare utrumque distinguit Euripides in *Medea* v. 1228.

V. 1183. *νῆ τὸν δὲ' οὐ δῆτ' Borg.; γῆ τὸν δὲ' οὐ δῆτ' Rav.*, qui sequente versu om. *γέ; μὰ τὸν δὲ' οὐ δὲ'· οὐ δῆτ' Elb.* Ceterum Aeschylus captiunculis Euripide condignis offensus hic non minus ipse cavillatur. Nam Oedipus paene usque ad senectutem perpetua usus est felicitate, qui se ne suspicari quidem posset multifariam peccasse. Itaque quum Aeschylus S. v. 772 — 777 et disertius etiam Sophocles Oed. R. 1196 — 1204 merito eum beatum praedicant, tum Euripides in *Antigona* de eodem iudicavit verissime. Quae enim Aeschylus Euripidi objecit, ea haudquaquam nescivit Euripides, ut ipse docet *Phoen.* v. 1595—1615. Utrumque *Antigona* versum optime explicavit I. I. Chrysostomus, *ἡ τύχη γὰρ αὐτῷ — τοῦ γινώσκειν ἤρξατο.*

V. 1184. *πρὶν μὲν ἢ φῶναι (vel φῶναι) edd. ante Brunckium BD; πρὶν ἢ φῶναι μὲν Vatic.; πρὶν φῶναι μὲν ACERVVM Borg. Cantabr. I Barocc. — Ἀπόλλων edd. ante Brunckium et plerique codices; ὁπόλλων Vatic. Ceterum Rav. om. γε.* Veram scripturam primum tuiti sunt Valckenarius ad *Phoen.* v. 1591 eoque insciente Bentlejus. Mire vero Valckenarius I. I. cum eoque Porsonus Aristophanem hic narrant Euripideos versus imitari,

*Ὅν, καὶ πρὶν εἰς φῶς μητρὸς ἐκ γονῆς μολεῖν,
ἄγονον — .*

At Euripides eandem iterat notionem, Aristophanes ponit diversas, siquidem aliud est seri a parente et in utero materno concipi (*φῶναι*), aliud nasci (*γεγονέναι*). Apollo enim Lajum nondum ne concepto quidem Oedipo vetuerat liberis operam dare, ut patet ex ipso oraculo hic apud schol. sive in Hypothesi Sophocl. Oed. R., tum ex Aesch. S. v. 750, Eurip. *Phoen.* v. 18 sqq., Luciano Jov. Confut. c. 13 aliis.

V. 1185. *καὶ om. Mut.*

V. 1186. *οὐτός om. Elb. Monac. — εὐτυχής edd. ante Brunckium* idque hoc nostro versu omnes codices servare videntur; certe quidem diserte servant RVMC Borg. Cantabbr. I, II. Jam Brunckiani libri quum ne supra quidem v. 1182 *εὐδαίμων* exhibeant, multo minus hoc loco. Recte tamen Brunckius hic tacite *εὐδαίμων* reposuit. Nempe v. 1182 *εὐτυχής* interpolatio hic eandem peperit interpolationem.

V. 1188. *μὰ τὸν Δί'*] *ἀλλὰ μὰ τὸν Δί'* Monac. — *οὐ δῆτε'· οὐ μὲν οὖν*] *οὔμενον οὐ δῆτε'* Mut.; *οὐ μὲν οὖν οὐ δῆτε'* Borg. — *Οὔμενον* edd. ante Brunckium, qui *οὔμενον*. At recte Borgianus *οὐ μὲν οὖν* et sic Dindorfius ed. tert. Nam gravis censor negat Euripidi *εἰτ' ἐγένετ' αὐθις ἀθλιώτατος βροτῶν*, sed ita potius dicendum fuisse *Οὐκ ἐπ' αὐτὰτο ὦν ἀθλιώτατος βροτῶν*. Similiter modo *ἦν* Euripideam *ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνὴρ* ita correxit, *πῶς οὗτος ἦν τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνὴρ*;

V. 1195. *εὐδαίμων ἄρ' ἦν*] ita vulgo itaque codices plerique, ut RVC Borg. Sed *εὐδαίμων ἄν ἦν* Brunckius cum B Mut., quod ineptum est. Scilicet dixerat Euripides v. 1182 *ἦν Οἰδίπους τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνὴρ*, negante Aeschylō v. 1186 *πῶς οὗτος ἦν τὸ πρῶτον εὐδαίμων ἀνὴρ*; Ergo Bacchus Euripidi suppetias laturus scilicet dicere debet *εὐδαίμων ἄρ' ἦν*, neque vero *ἄν ἦν*. Demonstrare enim Oedipum vult revera fuisse beatum, non futurum fuisse. Sic igitur demonstrat, ut quod Euripides ex animi sententia dixerat, id ipsum hic ponat ironice *εὐδαίμων ἄρ' ἦν*. Quae verba ironice ponuntur etiam in Plut. v. 657. Syntaxis autem, *εὐδαίμων ἄρ' ἦν, εἰ καστρατήγησέν γε* est huiusmodi: beatus igitur erat (*beatior futurus*), siquidem etiam praetor fuisset. Plane eodem modo in Lysistr. v. 1099

*ΠΡΕ. ὦ Πουλυχαρίδα, δεινὰ γ' αὖ πεπόνθαμες,
αἱ καὶ δὸν ἀμὲ τῶνδρες ἀναπεφλασμένως.*

Male ibi Elmslejus ad Acharn. v. 323 conjecit, *δεινὰ τῶν ἐπεπόνθμεν*. At hoc sibi vult Laco: nos quoque indigna passi sumus, (indigniora passuri), si nos alii vidiissent. Eadem breviloquentia ante enuntiatum conditionale (nī) inter latinos saepe utuntur T. Livius et C. Tacitus, hic continuo in Annal. II, 22 *Mox bellum in Angrivarios Stertinio mandat: nī deditionem properavissent*. Hoc est nimirum — *mandat: (et gestum esset bellum) nī* —. Quam rem non percepisse Ernestium Oberlinumque miror Taciti editores, quibus bene noti esse debebant alii ejusdem generis loci, ut Histor. III, 28 ibid. c. 46, ibid. IV, 36, Vit. Agric. c. 37.

V. 1196. Ex illis decem praetoribus Conon et Arcestratus ne in crimen quidem vocati sunt; Protomachus autem et Aristogenes profugerant. Recte igitur Xenophon Hellen. I, 7, 2 et schol. ad Ran. v. 697 ex hoc numero sex tantum supplicio affectos tradunt. Fuerunt autem hi, Erasinides, Thrasyllus, Pericles, Aristocrates, Diomedon, Lysias. Lysiae Xenophon bis substituit *Leontem*, Diodorus semel *Lysaniam* (Schneider ad Xenoph. Hellen. I, 5, 16). Quo minus fortuito accidit, ut hunc unum Lysiam omnino praeteriret Philochorus ap. schol. [Immo recte nunc schol. R hos sex praetores omnes nominat addito *χρύσις*, id est, ut bene Dindorfius, *Ἀσσίας*. Scilicet Lysias, neque vero Leo supplicio affectus est, ut infra demonstravi ad v. 1432.] Erasinidem in X praetoribus nominant h. l. Aristophanes, tum Xenoph. Hellen. I, 5, 16. [I, 6, 16.] I, 6, 29.

1, 7, 2. I, 7, 29. Memorabil. I, 1, 18 (ubi cf. Valckenarium) et ap. schol. Philochorus. Pro Erasinide pessime habet *Calliadem* unus Diodorus XIII, 101, qui idem negligenter Diomedontem sero affert c. 102. Quanquam ibi Wesselingius *Ἐρασινίδης* pro *Καλλιᾶδης* conjicere ausus est. Nam ipse Diodorus XIII, 74 recte et ratione Erasinidem nominat caeterosque praetores eo ordine servato, quem Xenophon Hell. I, 5, 16 praeivit. Verum e sex praetoribus, qui condemnati sunt, unum Erasinidem Aristophanes propterea elegit, quod inprimis atrociter in Erasinidem saevitum est. Recte enim Demetrius Ixion ap. schol. *Δημήτριος δὲ φησι, περιττότερόν τι γενέσθαι τῷ Ἐρασινίδῃ τὸ καὶ κλοπῆς κατηγορηθῆναι τῶν περὶ Ἑλλήσποντον χρημάτων*. Cum his consentit Xenophon Hellen. I, 7, 2 additis aliis etiam crudelitatis ferociaeque signis. Ceterum Athenienses immanitatis suae in sex praetores constitutae celeriter poenituit (Xenoph. Hellen. I, 7, 35 et Diodor. XIII, 103), jam tum credo, quam Ranae scriberentur. Neque enim alio pertinere videtur odium Archedemi supra v. 417 et v. 588, odium Theramenis v. 540 et v. 968 sqq., atque nostro versa miseratione Erasinidis.

V. 1197. recte *καλῶς* vulgo et in M; *καλοῦς* RV Cantabr. I Vatic.; *καλοῦς* C. Vide supra ad v. 15.

V. 1198—1200. *Οὐ κατ' ἔπος — διαφθαρεῶ* citat Suidas s. *Ληκύνθιον* omisis verbis *σὺν τοῖσιν θεοῖς*. Apud Suidam vulgo et, in cod. Oxon. *δέ σου*, sed optimus codex *γέ σου*.

V. 1199. *τὸ ῥῆμά θ' ἔκαστον* Borg.

V. 1200. Ob sequentis versus homoearcton hic versus deest in Elb. et Veneto. — Vulgo recte *σου τοὺς προλόγους* et sic RM Borg. CD Cantabr. I Suidas et schol. infra ad v. 1262; *σου τοὺς λόγους* Cantabr. II; *σεῖ τοὺς προλόγους* A Brunckius; *τοὺς σοὺς προλόγους* B.

V. 1202. *ἐναρμόττειν* vulgo et sic MV Borg. Elb. Cantabr. I, II; *ἀναρμόττειν* Paris. C; *ἐναρμόζειν* Rav. Vatic. Barocc., repugnante Lobeckio ad Phryn. p. 241.

V. 1203. Libri omnes, *καὶ θυλάκιον* praeter Paris. C, qui *καὶ θηλάκιον*. Hunc versum corruptum esse ex eo patet, quod ultimus pes trimetri graeci nusquam in tribrachum dissolvitur. Neque ullum deminutivum, quod quidem hujus trimetri legibus conveniat, ob ea, quae postea sequuntur, ferri potest. Sive enim scribas *καὶ ληκύνθιον καὶ θυλάκιον καὶ κῶδιον*, sive secundum jejunam Reisigii Conj. p. 139 conjecturam *καὶ κῶδιον καὶ ληκύνθιον καὶ κῶδιον*, omnes hujusmodi formae, ut *κῶδιον ἀπώλεσεν* et *κῶδιον ἀπώλεσεν* trimetri metro non minus repugnant. Neque hic ulla deminutione opus est, quamvis *θυλάκιον ἀπώλεσεν* versus requirat. Nunc enim de significatione vilis ac sordidi verbi non minus quaeritur,

quam de forma. Omnia enim haec vocabula *κάδιον*, *λήκυθος*, *θύλακος* vel per se tam humilia et abjecta sunt, quam secundum Aristophanem Euripidis universa poësis. Hanc ob causam, quum versus *ληκύθειον ἀπώλεσεν* requirat, tamen infra *λήκυθος* scriptum est v. 1214, v. 1216, v. 1224, v. 1227, v. 1231, v. 1234. Quae quum ita sint, quis est, quin scribendum esse videat *καὶ κωδάριον καὶ ληκύθειον καὶ θύλακον*, ut correxerim ad Thesmoph. p. 109. Omnino vulgatam agnoscit Suidas s. *Ληκύθειον* — *μικροπρεπῶς γὰρ ἔλεγον* (Hermannus *ἔλεγεν* sc. Aristophanes) *κωδάριον*, *ληκύθειον*, *θυλάκιον*. Sed aliud habemus idque plane diversum scholium ipsius scholiastae, "*Ὅτι μικροπρεπὲς τὸ κωδάριον. Οὐχ οὕτω δὲ θύλακον· ἀλλ' ἐάν τις ποιήσῃ θυλάκιον, ἔγχαρεῖ. Ἐγχαρεῖ* i. e. metro aptum est, ut loquitur etiam Hephaestio p. 27 G., si ad hunc versum pertineret, corrigendum esset *οὐκ ἔγχαρεῖ*. At recte amicus nihil mutans *ἔγχαρεῖ* refert ad hos pedes, *θυλάκιον ἀπώλεσεν*. [Vidit etiam Dindorfius IV. III p. 410 Ox., qui caeteroqui scholiastam minime intellexit.] Itaque hic scholiasta in codice suo scriptum invenit *θύλακον*, minime vero *θυλάκιον*, quam formam interpretationis tantum causa proponit. Hoc enim dicit, metro convenire *κωδάριον ἀπώλεσεν*, non item *θύλακον ἀπώλεσεν*, conventurum autem fuisse *θυλάκιον ἀπώλεσεν*. Hermanni conjecturae, "*Ὅτι μικροπρεπὲς τὸ κωδάριον· οὐχ οὕτω δὲ ἔδει θυλάκιον· ἀλλ' ἐάν τις ποιήσῃ θύλακον, ἔγχαρεῖ* neque probabiles videntur, neque *θυλάκιον* defendenti multum prosunt. Nunc video, Bothium emendationem *θύλακον* quum probare, tum eam non mihi tribuere, sed Anglo nescio cui. Nam Porsonus in Opusc. p. 376, quem confer etiam ad Medeam vv. 139. 140. XI, totum hunc locum mutat audacissime. Jam Beckius, Dindorfius, Hermannus in fine versus tribrachum numerorum continuatione, ut in eodem versus loco elisionem tuentur. At ubi tandem ultimus pes trimetri est tribrachys? Nusquam vero, ut ad Thesmoph. l. l. dixi rectissime. Omnium minime in Acharn v. 379, de quo loco quum olim dixi, tum ad Ran. v. 665. Restat unicus Eubuli locus, quem semper judicavi corruptum esse ap. Athen. II, 63, e. Nam ibi Hercules post alia sic dicit,

*Ἄ δ' εἰς τ' ἐδωδὴν πρῶτα καὶ ῥάμης ἀκμὴν
καὶ πρὸς ὕγεια, πάντα ταῦτ' ἐδαινύμην,
κρέας βόειον ἐφθὼν ἀσόλοικον μέγα,
ἀροκαλίον τε γεννικόν, ὅπτα δελφάκια,
ἀλίπαστα τρία*

Nuper admodum Dindorfius conjecit,

*ἀροκαλίον τε δελφάκειον γεννικόν,
ὅπτα θ' ἀλίπαστα τρία.*

At ἐφθὼν — ὅπτα — ἀλίπαστα sibi invicem opponuntur. Olim vero idem Dindorfius optime conjecerat,

ἀφροκάλιον τε γεννικόν, ὅπτον δέλφαινα,
ἀλίπαστα τρία.

Error ex eo natus videtur, quod ad ἀλίπαστα suppletum sit δελφάκια, quum κρέα supplendum esset. Nunc singulari ὅπτον δέλφαινα praegresso et τρία habet, quo referatur, et tota oratio bene cohaeret. Nimirum ad verba ἀφροκάλιον γεννικόν e superiori versu supplendum est ἐφθόν, siquidem ἀφροκάλια semper fuerunt cocta (ἐφθά), nusquam assa (ὀπτά). Denique non erat, quod Eubulus diceret ἀφροκάλιον ὕειον vel δελφάκειον. Etenim ἀφροκάλιον sive, ut plerumque dicuntur, ἀφροκόλια vel per se significant trunculos suillos; vide Anaxilam ap. Athen. III p. 95, b, Antiphanem ibid. p. 95, f., Archippum ibid. XIV p. 656, b. Sed Hermannus quod pyrrhichium pedem in fine trimetri cum numerorum continuatione conjunctum repudiat, immemor fuisse videtur lusus Eupolidei in Baptis,

Ἄλλ' οὐχὶ δυνατόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἀλλὰ προ-

βούλευμα βαστάζουσι τῆς πόλεως μέγα,

quae quidem consilium ipsum Hephaestionis (p. 27), diligentissimi hominis mutatum ire vetat.

V. 1204. τοῖσιν Barocc. — λαμβλοῖσι C Rav. Cantabr. I; λάμβλοισιν Elb. Monac.

V. 1206. Quos prologorum versus Aristophanes jocosu additamento ληκύθιον ἀπώλεσεν corripuit, eos versus in iis quidem tragoediis, quas paullo post comoediam nostram reposuit, omnes aut valde mutavit, aut delevit aliosque suffecit alter Euripides, sive filius magni, sive ut Suidas s. Εὐριπίδης ait, ex fratre nepos. Et viros doctos quidem miramur fugere potuisse rem manifestam. Vehementer enim Ranae placuerant nec semel sed bis datae erant, ut spectatores hujus tam longae scenae facile recordarentur. Quid autem futurum erat, si quis tragoediae spectator comicum illud ληκύθιον ἀπώλεσεν magna voce tempore in ipso inseruisset? Ita profecto ingens omnium risus in prima statim fabula excitatus tragoediam totam obruisset. At enim verissima esse quae supra dixi, e tribus prologis apparet, quorum utraque recensio, altera majoris Euripidis, minoris altera aetatem tulit. Nam ad v. 1206 in Cantabr. I et marg. Barocc. Ἀρχελάου ἡ ἀρχὴ notatur. Contra schol. Ἀρχελάου αὕτη ἐστὶν ἡ ἀρχή, ὥς τινες ψευδῶς· οὐ γὰρ φέρεται νῦν Εὐριπίδου πρόλογος οὐδεὶς τοιοῦτος. Οὐ γὰρ ἐστὶ, φησὶν Ἀριστοταρχος, τοῦ Ἀρχελάου, εἰ μὴ αὐτὸς μετέθηκεν ὕστερον, ὁ δὲ Ἀριστοφάνης τὸ ἐξ ἀρχῆς κείμενον εἶπε. Recte omnino Aristarchus conjicit, Archelaum bis datum esse atque prima recensione usum esse Aristophanem. Attamen in eo fallitur idem, quod secundam recensionem non minori Euripidi tribuit, sed majori, qui Ranarum anno jam mortuus erat. Quare et ii grammatici recte statuunt, qui hoc esse Archelai principium affirmant: hi enim primam Archelai recensionem sequuti sunt: et vero ii,

qui tale quidquam in toto Euripide legi pernegant; quam enim hi sequuti sunt Archelai secundam recensionem, in ea minor Euripides hoc Rana-
rum loco commotus versus illos plane expunxerat. Itaque major Euripi-
des semel dedit Archelaum, sic plane exorsus (Prolog. I), *Ἀργος κατασχών*. At Plutarchus Moral. p. 837, E inter *τρεις αρχάς δρα-
μάτων Εὐριπίδου* hunc versum ponit, *Δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πα-
τήρ*, quem alii scriptores docent sumtum esse ex Archelao. Nempe qui
Archelaum post mortem majoris iterum dedit minor Euripides, is in pri-
oris loco locum hunc plane novum substituit, (Prolog. II) *Δαναὸς, ὁ πεν-
τήκοντα — νόμον ἔσθῃ· ἀν' Ἑλλάδα*. Venio ad Meleagrum, qui infra v.
1238 sqq. ridetur. Hic igitur locus nostram sententiam extra omnem du-
bitationem ponit. Namque Euripides ipso uti debet prologi initio, quo-
niam in tota scena primi versus prologorum afferuntur, v. 1126 initium
Choëphorum, v. 1182 initium Antigoniae, v. 1206 initium Archelai, v.
1211 initium Hypsipyles, v. 1217 initium Sthenoboeae, v. 1225 initium
Phrxi, v. 1232 initium Iphigeniae Tauricae, v. 1244 initium Melanippae.
Nunc vide mihi scholiastam, *Ὅντις ποτ' ἐκ γῆς: ἔστι μὲν ἐκ Μελισάγρον
μετὰ ἱκανὰ τῆς ἀρχῆς, ἣ δὲ ἀρχὴ τοῦ δράματος· » Καλυδῶν μὲν ἦδε γαῖα
Πειλοπίας χθονός.* Nempe major Euripides sic inceperat, (Prolog. I)

Ὅντις ποτ', ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν,

θύων ἀπαρχὰς οὐκ ἔτισεν Ἀρτεμιν.

At minor Euripides sic reposuit atque exorsus est, (Prolog. II) *Καλυδῶν
μὲν ἦδε γαῖα — Θεστίον δὲ παρθένον*, et aliquanto post demum, ut e
scholiasta intelligitur, ita fere perrexerit, ut supra posui,

Οὐτός ποτ', ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν,

θύων ἀπαρχὰς οὐκ ἔτισεν Ἀρτεμιν.

Minus enim periculi in medio prologo, quam ipso ejus initio a minutula olei
ampulla impendebat. Nam nulli uni Euripidis prologo acerbius atque diutius
illisit Aristophanes, quam Meleagri v. 1238—1242. Quo magis necessarium erat,
ut minor Euripides prologum illum in altera editione valde mutaret, ne primo
statim secundove versu spectatores non secus atque hic Aeschylus'succla-
marent atque obstreperent. Jam cum Phrxi initio, quod infra v. 1225
ridetur, componamus schol. ad Eurip. Phoen. v. 6 *ἐν γούν τῷ Φοίξῳ φηεῖν·*

Ἦσαν γὰρ [ὡς λέγουσ'] addit Musgravius] Ἀγῆνορος κόροι

Κλιεῖ, ἀφ' οὗ καὶ Κιλικία κικλήσκειται,

Φοίνιξ, ὅθεν περ τοῦνομ' ἡ χώρα φέρεται,

καὶ Θάσος.

Quae e prologo optime repetiit Valckenarius ad Phoen. p. 596. Verum
enimvero haec cum nostro Phrxei prologi initio,

Σιδωνίον ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών

Ἀγῆνορος καὶς ἔκτε' ἐς Θήβης πέδον

magnopere pugnant. Neque enim fieri poterat, ut idem poëta, qui sic incepisset *Σιδώνιον ποτ'* — et jam ante de uno Cadmo esset loquutus, postea in eodem prologo retro quasi cedendo relaberetur ad Agenorem Cadmi patrem et ad fratres Cadmi, Cilicem, Phoenicem, Thasum. Quum igitur Phrixum bis editum esse constet, certum videtur habere nos fragmenta prologi utriusque. Atque id jam sensit Valckenarius in *Diatr.* p. 216, a „Phryxi dramatis emendati si fuit initium, quod dicitur in *scholiis* ad *Aristoph.* *Ran.* v. 1256, ex prioris esse videntur Editionis Prologo, quae dat *Scholiastes* in *Eurip.* *Phoeniss.* v. 6.“ At Aristophaneus scholiasta, quod assentiente Valckenario dicit, *ἔστι δὲ τοῦ β' Φρίξου Εὐριπίδου ἡ ἀρχή*, erravit ac potius scribere debuit *τοῦ α' Φρίξου*. Nam major Euripides statim a Cadmo inceperat, *Σιδώνιον ποτ' ἄστρ' Κάδμος* —, at minor Euripides paullo altius repetiverat, motus hoc Ranarum loco, ut prologum aliter inchoaret. Quodsi quis forte scholiastae verba *τοῦ δευτέρου Φρίξου* ita defendet, ut utrumque Phrixum a majore Euripide editum esse conjiciat: ei hic ipse Ranarum locus adversatur, ex quo colligendum est, Aristophanis demum irrisionem mortuo jam majore Euripide eam vim habuisse, ut in secunda editione prologus mutaretur. Accipe pauca de caeteris prologis. Nam Iphigenia Taurica etiamnunc sic incipit ut est v. 1232, *Πέλοψ ὁ Ταντάλειος* —. Fortasse minor Euripides hanc quidem tragoediam omnino non reposuit. Cf. Vitae Eurip. scriptorem p. 173 ed. Lips. Elmsl. — *νεώτερον δὲ Εὐριπίδην, ὃς ἐδίδαξε τοῦ πατρὸς ἐν ταῖς δράματι.* Neque enim probabile est, alteram recensionem funditus interisse. Isto quidem modo interisset, credo, prima editio, non secunda. Nam ex iis tragoediis Euripideis, quae bis datae atque adeo mutatae sunt, primarum recensionum exemplaria jam Alexandrino aevo rarissima erant, ut patet exemplis Archelai v. 1206 et Meleagri v. 1238. Hoc tamen fieri utique potest, ut Iphigenia Taurica multis post Ranarum annis sine ulla mutatione repetita sit. Denique v. 1211 legitur initium Hypsipyles et v. 1217 Stheneboeae. Utriusque tragoediae hunc unicum novimus prologum. Aut igitur hasce duas fabulas non reposuit minor Euripides, aut alter prologus in fragmentis nostris non amplius exstat. Nihil vero ad hanc causam pertinet Melanippe (infra v. 1244), licet haec etiam tragoedia bis, non semel edita sit. Utramque enim editionem curavit major Euripides teste Plutarcho *Moral.* p. 756, c. Quin etiamsi minor Euripides hanc tragoediam tertium edidisset, non fuisset tamen, quod hoc quidem secundi prologi initium mutaret, quippe cui comicum illud *ληγύθειον ἀπώλεσεν* ne adjici quidem posset. Continua enim oratio haec fuerat,

*Ζεὺς, ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ἔπος,
Ἕλληνας ἔτικτε.*

Postremo Boeckhius De tragicis p. 233, ut rationem reddat, cur Iphigenia

Aulidensis non a senariis, sed ab anapaestis dimetris incipiat, acute con-
jicit, Euripidem minorem. quod prologi Euripidei hic in Ranis tam acerbe
exagitati essent, prologum e senariis compositum abjecisse, ne spectatores
comici illius *ληκύθιον ἀπώλεσεν* recordari possent. Quamquam Aulidensis
Iphigeniae prologus in Ranis non exagitur; aliorum autem prologorum,
qui hic carpuntur, verba tantum ac versus, non metra tota a minore Eu-
ripide mutata sunt, qui etiam in Baccharum prologo trimetros servavit.
Ceterum minime omnes parodiae ejusmodi sunt, ut propterea tragici ver-
sus in secunda editione aut mutandi aut plane delendi esse videantur.
Velut Hecubae Euripideae initium Aristophanes specie ridentis ipse quo-
dammodo imitatus est in Gerytade ap. Athen. XII p. 551, b et iterum in
Aeoloscione ap. eundem III p. 112, e.

V. 1208. Aristophanem imitaturus Valckenarius ad Hippol. p. 160, d
Hippolyti initium lepide in hanc speciem detorsit,

*Πολλή μὲν ἐν βροτοῖσι κοῦκ ἀνώνυμος
θεὰ κέκλημαι, » ληκύθιον ἀπώλεσεν, «
ὅσοι τε Πόντον, » ληκύθιον ἀπώλεσεν, «
ναίουσιν εἶσω, » ληκύθιον ἀπώλεσεν. «*

Quasi lecythio non id actum sit, ut salvo metro nasceretur etiam scurrilis
illa quidem, sententia tamen. Sed quemadmodum tragici reprehendendis
Choëphorum et Antigoniae exordiis supra cavillati sunt, ita etiam h. l.
Aeschylus videtur cavillari. Namque ita mentitur, quasi Euripides in metro
deliquerit, v. 1202. At usitatissima est senarii caesura penthemimeris.
Deinde ut et metro et sententiae jocosum istuc *ληκύθιον ἀπώλεσεν* respon-
deat, nunc tertio nunc secundo nunc etiam primo uti cogitur versu Euri-
pidis. Quamquam hic quidem in ipsa cavillatione multum veri inesse con-
tendo. Primum enim bene reprehenditur nimia exordiorum aequalitas,
id est eadem multis in prologis siue ulla varietate cantilena, ut recte
schol. ad v. 1217 (1250) *διαβάλλει δὲ τὴν ὁμοειδίαν τῶν εἰσβολῶν τῶν δρα-
μάτων*. Omnes enim prologi a nomine proprio incipiunt *Ἀγνυπτος, Διώνυσος,
Πέλοψ, Οἰνέως, Ζεὺς*, adde exordium Ionis *Ἄτλας*. Deinde hoc dicit, Eu-
ripidem grandia professum in humilitatem delabi. Nam *ληκύθιον, κωδά-
ριον, θυλάκιον* humilia sunt omnia tam ad sensum, quam ad ipsam for-
mam. Neque enim tragoedia deminutiva fert nisi ea, quae in primitiva
abierunt ut *θηρίον*. Sic *παιδίον* tragicum esse negavit Hermannus Opuse.
I. p. 62. Ne Homerum quidem deminutiva valde delectant (vid. schol.
Ven. ad II. v', 71 atque Eustathium p. 833, 33. p. 1196, 12. p. 1540, 53.
p. 1653, 31). Denique quod sublato prologorum initio toti illi prologi
lecythii ope tolluntur, Aristophanes non ille quidem dixit, statuit tamen,
Euripidis prologos usque eo sibi displicere, ut de medio tollendos esse
censeat. Nam quid aliud sunt Euripidis prologi, quam seorsim posita

neque cum ipso dramate connexa argumenta tragoediae metrica, sine actione, sine colloquio, sine varietate personarum, quibus prologis animus enecari potest, excitari non potest? Cf. Vossium ad h. l., Welckerum p. 173 et Reistgium ad Oed. Col. Enarrat. p. XVII. Neque qui Euripideos prologos alienis exemplis defenderunt, Lessingius in Dramaturg. Harnamon. vol. I circa finem et Bothius supra ad v. 1054, aliud quidquam laudare potuerunt nisi eorum sine affectatione elegantiam; quae non poëseos, sed sermonis meri virtus est. Ceterum hic Comici lusus eo valuit, ut metrici graeci trochaicum dimetrum catalecticum *Ληκύθειον* et *Εὐρηπίδειον* appellerent, id quod ostendi De Aeschyl. Eumen. II p. 93. Male vero Kuster ad h. l. alique cum h. l. comparant Callimachum, qui in Fragm. CCCXIX p. 286 ed. Bl. tragoediam nominavit *Μοῦσαν ληκύθειον*. Nimirum ἡ λήκυθος significat etiam orationis ornamentum, ampullas, sesquipedalia verba et *ληκυθίζειν* ampullari. Contra hic *ληκύθειον* propriam vim habet vasculi olearii. Humili enim vocabulo opus est, qualia sunt etiam *καδάριον* et *θυλάκιον*. Sed finem non inveniam, si omnes conjecturas e vano haustas expromam sicut ejus, qui verba *ληκύθειον ἀπώλεσεν* cantilenae cujusdam nunc penitus ignotae fuisse particulam somniavit.

V. 1209. 1210. Utrumque versum Dionyso tribuunt edd. ante Brunckium et CE; recte priorem Euripidi, alterum Dionyso ABRVM. — τί post *τοῦτε* om. Monac. et ed. Gel.

V. 1211. ὅς om. R.

V. 1212. *πένκαισι* vulgo et Borg. Rav.; *πένκῃσι* AMV Brunckius, male. —

Παρασόδον edd. ante Brunckium et RM; *παρνασόν* V; *παρνασόν* ABCD Barocc. Elb. Tum libri omnes *καθαπτός*. Verba *πυρφόρος, φωτεινός, διά τὰς δᾶδας* inepti scholiastae sunt, qui junctis vocabulis *καθαπτός ἐν πένκαισι* cum verbo *ἄπτω* (incendo) v. *καθαπτός* conglutinavit. Restant haec, *Κάθαπτος: Τιμαχίδας, ὡς ταρακτός, καθημμένος. τὸ δὲ ἑτέρως λεγόμενον δηλοῖ τὸ ὅλον καθάπτεσθαι*. Eadem fere habet Suidas s. *Καθαπτός*. At corrupta sunt doctrinaeque grammaticorum (ut schol. Ven. ad Il. γ', 344) repugnant. Conjicio, *Κάθαπτος, Τιμαχίδας. τὸ δὲ ἑτέρως λεγόμενον, ὡς ταρακτός, δ. τ. ο. κ.* Priorem accentum probat etiam Hesychius in ipsa voce, posteriorem autem Philoxenus in Etym. M. p. 1, 38. Lobeckius in Paralipom. II p. 498 quum de accentu compositorum Verbalium, re vehementer ambigua, adde etiam parum amoena dissereret, docuit secundum graecos grammaticos syntheta esse proparoxytona, parasyntheta autem esse oxytona, ceterum ne ipsos quidem grammaticos quid sit parasyntheton, satis statutum habuisse. Ipse conjicit, potentialia plerumque oxytona, absoluta autem hujusmodi Verbalia fuisse proparoxytona. Cf. eundem ibid. p. 497 et p. 487. Ceterum schol. *Διόνυσος ὅς: Τριπύλης ἡ ἀρχή*

(sic etiam marg. Barocc. et Cantabr. I) et *Πεδᾶ χορεύων*: — τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ *λάμβον* „*παρθένοις σὺν Δελφίσι*“, (sic etiam marg. Barocc. et Cantabr. I, II). Confer Matthiam ad Fragm. p. 191.

V. 1215. οὐδὲν ἔσται *πρᾶγμα*] Vide Musgraviū ad Eurip. Medeam v. 451 et Heindorfium ad Plat. Hipp. Maj. §. 25 q. 161 ed. sec.

V. 1217. Schol. Ἡ *δυογενῆς ὦν*: τὸ λοιπὸν τοῦ *λάμβον* „*πλουσίαν ἀροῖ πλάνα*.“ Σθενεβοίας δὲ ἡ ἀρχή. Similiter etiam Cantabr. I. Confer Matthiam ad Fragm. p. 329.

V. 1220. *μοι δοκεῖ* coniecit Kuster, probantibus Dobraeo, Seagero, Dindorfio, Bothio, non Brunckio neque p. 216 Welckero. Recte libri *δοκεῖς*, *videris mihi contrahere vela tua debere*. Similia haec sunt in Nub. v. 1259 *προσκειλῆσθαι μοι δοκεῖς videris mihi in jus esse vocandus*, ubi tamen confer versum praecedentem.

V. 1221. *τοῦτό γε* edd. ante Brunckium praeter Junt. I scilic. e v. 1223; *τοῦτο* RVMABC Elb. Cantabr. I Barocc. Juntina prima.

V. 1222. *Δήμητραν* Rav. Barocc. — *φροντίζαμι σε* C Borg.

V. 1224. Hic versus Aeschyli est in edd. ante Brunckium praeter Lugd. Batav. (a. 1624), recte autem Dionysi in ed. Lugd. Batav. et in ABCD RVM Cantabr. I, II.

V. 1225. *ποτ' ἄστυ* | *δίποτ' ἄστυ* Juntina prima Borg. Cantabr. I Barocc. Quomodo hic error natus sit, docet cod. Monacensis, qui praecedente versu voce δὴ omissa legit aut *ἴθι λέγ'* aut *ἴθι λέγ'*. Ceterum schol. ἔστι δὲ τοῦ β' *Φρύξον Εὐριπίδου ἡ ἀρχή. τὸ λοιπὸν δὲ τοῦ στίχου* „*ἵκετ' εἰς Θήβης πέδον*.“ Etiam Cantabr. I τοῦ δευτέρου *Φρύξον ἡ ἀρχή* et mox τὸ *λείπον* „*ἵκετ' εἰς Θήβης πέδον*.“ At vide supra ad v. 1206. Laudo industriam Matthiae ad Fragm. p. 295, ni credidisset Musuro foede erranti de Hesychii glossa s. *Γλυκερῶ Σιδανίω*. Nam codicis scripturae cum scholiis ad Aristoph. Vesp. v. 220 comparatae docebant Hesychii locum minime ad Phrixum Euripidis, sed ad Phrynichi Phoenissas referendum esse.

V. 1227. *Ἀποκρίω*, *eme* bene convenit cum Euripidis verbis v. 1229 *ἐγὼ πρίωμαι τῷδ'*; Nam *πρίασθαι*, *ἀνείσθαι τινί τι* est ab aliquo aliquid *emere*, ut in Acharn. v. 777, ibid. v. 780, in Pace v. 1227, in Anagyro p. 91 ed. D., in Eupolidis Capris p. 89 ed. R., in Phrynichi Tragoedis ap. Athen. XIV p. 654, b, in Dinarcho ap. Harpocratonem s. *Ὀχείων* et alibi.

V. 1229. *τῷδε* Rav.; *τῷδε γ'* Cantabr. I; *τῷδε γ'* Cantabr. II; *τῷ δέ γε* Elb. Monac. Cf. varr. lect. supra v. 1134.

V. 1230. In Ald. J. I, II deest persona ETP. — Vulgo et in Veneto, οὐ δὴτ', *ἐπει πολλοὺς προλόγους ἔξω λέγειν*. Sed οὐ δὴτ', *ἐπειδὴ προλόγους ἔξω λέγειν* RM Borg.; *ἐπειδὴ* etiam Barocc. Cantabr. I. Fuisse videntur, qui minus bene scriberent, οὐ δὴτ', *ἐπειδὴ καὶ προλόγους ἔξω λέγειν*. Equidem olim haesi in futuro *ἔξω*, quod ex insequente *ἔξει* nasci facile potuit,

atque adeo *ἔχω λέγειν* conjeci, ut infra v. 1237 scriptum est *ἔτι γὰρ εἰσὶ μοι σφυοί*. In eandem conjecturam Debraeus Bothiusque inciderunt. Vix tamen necessaria est haec mutatio comparanti v. 1215 *ἀλλ' οὐδὲν ἔσται πρῶγμα*.

V. 1231. *λήκυθον*] *ληκύθιον* Rav.

V. 1232. *Πίσσαν* edd. ante Brunckium et Mut.; *Πίσαν* AC Brunckius; *Πεσσαν* Rav.; *Πίσαν* Venetus recte, idque primum Dindorfus restituit Herodiani et Stephani Byzantii monitu.

V. 1233. *Θυαΐδιν* om. Elb. — *ληκύθον* (sic) Junt. I. Est autem hoc initium Iphigeniae Tauricae.

V. 1235. *ἀπόδος* edd. ante Brunckium et plerique codd., ut RM Cantabrr. I, II; *ἀπόδον* A Venetus; *ἀπόδος* Barocc. (v supra a sec. m.). *Ἀπόδον* Brunckius Dindorfusque receperunt auctore Dawesio M. C. p. 243, quia Activum *ἀποδιδόναι* nusquam sit *vendere*. Principio id falsum; vid. Eurip. Cycl. v. 239 aliosque locos; deinde tam ab h. l. aliena est vendendi notio, quam necessaria emendi. Cohærent enim haec cum v. 1227, ubi Bacchus ad Euripidem, *ἀποποιῶ τὴν λήκυθον*, Euripide se id facturum negante, *ἐγὼ πρίωμαι τῷδ'*; Ergo ad eundem Euripidem dicta *Ἀλλ' ὦράθ' ἔτι καὶ νῦν ἀπόδος πάσῃ τέχνῃ* *λήπει γὰρ* — quid aliud nisi hoc significare possunt: at, o bone, etiamnunc eme ampullam quovis modo; poteris enim parvo emere? Quae quum ita sint, Bacchus minime Aeschylum alloqui potest neque ei auctor esse, ut ampullam vendat; multo minus autem Euripidem hortari potest, ut alienam ampullam, quae ab Aeschylō emenda erat, nescio quo modo ipse vendat. Jure igitur Bothius restituit *ἀπόδος* i. e. da pecuniam pro lecythio, *bezahle das Delphischthum*. Cf. supra v. 270, Nub. 1268, Lucian. Scytha c. 2. Scholiasta hic partim ineptit, veruntamen et ipse legit *ἀπόδος*.

V. 1236. *γς* edd. ante Brunckium; *τς* RVM ABCD Elb. Monac. Cantabrr. I, II. Barocc. et sic primum Dawesius M. C. p. 245. *Λαμβάνειν* autem est *emere*, ut in Pac. 1229, Phrynich. Tragoedis ap. Athen. XIV p. 654 b, Eurip. Meleagro p. 229 ed. Matth. Sic etiam latine dicitur, tanti sumere, parvo sumere (v. Graevium ad Luc. D. Mort. IV, 1).

V. 1237. *γ'* om. Barocc. Elb.

V. 1238. De duobus Meleagris et de nexu initioque prologi utriusque supra dixi ad v. 1206. In Cantabr. I librarius per errorem scripsit *Οἰνέως ἢ ἀρχή*. Fuit sane etiam *OINETE* Euripidis, sed argumento plane diverso. Prologum in Oeneo agebat Diomedes, sic exorsus, *ὦ γῆς πατροφῆας χαιρὲ φίλτατον πίδον*. V. Matthiam Fr. p. 238. Contra schol. *Οἰνέως ποτ' ἐκ γῆς*: *ἔστι μὲν ἐκ Μελεάγρου* — τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ στίχου „οὐκ ἔθυσεν Ἀρετέ-

μιδι.“ Paullo aliter Cantabr. I τὸ λείπον »ἀρτέμιδι οὐκ ἔθυσιν.“ Enimvero tribrachys iste,

θύων ἀπαρχὰς οὐκ ἔθυσιν Ἀρτέμιδι

simillimus est illi, quem acriter defendi video v. 1203 θυλάκιον. At enim hunc locum haud dubie sic corrigo,

Ὀϊνὺς ποτ', ἐκ γῆς πολύμετρον λαβὼν στάχυν,

θύων ἀπαρχὰς, οὐκ ἔτισεν Ἀρτεμιν.

Eo sensu τῆιν saepissime habet Homerus, ut Il. α', 244, atque etiam tragoedia, inprimis Aeschylus. Cf. Virgil. Aen. I, 49. Omitto infelicissimas conjecturas Heathii, Piersoni, Valckenarii, Musgravii, Brunckii, Toupii. Nec melius profecto Bergkii De Sophocl. Fragm. p. 18 θύων ἀπαρχὰς οὐ καθωσίωσέ μοι, collato Hesychio, Καθωσίωσε: κατέθυσεν. Εὐριπίδης Μελέαγρο. At in Meleagro Euripidis frequentissima mentio fuerat sacrificiorum aliis diis, non etiam Dianae oblatorum.

γρ. πολύμετρον

V. 1240. πολύβοτρυν Barocc L; πολύβοτρυν Cantabr. I. [Eandem lectionem habet sch. R. διχῶς, πολύβοτρυν.]

V. 1242. αὐθ' αὐθ' Barocc. edd. Junt. II et aliae quaedam; αὐτὸν Rav. — Naviter autem Euripidis Meleagrum secundum legerat scholiasta, qui hujus tragoediae prologum tam accurate descripserit. Itaque quae idem continuo addidit, vix dubito, quin sumta sint e graeca Ἐποθέσει Meleagri Euripidei et quidem ex ipso ejus initio: Ὀϊνὺς [δὲ dele] τῆς αὐτοῦ γῆς εὐφορησάσης — ἀναψάσης τὸν Μοιρῶν δαλὸν, ἀποθανόντος [hic adde καὶ τὰ ἑξῆς]. [Abest tamen hoc argumentum a libris RVΘM.] Quae quidem omnia cum fragmentis argumentoque Meleagri Euripidei optime conspirant. Sic verò graecam Ἐποθέσει Alcestidis verbotenus exscripsit schol. Platon. p. 373 sq. B. Sic etiam Sophoclei Athamantis ejusque posterioris sive Coronati graecam Ἐποθέσει manifesto exscripsit scholiastes ad Nubes v. 258, [partim etiam in cod. V] quam ille videtur totam atque integram servasse. Ceterum de iis, qui fana ac sacrificia ventris causa circumibant, deque hoc furti genere v. Lobeckium in Aglaoph. p. 1035. At in Nub. v. 180 tametsi acutissima atque ingeniosissima est Hermanni conjectura, θυμάτιον ὑφέλετο, non tamen mutari debebat librorum omnium scriptura θοιμάτιον ὑφέλετο, cujus paullo reconditior intellectus est.

V. 1243. ἑαὐτὸν ὦ τῶν edd. ante Brunckium; ἑα αὐτόν, ὦ τῶν BD Brunckius; ἑα αὐτόν ὦ τῶν AMV; ἑασον αὐτόν ὦ τῶν C; ἑασον ὦ τῶν Rav. Borg. Barocc. Cantabr. I; ἑασον etiam L. Scripturam ἑασον ὦ τῶν prebarunt Beckius, Reisigius ad Oed. Col. C. C. v. 1188, tum Bothius et qui confert supra v. 952, Dindorfus. At ista non probabilis lectio est, sed error manifestus, natus ille e principio v. 1239 ἑασον εἰπεῖν — . Accedit, quod ipse Ravennas αὐτόν tuetur, quippe in quo scriptum sit,

καὶ τίς αὐτὸν ὄφειλετο :

Εὐ. ἔασον ὦ τᾶν — .

Postremo cum his ἔα αὐτὸν bene convenit verbum *εἰπάτω*. Itaque nihil verius est vulgata lectione *ἔαυτὸν*, ὦ τᾶν, vel quomodocunque crasi exprimatur. Aliud hujus crasis exemplum habemus in Lysistr. v. 946 *ΚΙ. ἀγαθόν· ἔαυτ', ὦ δαίμονι· ΜΤΡ. ληρεῖς ἔχων*, ubi parcendum erat conjecturis. Denique in Soph. Oed. C. v. 1188, ubi codices partim dant *ἀλλ' αὐτὸν*, partim *ἀλλ' αὐτόν*, unus etiam *ἀλλὰ σεαυτόν*, alius adeo *ἀλλ' σε*

αὐτόν, certa videtur Dawesii M. Cr. p. 343 emendatio Brunckio probata, *ἀλλ' ἔαυτόν· εἰσι χιτέροις γοῦν κακὰ*. Ita saepe graeci poetæ ἔα in unam syllabam contrahunt. Nam anonymi conjectura *ἀλλ' ἔασον· εἰσι* — justo audacior est, caeterae autem ejusmodi, ut stomachandum sit.

V. 1244. Recte Euripides, *πρὸς τοδὶ γὰρ εἰπάτω*. V. Matthiam ad Fragm. p. 213. Sed callide Aristophanes in hunc quoque prologum pestem machinatus, Baccho interloquente, vel hic suae sibi formulae locum occasionemque aperuit. [In scholio ὁ *Διάχυλος* addendum videtur, *Ἐπεὶ ὁ Διάχυλος οὐ προσέθηκε τῷ ἡμισυχίῳ* —.] Duae autem tragoediae ab Euripide Melanippae nomine inscriptae sunt, *Μελανίππη ἡ Σοφῇ* et *Μελανίππη ἡ Δεσμώτις*. Namque ipsum utriusque fabulae argumentum evidentissime docet, prius editam esse Sapientem Melanippam, quam dari altera posset Vinota. Hoc praeclare vidit Matthiae p. 212 sq., quem ad Thesmoph. p. 199 sequutus sum. Jam Sapiens Melanippe fabula impietatis plena fuit et theologiae Graecorum inimica. Nomen enim ab eo accepit, quod Melanippe quasi Anaxagorae alumna indecore et impie philosopharetur eoque de fide patriis diis habenda detraheret. Qua ipsa de causa hanc tragoediam vituperant Aristoteles Poëtic. c. 15 et plus semel Dionysius Halicarnassensis. Inaudiverat de hac re etiam Plutarchus in Erotico p. 756 B (p. 22 ed. Winckelm.). *Ἀκούεις δὲ δῆπον τὸν Εὐριπίδην, ὡς ἐθοροβήθη ποιησάμενος ἀρχὴν τῆς Μελανίππης ἐκείνης, Ζεὺς οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ, μεταλαβὼν δι' ἐχθρὸν ἄλλον ἐθάῤῥει, ὡς ἔοικε, τῷ θράματι γεγραμμένῳ πανηγυρικῶς καὶ περιτεῶς, ἥλλαξε τὸν στίχον, ὡς οὕτω γέγραπται, Ζεὺς ὡς λέλεται τῆς ἀληθείας ὑπο*. E conjecturis adhuc prolatis unica memorabilis est Saupprii Turicensis, *μεταλαβὼν δὲ χορὸν ἄλλον ἐθάῤῥει* — *ἀλλ' ἥλλαξε*, in qua *χορ* v est verisissimum. Corrigo enim sine ulla dubitatione, *Ἀκούεις δὲ δῆπον τὸν Εὐριπίδην, ὡς ἐθοροβήθη ποιησάμενος ἀρχὴν τῆς Μελανίππης ἐκείνης· Ζεὺς, ὅστις ὁ Ζεὺς· οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ. Μετὰ δὲ, λαβὼν χορὸν ἄλλον (ἐθάῤῥει γὰρ, ὡς ἔοικε, τῷ θράματι γεγραμμένῳ πανηγυρικῶς καὶ περιτεῶς) ἥλλαξε τὸν στίχον* cel. Nam sicuti χορὸν λαμβάνειν est *fabulam docere posse*, ut supra ostendi ad v. 94, sic ἄλλον χορὸν λαμβάνειν est *fabulam iterum docere posse*. Cum Plutarcho comparemus scholiastam

ad h. l., quod scholium est etiam in Cantabr. I, *Ζεὺς ὥς λέλεκται: Μελανίππης τῆς σοφῆς ἢ ἀρχῆς*. [Sch. R tantum *Μελανίππης ἀρχῆς*.] Scholiasta igitur Plutarcho acerrime repugnat. Etenim Plutarcho auctore prior Melanippe et adversus deos impia, cujus initium fuit *Ζεὺς ὅστις ὁ Ζεὺς* — sibilis explosa est (haec fuit Sapiens Melanippe); posterior vero sane pia et religionis plena ab hoc versu initium cepit, *Ζεὺς ὥς λέλεκται* — (haec fuit Vineta Melanippe). Atqui hunc ipsum versum, *Ζεὺς ὥς λέλεκται* — scholiasta Melanippae tribuit Sapienti. At dixerit quispiam errasse scholiasten deceptum forsitan harum tragoediarum initio, quod idem fuit (*Ζεὺς*), ac potius scribere debuisset, *Μελανίππης τῆς Δεσμώτιδος ἢ ἀρχῆς*. Ego vero vix dubitaverim a scholiastae partibus stare accusata levitate Plutarchi. Qui certissime in eo errat, quod versu *Ζεὺς, ὥς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο* magnae erga deos pietatis specimen editum esse opinatur. At hic versus a Sapiente Melanippe haudquaquam abhorret, ut in quo Melanippe nihil aliud dicat, quam se divina stirpe satam esse, quum Hellen avus suus filius fuerit Jovis. Iisdem verbis usus Hercules in Pirithoo p. 304 ed. Matth. Jovis se filium esse gloriatur. Quid, quod Melanippae verba

*Ζεὺς, ὥς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο,
Ἕλλην' ἔτικτε*

ad prioris sive Sapientis prologum necessario referenda sunt. In hac enim tragoedia unice agebatur de Melanippae ortu, sapientia, amoribus, liberis variisque fortunae casibus. Contra Vinetae prologus si quas habuit majorum imagines, haudquaquam iterum cum taedio inculcandi erant ejusdem Melanippae majores, sed potius afferendi proavi Metaponti regis conjugisque Theanus. Ergo quantumvis alter apud Plutarchum versus *Ζεὺς ὅστις ὁ Ζεὺς*· οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ philosophanti conveniat, errore tamen Plutarchus liberari non potest. Nempe scivit Plutarchus, duas Euripidem Melanippas scripsisse, priorem adversus deos impiam, alteram vero piam plane ac religiosam: ceterum qui prioris initium ne intellectum quidem ad posteriorem tragoediam transtulisset, coactus est novum prioris prologum eementiri. Quamobrem alter Euripidis versus, *Ζεὺς ὅστις ὁ Ζεὺς*· οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ omnino non e Melanippa videtur repetendus esse. Eo in versu quum Valckenarius Diatrib. p. 37 c. proposuisset,

*Ζεὺς, ὅστις ἐστίν· οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ
κλύων —*

decepit Blomfieldum in Glossar. ad Agam. v. 155 et Winckelmannum l. l. p. 149. Quanto melius ad Eurip. Orest. v. 412 Porsonus,

*Ζεὺς, ὅστις ὁ Ζεὺς· οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ
κλύων —*

Nihil verius, ut vel e varietate lectionis apud Lucianum Jov. Trag. c. 41 intelligitur. Adde, quod *Ζεὺς, ὅστις ἐστίν* esse potest religiosi, ut supra

ostendi p. 199; contra Ζεὺς ὅστις ὁ Ζεὺς, sicuti etiam in Herc. Fur. v. 1263, est impii, qualis hic esse debet Euripides, consentientibus Plutarcho, Luciano, Justino Martyre, Athenagora.

V. 1245. Legebatur ἀπολεῖ σ', quod neque significare potest *interficiet te*, neque *perdet te*, neque *enecabit te*, sed plane est absurdum. Verissime Parisinus C ἀπολεῖς, id quod Bothio praeunte recepi. Nam ἀπολεῖς (proprie *me occides*) nihil aliud est quam *enecas, obtundis me, aliquando finem, ohe jam satis est!* Eam vim habet in Pluto v. 390, in Soph. Electr. v. 821 Herm. ed. sec., in Eurip. Cycl. v. 558, in Nostri Eccles. v. 775 et ἀπολεῖς με in Agathone Athenaei X p. 445, in Nostri Vesp. 1202. Cf. Ran. v. 1018. Imitatur Horatius Epod. XIV, 5.

V. 1247. Hunc versum affert Suidas s. Σῦνον αἰεῖς, ubi pro τοῖσιν ὀφθαλμοῖς cod. Ox. τοὺς ὀφθαλμούς. Huc spectat etiam Pollux II, 65.

V. 1248. τράπον RV et edd. ante Dindorfium, quod esse potest τρέπον; recte τραποῦ Mut.

V. 1249. Edd. vet. non praefigunt personam Euripidis. Pro ἔχω γ' Elb. ἔγ'; pro ἀποδείξω Barocc. ἐπιδείξω.

V. 1251 sqq. Recte Bentlejus duo paria systemata trium versuum agnovit. A versu 1257 θανμάξω sequitur epodus.

V. 1251. πρῶγμα] τὸ πρῶγμα Elb.

V. 1253. Vulgo μέμψιν γ' ἐποίσει. Sed γ' om. RVMC Barocc. Cantabr. I, itaque correxerunt Bentlejus, Gaisfordus ad Heph. p. 303, Welcker p. 217 et caeteri.

V. 1256. Libri omnes contra metrum τῶν ἔτι νῦν ὄντων. [Sch. R τῶν μέχρι νῦν ὄντων ποιητῶν.] Bentlejus et l. l. Gaisfordus probante Dindorfio τῶν ἔτι νυνί, collato supra v. 1082. Quae conjectura eodem incommodo premitur, quo Bentlejana v. 1258 μέμψεται ποτε τουτονί. Nam οὕτως νυνί in choris ne comoedia quidem temere adsciscit. Ego vero Hermanni emendationem recepi τῶν ἔτι γ' ὄντων, h. e. omnium poetarum, quorum quidem carmina adhuc exstant. Vixerant enim plures ante Aeschylum magni poetae, quorum carmina quum jam Aristophanis aetate interissent, virtutem tamen eximiam fuisse constaret.

V. 1258. μέμψαιτό B et edd. ante Brunckium; sed μέμψεται ACDE Elb. Monac. RVM Barocc. Cantabr. I, II Poggianus et schol. metricus.

V. 1261. καὶ πάνυ γε Elb. et om. postea δῆ. Pro πάνυ γε Rav. Barocc. πάνυ δῆ, errore manifesto. De ironico πάνυ γούν dixi in Quaest. Luc. p. 85 sqq., quibus nunc addo Plutarch. in Alexand. M^c. 9, in Phocione c. 20 et quae de ironico ταχύ γε scripsit Porsonus ad Nubes v. 647.

V. 1263. Schol. Ἐρατοσθένης δὲ τῶν ψευδαττικῶν τινὰς γράφειν φησί, καὶ τῶν ψήφων λαβαίν, α ἵνα καὶ τὰ πεπλασμένα δράματα, ἐν οἷς τὸ παράπαν τοῦτο ἡγήσεται, δοκῇ μὴ σεσολοιῖσθαι. Conjeceram post Dobraeum τὸν

ψῆφον. At nunc V τῷ δ' ψηφῶ, Θ autem τῷ ψήφῳ. Itaque scribendum τῷ ψήφῳ. Jam τὰ πεπλασμένα Δράματα refero ad fabulam Δράματα ἢ Νίος, quam critici Aristophanis esse negarant. Nisi forte scribendum est, ἵνα καὶ τινα πεπλ. δρ. (adulterinae comoediae nescio quae). Grammaticus in Ranis τῷ ψήφῳ scripserat, ut hoc masculini exemplo alium ejusmodi locum in adulterina comoedia obvium defenderet. Cui Eratosthenes respondet, neque atticum esse ὁ ψῆφος, neque id in spuria ista comoedia reperiri. Grammaticis quibusdam ψῆφος, ubi quidem ut h. l. est calculus, quo rationes subducuntur, masculini generis visum esse colligas e schol. quamvis recenti cod. Guelf. ad Eurip. Hecub. v. 256. Dindorfius in ed. Ox. primum recte scribit τῷ ψήφῳ λαβών, mox autem falso τῷ ψήφῳ λαβών. At τῷ ψήφῳ minime soloecum est, sed plane atticum. Ceterum rectissime libri omnes, τῶν ψήφων λαβών. Vide Avv. 357 λαμβάνειν τε τῶν χυτῶν, Stratonem ap. Athen. IX p. 383 b v. 43 τῶν τοῦ Φιλητᾶ λαμβάνοντα βιβλίων, Xenoph. Anab. IV, 5, 35 αὐτὸς δὲ τῶν πῶλων λαμβάνει, ubi male haud pauci libri τὸν πῶλον. Ab initio γ' αὐτὰ pro ταῦτα Dobraeus. Parepigraphē. Διάυλιον (διάνλιον Junt. I) προσανλεῖ edd. ante Br. et sic Cantabr. II schol. supra ad v. 269 (271) et schol. hic ad v. 1249 (1282); Brunckius tacite διαύλιον προσανλεῖ τις atque sic VM Barrocc. et post Euripidis personam Cantabr. I; διαύλειον προσανλεῖ τις Rav. et Suidas in ipsa voce. Recte vulgo τις abest, ut supra post v. 311. Schol. ad h. l. et Suidas s. v. Φασὶ δὲ διαύλιον λέγεσθαι, ὅταν ἡσυχίας πάντων γενομένης ἔνδον ὁ αὐλητῆς ᾄσῃ. Intus post scenam tibicen canit alibi sicut in Avv. v. 222, non h. l., uti docere videtur infra v. 1306. Alioqui cum his conveniant Aristides Quinctil. p. 26 τὰ ἐν ταῖς φῃδαῖς μεσανλικὰ ἢ ψιλὰ (sine ulla voce canentis) κρούματα, et Eustathius p. 862, 19. Paullo aliter Hesychius, Διαύλιον: ὁπόταν ἐν τοῖς μέλει (codex μέλσει) μεταξὺ παραβάλλῃ μέλος τι ὁ ποιητῆς, παρασιωπήσαντος τοῦ χοροῦ. παρὰ δὲ τοῖς Μουσικοῖς τὰ τοιαῦτα, μεσαύλια. Quodsi, ut apud Hesychium est, tum quoque caneatur a singulis, non ab universo choro, h. l. diaulium apte interpositum est. Unus enim Euripides est canturus. Sed quoniam diaulium aut de assae tibiae flatu, aut de monodia ad tibiam cantata dicitur, ad novam inprimis Graecorum comoediam referendum esse censeo. Namque in ea unoquoque actu finito mesaulium, h. e. aut sola tibia aut singulare canticum ad tibiam factum audiebatur. Et de sola quidem tibia constat e Plauti Pseudolo, ubi in ipso fine Actus primi hic versus legitur, *Tibicen vos interea hic delectaverit*, quem locum jam C. A. Boettiger et Hermannus Opusc. I p. 291 ad diaulium revocarunt. Cantica autem sive monodias, quae et ipsae post finem actus potissimum caneantur, ad tibiam factas esse e Donato intelligitur (Hermannus ibid. p. 294). Contra in media Graecorum comoedia, quae choris non plane caruit,

post singulos actus brevis quaedam chori cantilena (Χορὸν) interponi solebat, de qua re plura diximus in Quaestt. Aristoph. p. 186 sq.

V. 1264—1292. Aeschyli versus sunt aeolici, a lyricis Aeolensibus si minus inventi, certe frequentati. Attigerunt hoc metrum Hermannus El. D. M. p. 360 sqq. et Gaisfordus ad Heph. p. 275. Aeolenses lyricos Aeschylus ita sequutus est, ut stropharum dignitati consuleret, dactylorum numerum augeret, basin etiam mutaret. Quum enim aeolici poëtae brevi versu dactylico usi essent, Aeschylus etiam longissimos ex hoc genere versus scripsit, ut in Persis et Agamemnone. Deinde ad basin illi disyllabis tantum pedibus iisque omnibus etiam pyrrhichio usi sunt. Contra Aeschylus pyrrhichio evitato e disyllabis pedibus maxime spondeum elegit, tum vero etiam dipodiam jambicam, quid quod unam syllabam basis loco constituit. Eumvero Aeschylus, quod aeolico versu, metro pulcherrimo usus esset, numerat reprehendendus? Immo Euripides aeolicos versus adversarii plane in ludibrium vertere debet, quemadmodum Aeschylus infra v. 1309 sqq. Euripidis versus corrumpit. Tu igitur sic considera, Aeschyli versus, quicunque hic afferuntur, nequaquam id postulante metro aeolico, omnes tamen in spondeum desinere. Cujus quidem rei tanta constantia est, ut v. 1287, ne forte spondeus in fine deesset, spondeus πέμπει, quum sit primus pes in versu Agamemnonis 111, tamen in superiore versu Sphingis ponatur extremo. Nempe Euripides, ut frequentem usum sive orthii sive trochaei semanti Aeschylo objiceret, omnes hos versus ita cecinit, ut semper in fine poneret orthium. Etenim omnes spondei in fine singulorum versuum minime ut vulgares spondei, sed nimirum ut orthii in duodena tempora porrecti ab Euripide caneantur. Idem valet de trochaeo — *αὐτὶ* v. 1294. Quodsi aut nostris monitis aut oculis tuis credendum esse negas, at crede Timachidae, qui ante nos evidentissimam rem perspexerat ad v. 1282 Ἐκ τῶν κίθαροφδικῶν νόμων: Τιμαχίδας γράφει, ὡς τῷ ὀρθίῳ νόμῳ κρηγμένον τοῦ Αἰσχύλου (συνεχῶς vel simile adverbium excidit) καὶ ἀνατεταμένως. Et Hermannus quidem Opusc. II p. 120 sqq. et El. D. M. p. 660 sqq. orthium a Pindaro atque scenicis poëtis, iuprimis Aeschylo saepe positum esse sola cogitatione invenit, probante O. Muellero ad Eumenid. p. 93 sq. Fieri enim non potest, quin, ubicunque spondeus vel etiam trochaeus longum versum seorsim antecedit sequaturve, quantum multitudini syllabarum deest, tantum addatur ponderi. Nunc vero pulcherrimam illam Hermannii sententiam hic Aristophanis locus extra omnem ponit dubitationem. Quum in eodem versu saepe trochaei, non etiam jambi inveniantur, Hermannus hoc duarum syllabarum pondus pro trochaeo semanto habere mavult, quam pro orthio. At pedes haudquaquam metricos, sed musicos cognoscere e metris fortasse possumus, metiri quidem eosdem e metris certe non debemus. Moverat autem Hermannum Aristides Quintilianus,

qui p. 37 orthium $\underline{4} \ \underline{8}$ sic descriptum jambo, trochaicum vero semantum sic $\underline{8} \ \underline{4}$ vulgari trochaeo simillimos fecit. At haec quidem Aristides scripsit ut metricus, mox vero idem p. 38 tanquam musicus diligenter addidit, semantum trochaicum non duas, sed tres partes, quatuor unamquamque temporum complecti. Magna tamen horum numerorum similitudo quum ex Aristide intelligitur, tum etiam ex aliis, qui eos conjungunt, Plutarcho Moral. p. 1140 F, Polluce IV, 65, Hesychio s. *"Ορθιον νόμον*, Suida s. *"Ορθιος νόμος*. Ceterum orthius hic in Aristophane ad tibiam quoque, non solum ad citharam cantatur. Fuit tamen orthius omnium consensu citharoedo proprius, si discesseris ab hoc Luciani in Baccho c. 4. *ἐκπύλει τὸ ὄρθιον*. Aeschylum ipsum in aeolicis versibus orthio usum esse colligitur etiam e Plutarcho Moral. p. 1133 F. Quanquam dactylica metra orthio saepe caruerunt (vide Arist. Nub. v. 651, Athen. XIV p. 631, b cl. L. Bosio ad Suidam s. *Κατὰ δάκτυλον*). Ceterum hos duos rhythmos, orthium atque trochaicum semantum invenit Terpander, ut verissime scribit Suidas s. *"Ορθιος νόμος*. Miror autem, Bernhardy Suidae opposuisse ineptam glossam ad Herodot. I, 24 *"Ορθιον νόμον θαμβύρα*. Atqui idem quod Suidas plus semel testatur Plutarchus, primum Moral. p. 1140 F, tum haud dubie etiam ibid. p. 1132 D, ubi verbis *Τροχαῖόν τε καὶ 'Ορθὸν* intelligi patet trochaicum semantum atque orthium.

V. 1264. *Ἀχιλεῦ* edd. omnes, sed recte *Ἀχιλλεῦ* RVM Cantabr. I Paris. C. Elb., probante Hermanno Opusc. V p. 138. Vulgata est metrici, cui metrum, ut scholiastae videbatur esse anapaesticum. — *ἀκούων] ἀκούων μάχην* Paris. C. scilicet e scholio eoque inepto, ut docet scholiasta Ald. *Ἀνδροδάκτιον δὲ, τὴν ἀνδρῶν φόνον ποιούσαν*. Schol. *Φθιάτ' Ἀχιλεῦ*: — *προφέρει δὲ Εὐριπίδης εἰς γέλωτα ἄλλα ἐξ ἄλλων δραμάτων συναγαγόν· διὸ καὶ ἀσάφῃ, μίαν ἀρμονίαν οὐκ ἔχοντα. οὐκ ἄρα τὰ μὴ ξυνετὰ ζητητέον*. Ad v. 1264 (1297) *προφέρεται δὲ οὐκ ἐφεξῆς τὰ αὐτὰ μέλη αὐτοῦ, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν ἄλλο ἄλλοθεν. καὶ ἐπιλέγει τὸ Ἰήκοπον, κυρίως ἐκείνων τῶν στίχων ὃν, τοῦ Φθιάτ' Ἀχιλεῦ*. Ad v. 1273 (1307) — *ὡς ἐφηννίφ δὲ κέχρηται τῷ Ἰήκοπον οὐ πελάθεις*. Quod semper statui et quisvis videat, verba *ἀνδροδάκτιον Ἰήκοπον* cohaerere, id ipsum intellexerunt post H. Stephanum Thes. p. 4398 ed. L., qui tamen notionem vocis *Ἰήκοπος* non percepit, Pauwius, Heathius, Butler ad Aeschylum, Hermannus l. l., Lobeckius ad Ajac. v. 324 p. 228 ed. II. Humani quid accidisse videtur Heathio ipsique Hermanno, qui veriti, ne compositio *Ἰήκος* nihili sit, *ἰή, κόπον* duabus vocibus conjecerunt. Ego *Ἰήκοπος* verbum esse puto plane Aeschyleum. Significatur autem hoc substantivo *ἰήιος κόπος* lamentabilis planctus. Nam a plangendi verbo *κόπτεισθαι* non solum ὁ κοπετός et ὁ κομμός, verum etiam ὁ κόπος oriuntur, sicuti Euripides dixit in Troad. v. 789. Jam *ἀνδροδάκτιος Ἰήκοπος* proprie virorum interfector planctus lamentabilis nihil

aliud designat, quam ejulationem eorum, qui in proelio cadunt. Simili audacia Euripides in Auge p. 96 Matth. verba *οὐλα βροτοφθόρα* conjunxit. Scilicet ejulationes istae Graecorum passim a Trojanis caesorum in Myrmidonibus tum in ipsa scena exaudiebantur. Atque etiam Lobeckius l. l. et ibid. p. 487 quum vertit *planctus caesorum*, tum *λήκοπος* defendit. Jam vero Euripides non sine magna malitia ephymnii loco hunc maxime Myrmidonum versum constituit,

λήκοπον, οὐ πελάθεις ἐπ' ἀρωγάν;

Haec enim verba apud Aeschylum minime cohaerebant. Sed tantum abest, ut interpretes rem apertam animadverterint, ut ipsa Euripidis fraude in fraudem inducti voces *λήκοπον ἐπ' ἀρωγάν* perabsurde copulaverint. Bacchus autem deinceps versum epiphthegmaticum propterea appellat *κόπος*, quia primum hujusce versus vocabulum est *λήκοπον*. Deinde chorum in Myrmidonibus e legatis constituisse supra ad v. 992 ostendi. Optime autem Hermannus l. l. perspexit, chorum, ut in Persis, Supplicibus, Agamemnone, sic etiam in Myrmidonibus ab anapaestis ad melicos versus transisse, nostrumque locum *Φθιῶτ' — ἀρωγάν;* ex ipso initio carminis, quod anapaestos sequebatur, derivatum esse. Nihil verius, uti et sententia horum versuum et infra v. 1276 *Κύριός εἰμι θεοῖν* — declarant. Hic enim versus in Agamemnone v. 104 continuo insequitur anapaestos. Quin ex eadem tragoediae parte eos versus derivare licet, qui mox e Psychagogis, Telepho et Sacerdotibus afferentur. Denique quod Euripides versum *λήκοπον — ἀρωγάν;* saepe repetiit, id Hermannus recte eo factum existimat, ut notaretur Aeschyli usus versuum epiphthegmaticorum. Quanquam haec quidem res simul ad artem musicam videtur referenda esse. Namque ad solum versum intercalarem, non etiam ad caeteros cecinisse tibicen videtur, quemadmodum infra v. 1284 sqq. citharae sonus auditur versibus alternis.

V. 1266. *ἐρμᾶν μὲν τίομεν* Cantabr. I in scholio, non in textu; *μὲν* om. Elb.; *λίμνα* habet C. Duo versus sunt in edd. ante Brunckium (praeter Junt. III) et Rav. *Ἐρμᾶν μὲν πρόγονον | τίομεν — λίμναν.* — Schol. *Ἐρμᾶν μὲν πρόγονον: ἐκ τῶν Αἰσχύλου Ψυχαγωγῶν.* Descripsit hoc scholium librarius receus Cantabr. I, Cyllenium Mercurium lacumque Stympthalium h. l. dici praeterea opinatus. At hic quidem Mercurius, cujus in vertice Cyllenes templum novit Pausanias VIII, 17, 1., deus erat pastoritius (Aristoph. Thesmoph. 977, Lucian. Dial. D. XXII), minime vero *χθόνιος* sive *ψυχοπομπός*, quem h. l. requirimus. Tum in Arcadia Ulixes ne fuisse quidem usquam traditur. Atque etsi ad lacus evocari manes solebant, quo alluditur in Avv. 1554, tamen qui ad Stympthalium lacum *νεκρομαντῆστον* fuisse dixerit, scio neminem. Immo verissime judicavit Valckenarius Diatrib. p. 286, c., argumentum hujus tragoediae praebuisse Homeri *Nε-*

νοίαν. Nempe in Psychagogis Tiresias Ulyssi mortis genus a Telegono filio imminentis praedicebat. Itaque scena tragoediae in eo loco esse debebat, unde Ulysses ad inferos descendisse credebatur, id est ad lacum Averni, quem plerique in Campania ad Cumas Bajasque, alii in Epiro reponebant (vide Eustathium p. 1667, 46 sqq., Herodotum V, 92, 7., Pausaniam IX, 30, 3., Photium p. 84, 1. sive Hesychium s. *Θεολ. Μολορτικοί*, Diodorum IV, 22 ibique Wesselingium). Quare scena tragoediae erat aut in Campania aut in Epiro ad lacum Averni. Canit autem haec chorus, i. e. *οἱ περὶ λίμναν* lacus Averni accolae, qui erant *ψυχομόνταις* sive *ψυχαγωγοί*. Hi igitur celebrant Mercurium proavum suum soil. *τὸν ψυχαγωγόν*, propterea quod lacus Averni consecratus erat Mercurio inferno. Ceterum horribilem quandam fuisse hanc Aeschyli tragoediam conjicio. Namque locus scenae, Avernus lacus proxime aberat ab ipso Orco, medius quasi inter has terras et inferorum sedes interpositus, ita ut tragoediae scaena paene fuerit infernalis. Quid, quod in ipso Orco versantur et in Homeri *Νεκυσία* v. 164 Ulysses, et Luciani Menippus in *Necyomantia* c. 1.

V. 1267. 1271. 1275. 1277. Hic vellem Bothius ea memorasset, quae supra ad v. 1135 loco enarravit alieno.

V. 1269. E duobus versibus *κύδις* — *Ἀτρέως* et *πολυκκίρανε* — *καὶ* recte unum fecit Dindorfius. Sed librarii, ut in duobus, quos putabant, versibus anapaestici scilicet metri idem genus esset, alii *μον* deleverunt, alii *μον* servato *Ἀτρέως* *τε* interpolant. Nam pro *Ἀτρέως* legunt *Ἀτρέως τε* schol. metricus et codd. Elb. Monac. Cantabr. II. Deinde *μάνθανέ μου καὶ* habent edd. ante Brunckium RVMC et reliqui libri praeter unum Paris. A, qui *μον* omissio scribit *μάνθανε καὶ*. Et hoc alterum receperunt Brunckius ac Bothius, infelicissime sublato spondeo. Ceterum Barocc. post *Ἀτρέως* glossam addit *οἶέ*, paullo post omissio *καὶ*. — Vulgaris opinio est, a Timachida nostrum versum Telepho Aeschyli, ab Asclepiade autem eundem Iphigeniae adscriptum esse. Neque infitior, in hodierno quidem scholio id ipsum tradi, consentiente librario Cantabr. I, *ὥς γὰρ Τιμαχίδας φησὶν*, inquit, *ἐκ Τηλέφου Ἀσκληπιάδης δὲ ἐξ Ἰφιγενείας*. Isto modo Aeschyli Iphigeniam similem fuisse oporteret Aulidensi Euripidis, in cuius personis est Agamemnon. At vero longe aliam antiqui et integri scholiastae fuisse doctrinam, et pluralis, quo utitur (*πόθεν εἰσὶν*, inquit), et silentium Aldini scholiastae de sede fragmenti v. 1273 *εὐφραμεῖτε μελισσοτόμοι* — demonstrare debebant. Agitur enim nunc de utroque Aeschyli loco et de nostro et vero etiam de v. 1273. Utrumque enim locum Aristarchus et Apollonius frustra in Aeschilo quaesierant. Contra Timachidas docuerat, v. 1269 *κύδις* — *καὶ* Telepho Aeschyli sumtum esse, Asclepiades vero minime hunc locum, sed v. 1273 *εὐφραμεῖτε* — *οἴειν* ex Aeschyli Iphigenia repeliverat.

Ac ne inveteratus error, qui librariorum et Masuri est, temere in ipsum scholiastam transferatur, operae pretium erit, duo quae se excipiunt scholia hic apponere. Sic igitur Aldina, *Κύδιςτ' Ἀχαιῶν: Ἀρίσταρχος καὶ Ἀπολλώνιος, ἐπισκέψασθε, πόθεν εἰσά. Τιμαχίδας δὲ ἐκ Τηλέφου Ἀισχύλου, Ἀσκληπιάδης δὲ ἐξ Ἰφιγενείας*. Continuo pergīt Aldina, *Εὐφημεῖτε μελισσονόμοι: οἱ διανέμοντες τὰ τῆς πόλεως, ἢ οἰκοῦντες ἐν τῇ πόλει*. Scribe meo periculo, — *πόθεν εἰσά. Τιμαχίδας δὲ ἐκ Τηλέφου Ἀισχύλου. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐξ Ἰφιγενείας, εὐφημεῖτε μελισσονόμοι*. Tum demum aliud sequitur scholium, [*Μελισσονόμοι: ὡς πολισσονόμοι*] οἱ διανέμοντες τὰ τῆς πόλεως κ. τ. λ. [Sch. R ad verba *Κύδιςτ' Ἀχαιῶν* nihil habet praeter *ἐκ τηλέφου αἰσχύλου*, tum sch. cod. Paris. eodem in loco *Τιμαχίδας τοῦτο φησὶν ἐν Τηλέφῳ δρᾶματι Ἀισχύλου*, nihil praeterea. Quibus lectionibus emendatio nostra confirmatur.] Etenim certum puto, Timachidam recte nostrum locum *κύδιςτ'* — καὶ Telepho Aeschyli tribuisse. His enim verbis chorus alloquitur et admonet Agamemnonem, cujus quum initio a Telephi causa fuisset alienior, in multis illius tragoediae locis mentio facta erat. Hyginus f. 101 de hac ipsa re exponens: *Hoc Telephus ubi audivit, ad regem Agamemnonem venit, et monitu Clytaemnestrae Orestem infantem de cunabulis rapuit, militans se cum occisurum, nisi sibi Achivi mederentur*. Quae non ex Euripidis neque Sophoclis, sed potius ex Aeschyli Telepho deprompta esse, aut certe cum Aeschylea fama prorsus convenire, evincit locus nondum inter fragmenta relatus scholiastae ad Acharn. v. 312 (331) — *ἐπεὶ καὶ ὁ Τηλέφος κατὰ τὸν τραγωδοποιὸν Ἀισχύλον, ἵνα τύχῃ παρὰ τοῖς Ἕλλησι σωτηρίας, τὸν Ὀρέστην εἶχε συλλαβόν*. Praeterea etiam in Euripidis Telepho sive Telephus ipse sive alius quis Agamemnonem alloquitur p. 340 Matth. *Ἀγάμεμνον — ἀντειπεῖν ἔχων*.

V. 1272. *τρίτος*] *τρίτον* C. — *Ἀισχύλε* vulgo et sic Mut. Recte, ut modo v. 1268; ὡ *Ἀισχύλε* Barocc.; ὡ *Ἀσχύλε* RVC Borg. Cantabr. I.

V. 1273. *εὐφημεῖτε* lemma scholii, Elb. Cantabr. II et ubi η ex emend. alius Cantabr. I. — *δόμον*] *δρόμον* C. — E duobus versibus *εὐφραμεῖτε μελισσονόμοι* | *δόμον* — *οἶγεν* recte unum fecit Dindorfius, non correctā tamen interpunctione. Ego vero Brunckii versionem sequutus distinxī, *εὐφραμεῖτε· μελισσονόμοι* — favete linguis: sacerdotes appropinquant ad Dianae templum aperiendum. Cf. II. v', 268 *ἀλλ' οὐ σχεδόν ἐστιν ἐλέσθαι*. Schol. *Εὐφημεῖτε μελισσονόμοι: οἱ διανέμοντες τὰ τῆς πόλεως, ἢ οἰκοῦντες ἐν τῇ πόλει*. Ostendi supra ad v. 1269, falsum lemma hujus scholii cum scholio proximo superiore in hunc modum cohaerere, — *Ἀσκληπιάδης δὲ ἐξ Ἰφιγενείας εὐφημεῖτε μελισσονόμοι*. Porro autem sic corrigendum, *Μελισσονόμοι: ὡς πολισσονόμοι, οἱ διανέμοντες τὰ τῆς πόλεως ἢ οἰκοῦντες ἐν τῇ πόλει*. In his verba ὡς περ πολισσονόμοι excidisse vidit etiam Hermannus et quis tandem non vident?

Non viderunt tamen egregii viri Lobeckius in Aglaoph. p. 817, Seidler, alii, qui vulgari hujus scholii forma decepti Aeschylum ipsum *εὐφραμεῖτε πολισσονόμοι* scripsisse opinantur. Quasi aut civium sit aut eorum, qui civitatem regunt, ac non potius sacerdotum, Dianae templum aperire. Nempe Lobeckius et Seidler in eo haeserant, quod sacerdotes, quae *μέλισσαι* dici solerent, hic mire dictae viderentur *μελισσονόμοι*, ob eandemque causam Hermannus *μελισσονόμον δόμον* conjecit. At vero constat, nomine *μέλισσα* interdum Pythicam vatem, nonnunquam Dianae sacerdotem, aliquando nympham, plerumque tamen sacerdotem Cereris atque etiam Proserpinae appellari. Apud Aeschylum vero *μελισσονόμοι* sunt Dianae sacerdotes. Nimirum *μέλισσα* est etiam ipsa Diana, ἥ *μελισσονόμος* autem sacerdos ejus, utpote quae curam gerat Dianae. Sic ipse Aeschylus dixit *πολισσονόμος, Περσυνόμος*, aliique scriptores *γυναικονόμος, παιδονόμος* cet. Potnerat Aeschylus eadem sententia etiam *μελισσοπόλοι* scribere, ut *Μητροπόλος, Μουσσοπόλος*. Jam vero ipsi Dianae hoc nomen *Μέλισσα* fuisse diserte tradidit Porphyrius De Antro Nympharum c. XVIII p. 18 ed. van Goens. *Καὶ τὰς Δήμητρος ἱερείας, ὡς τῆς χθονίας θεᾶς μύστιδας, μέλισσας οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, αὐτὴν τε τὴν Κόρην, Μελιτώδην· Σελήνην τε οὐσαν γενέσεως προστάτιδα, Μέλισσαν ἐκάλουν.* Tum praeclare idem Porphyrius *μέλισσας* Proserpinae sacerdotes cum cognomine Proserpinae *Μελιτώδης* vidit conjungendas esse, neque id quidem fugit scholiastam Theocriti XV, 94. *Μελιτώδης: τὴν Περσεφόνην φησι κατ' ἀντίφρασιν, ὡς καὶ Κόρην· ἥ διὰ τὸ τὰς ἱερείας αὐτῆς καὶ τῆς Δήμητρος μέλισσας λέγεσθαι.* Videlicet *μέλισσα* et *μελιτώδης* primum sacerdos Dianae et Proserpinae, tum vero etiam ipsa Diana et Proserpina dicebantur, quemadmodum deos deasque crebro a sacerdotibus suis nomina accepisse ad Thesmoph. v. 533 p. 195 et supra ad Ran. v. 295 demonstravi. Ratio hujus confusionis fortasse in eo quaerenda est, quod sacerdos alicujus dei saepe evehebatur ad gradum *δαίμονος* sive *προκόλου* i. e. ad deum famulum, ad inferiorem deum superioris ac sui dei ministrum (v. Lobeckium Aglaoph. p. 1234 sqq.). Quare non ita magnum discrimen erat dei et sacerdotis huic deo ministrantis, ut non ambo iisdem nominibus comprehendi possent. Denique qua de causa vel Apollinis et Dianae sacerdotes vel Cereris et Proserpinae *Μέλισσαι* appellatae sint, omnino varie editur, ut in tanta opinionum discrepantia facilius sit, quod fugias invenire, quam quod sequare. Vide, si lubet, Goensium ad Porphyr. p. 108, et Menagium ad Diog. Laert. I, 94., quem sequutus I. I. p. 817 Lobeckius ibid. p. 818 adnot. [u] parum sibi constitit. Bachmannus mihi adsentienti hoc addit, Dianae sacerdotes *μέλισσας* exstare apud Stephanum Byzantium s. *Κάρνα* — καὶ *Καρναῖτις μέλισσα*, ἀπὸ τοῦ *Λακωνικῆς*. Asclepiades, ut supra ostendi, hunc locum *εὐφραμεῖτε* — *ὀλγειν* ex Iphigenia Aeschyli petitum esse

contendit. Est ille quidem grammaticus parum diligens in Euripideis versibus suo loco assignandis, Aeschylum tamen, quem saepius recte affert, naviter legisse videtur. Quodsi Aeschyli Iphigeniam verisimile est in eodem, quo Tauricam Euripidis argumento versatam esse, utique memorari debebant templum et sacerdotes Dianae. Quin etiam chorus Aeschyli, si modo fuit melissarum, haud magnopere discrepat ab Euripidis choro h. e. mulieribus graecis Dianae templo primariaeque ejus sacerdoti ministrantibus (vide v. 131 atque v. 1116). Enimvero scholiasta Cantabr. I, etsi saepius portenta narrat ut supra v. 1238 et v. 1266, hic tamen non minus probabilia dicit, quam Asclepiades. Scribit enim ad h. l. *ἐξ Ἱερειῶν Ἀλαχύλου*. Atqui et exstitit Aeschyli tragoedia *ΙΕΡΕΙΑΙ*, et noster versus ejusmodi est, ut ab *Ἱερειῶν* argumento minime abhorreat. Ita integrum scholium sic videtur comparatum fuisse, *Εὐφημεῖτε: ἐξ Ἱερειῶν Ἀλαχύλου. Ἀσκληπιάδης δὲ ἐξ Ἱφιγενείας*. [Nunc verbo *εὐφραμεῖτε* adscripta habent etiam sch. RV *ἐξ Ἱερειῶν Ἀλαχύλου* et sch. cod. Paris. *ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ δράματος Ἀλαχύλου τῶν Ἱερειῶν*. Quae verissima puto. Facile enim Asclepiades errare poterat argumenti similitudine deceptus.] Ceterum ut Iphigenia ad Tauricam Dianam spectasse videtur, ita in Sacerdotibus Perasiae Dianae, cujus fanum Castabalis fuit, laudes celebratas esse, ex Hesychio s. *Κασωλάβα* concludendum est. Quae argumenti similitudo me aliquando movit, ut Iphigeniam et Sacerdotes uni eidemque trilogiae adscriberem. Posuit id ipsum Welcker in Trilogia p. 310 et p. 408 sqq. et postea in Museo Rhenano Vol. V Fasc. 3 p. 447 sqq., cujus disputationibus Hermannus se delectatum negat, sed ille tertium trilogiae locum dedit *Θαλαμοποιῖς*, ego *Τοξότοις*. In hac enim fabula erat Actaeon, iratae Dianae jussu a canibus dilaniatus. Quas conjecturas haud mediocriter confirmare videtur Eustratius ad Aristot. Eth. Nicom. III. 2 p. 40, a. *Δοκεῖ γὰρ Ἀλαχύλος λέγειν μυστικά τινα ἐν τε ταῖς Τοξότοις καὶ Ἱερειαῖς καὶ ἐν Σισύφῳ πετροκλυστῇ καὶ ἐν Ἱφιγενείᾳ καὶ ἐν Οἰδίποδι. ἐν γὰρ τοῦτοις πᾶσι περὶ Δήμητρος λέγων τῶν μυστικωτέρων περιεργότερον ἄπτεσθαι ἔοικε*. Quom enim et ex Aristotele et ex Heraclide Pontico apud ipsum Eustratium et e Clemente Alexandrino et ex Aeliano luculente appareat, semel omnino in unica tragoedia Aeschylum mysteria enuntiare coepisse, aut certe semel tantummodo accusatum esse: quinque Aeschyli fabulas Eustratius nominare videtur absurdissime, iudice etiam Lobeckio in Aglaoph. p. 83. At vero is, quem Eustratius auctorem sequutus ipse paullo pinguius loquitur, tradiderat, puto, Aeschylum mysteria profanasse secundum alios in Oedipode, secundum alios autem in trilogia de rebus Dianae, quae trilogia habuerit Iphigeniam, Sacerdotes, Sagittarias, Sisypho addito satyrico. Sed hanc tetralogiam ut parum compertam in medio relinquamus: illud vero prorsus singulare est, quod e quinque fabulis, in quibus Eustratio auctore

mysteria tetigerat, tres (*Ἰφιγένεια, Ἰέρεια, Τοξότηδες*) prope totae consistunt in rebus Dianae. Quae quidem res coget vel invitum, ut ad hanc ipsam Aeschyli causam mysteria profanantis pertinere iudicet illud Herodoti II, 156 *Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ἄρτεμιν Διονύσου καὶ Ἴσιος λέγουσι* (Aegyptii) *εἶναι παῖδας* —. ἐκ τούτου δὲ τοῦ λόγου καὶ οὐθενὸς ἄλλον Αἰγύλιος ὁ Εὐφορίωνος ἤρπασε, τὸ ἐγὼ φράσω, μῦθος δὴ ποιητέων τῶν προγενομένων· ἐποίησε γὰρ Ἄρτεμιν εἶναι θυγατέρα Διήμητρος (Herodotum ducem sequitur Pausanias VIII, 37, 3), ita ut Herodoti memoria ad unam aliquam e tribus illis, quas dixi, tragoediis referenda videatur. Accedit enim, quod Herodoti locus vel per se cogitationem nobis injicit mysteriorum, adeo ut vel Perizonius ad Aelian. V. H. V, 19 atque Freretius Herodoti verba ad hanc Aeschyli causam accommodaverint. Sed hos duumviros jure castigat Lobeckius l. l. p. 78 sqq., ut ignaros deorum dearumque confusionis, quae in poëtis haud infrequens est. Immo hoc nomine Aeschylus accusatus est, quod de Cerere Dianae matre tanquam de Cerere Eleusinia, de Diana autem Cereris filia quasi de mystica Proserpina vociferari ausus esset. Prudentissime autem fabula ex Aegyptiorum religionibus translata spectantium animos ab Eleusiniis mysteriis abduxit. Videtur autem Aeschylus non in *Τοξόταις* mysteria attrectasse, sed aut in Iphigenia aut in Sacerdotibus, quae tragoediae cultum potius Dianae persequabantur. Quare *μελισσονόμους*, quae h. l. templum Dianae aperturae esse dicuntur, simillimas fuisse arbitror melissis, Cereris Eleusinae sacerdotibus, de quibus exposuit Meursius Eleusin. c. XVI fin. Jam vero ad mysteria etiam hi spectant Aeschyli versus ap. schol. ad Soph. Oed. Col. v. 1044 *Λαμπραῖαι* — *σθένει* et ibid. ad v. 1045 *Ἐφοῖξ*· ἐρῶ δὲ τοῦδε μυστικοῦ τέλους. Ac posteriorem quidem versum Lobeckius ad Ajac. v. 692 ed. I sive p. 310 ed. II Eustratii auctoritate motus ab Oedipo in fabula cognomine tunc prolatum suspicatus est, quum sacra Eleusinia percepturus esset. At enim supra demonstravi, mysticas res aut in Iphigenia aut in Sacerdotibus reapse tractatas esse: reliquum est, ut etiam Lobeckius demonstret, inveniri, qui de Oedipo paullo ante mortem Eleusiniis initiato quidquam tradiderit. Denique Lobeckius in Aglaoph. p. 81 sqq. mysteria Aeschylum profanasse conjecit in extremis Eumenidibus, quibus daduchiam proposuerit similem Eleusinae. At neque Eumenidum pompae cum Eleusinia daduchia, neque ipsis Eumenidibus cum Cerere et Proserpina ulla similitudo intercedit, neque in tota Eumenidum tragoedia quidquam mystici enuntiatur. Praeterea non illud nostrum est, quinque Aeschyli fabulis ab Eustratio nominatis sextam adjicere, sed potius quinque dramata in unum aut summum duo coarctare. Quodsi Aeschylus Eumenidibus datis vere in jus vocatus est, bis eum accusatum necesse est et ob mysteriorum enuntiationem et Eumenidum causa, cujus quidem alterius accusationis

caput erant pro tribus duabusve furiae quindecim, uti visum est etiam Hermanno in Opusc. II p. 163 sqq.

V. 1276. Hic versus est Agamemnonis v. 104. — Ante Brunckium erant duo versus, κύριος — κράτος et αἷσιον ἀνδρῶν, vel ut Rav. κύριος — θροεῖν et ὄδιον — ἀνδρῶν. — Hunc et sequentem versum κύριος — ἀρωγάν om. Monac. — θροεῖν] λέγειν B. Tum ὄσιον edd. ante Brunckium, lemma scholii, Paris. C. Cantabr. I; ὁσίων tacite edidit Brunckius idque

ipsum Veneto et Mutinensi tribuit Bekker; δς δῖον Rav. h. e. ὄσιον; ὄδιον Cantabr. II, et sic Brunckius in adnot., Porsonus et caeteri ex Agamemnone, in quo ὄδιον exhibent libri omnes. Schol. ad h. l. Ὅσιον κράτος: ἐν τοῖς πλείστοις αἷσιον, Ἀσκληπιάδης τὸ ὄσιον. ἔστι δὲ ἐξ Ἀγαμέμνονος Ἀσχυλόν. Pauwius ad Aeschylum, probante ad h. l. Brunckio conjecit, ἐν τοῖς πλείστοις ὄδιον, Ἀσκληπιάδης δὲ ὄσιον. At in Aristophane plurimi codices non ὄδιον dederunt sed ὄσιον, ut contrario modo corrigendum sit, ἐν τοῖς πλείστοις ὄσιον, Ἀσκληπιάδης τὸ ὄδιον.

V. 1277. Huic versui in edd. Ald. Junt. I, II et plerisque aliis ante Kusterum praefixa est persona Euripidis, quam om. edd. Lugdun. Gel., tum codd. RVM Barocc. Cantabrr. I, II.

V. 1278. κόπων] νύκτων (sic) Elb. e Nub. v. 1.

V. 1279. Hunc et sequentem versum affert Suidas s. Βουβωνιῶ. Tum vulgo ἐς, pro quo εἰς dedi cum RVM Barocc. et Suida. — Addit Suidas λείπει, ἀπελθεῖν. Hoc glossema addunt Vatic. B idemque in CD superscriptum est. [Sch. RV λείπει τὸ ἀπελθεῖν.] Cf. II. π', 697. Plaut. Bacchid. II, 3, 44. Lucian. Bis Accusat. c. 10 ibique Jacobitium ed. minor. et Matthiae Gr. Gr. p. 1052 ed. II.

V. 1280. τὸ νεφρῶ μου βουβωνιῶ Junt. I. — βουβωνῶ Elb. Monac. — βουβωνιῶ γὰρ τὸ νεφρῶ ὑπὸ τῶν κόπων Suidas. — Bacchus Aeschyleo βήκοπος primum substituit κόπος, deinde id laborem ac defatigationem vult significare. Bene autem Spanhemius τὸ νεφρῶ hic non de renibus accipit, sed de testicularis, collato Philippide Athenaei IX p. 384, e, quum e pedestri itinere fessis testiculi intumescere possint.

V. 1281. Μη, πρὶν γ' ἂν ἀκούσης conjecerunt Reisigius Conj. p. 66 atque Elmslejus ad Acharn. v. 176, quem vide etiam ad Heraclid. v. 959 et ad Medeam v. 215. Omnino tam dicit Aristophanes πρὶν γ' ἂν, quam πρὶν ἂν γε. Tum ita statuunt Reisigius, Porsonus, Elmslejus, alii, πρὶν γένηται, ἕως γένηται omisso ἂν sublimioris tantum orationis esse ut tragicorum, non etiam sermonis, quo comici et prosaici scriptores utuntur. At ne sic quidem particula ἂν hic opus fuerit, quum nostro in versu Euripides tragicus loquatur. Coepi tamen de hujus praecepti veritate dubitare ob multos Thucydidis inprimisque Platonis locos, qui opinioni isti

mire officium, dubitavitque ipse Hermannus in Opusc. IV p. 105. Ibidem *στάσιον μέλων*] Tam planus est Aristotelis locus, ut non intellectum esse mireris Poët. c. 12 *Χορικοῦ δὲ πάροδος μὲν ἡ πρώτη λέξις ὅλου χοροῦ, στάσιμον δὲ μέλος χοροῦ τὸ ἄνευ ἀναπαίστου καὶ τροχαίου. Parodus*, inquit, *est prima oratio universi chori, quae recitationem habet non tantum, constare autem solet vel anapaesticis versibus, vel trochaicis; stasimum vero est chori canticum.* Velut ex anapaestis dimetris parodus composita est in Aeschyli Persis, Supplicibus, Agamemnone eratque etiam in Myrmidonibus; e trochaeis autem tetrametris parodus constat verbi causa in Aristoph. Acharn. v. 204 sqq. Itaque, ut hoc utar, in Aesch. Agamemnone v. 40 — 103 legitur parodus, tunc autem a v. 104 incipit stasimum. Porro stasimum absurde interpretantur veteres grammatici, ut scholiastes ad hunc ipsum locum, *στάσιμον μέλος, ὃ ᾄδουσιν ἰστάμενοι οἱ χορευταί.* Cf. schol. ad Eur. Hecub. v. 640 — *τὴν δὲ ἐκφθόρον ἰστάμενοι ἦδον.* Quum enim *Χοροῦ πάροδος, Χοροῦ στάσιμον μέλος, Χοροῦ ἑξοδος* ad se invicem referantur, id carmen stasimum dici apparet, quod chorus neque adveniēns neque abiēns, sed in ipsa manens orchestra cecinerit. Atque id intellexerunt Welcker ad h. l. p. 218 atque Hermannus Epitom. Doctr. metric. p. 266 et Opusc. VI p. 161. Jam illud quoque intelligitur, *στάσιμον μέλος*, ubi ei neque *πάροδος* neque *ἑξοδος* oppositae sint, nihil aliud significare, quam chorum sive carmen poëtae scenici. Itaque nostro in loco *χάτερον στάσιον μέλων* h. e. ut recte scholiasta *χᾶτερον στάσιμον μέλος* significabit *etiam alium chorum tragicum.* Hoc non vidit Welcker, quum ipsum stasimum, quam vim haberet, intellexisset.

V. 1282. Novum hoc carmen, cujus initium esse debebat *Κύριός εἰμι* —, ridicule incipit a versu *ὅπως Ἀχαιῶν* —. Sed malitiae, qua Aeschyli carmina Euripides corrumpat atque pervertat, id quoque signum sit, quod Agamemnonis versum 104 *Κύριός εἰμι* — ad tibiam canit, at proximos Agamemnonis versus 109 sqq. *ὅπως Ἀχαιῶν* — canit ad citharam, quod ita ab Aeschylo institui nulla ratione poterat.

V. 1283. *προστίθειαι* V. Hic versus Aeschylo tribuitur in edd. ante Brunckium, qui tacite praefixit *Διον.* et sic RVM Cantabrr. I, II. *Δι.* pro *Δι.* etiam Bentlejus. In aliquot codd. hic versus male exciderat, ut docet schol. ad v. 1262 (1295) *ὃ μὲντοι ἔκτος στίχος ἐν τισιν οὐ κεῖται, ὅλον „ἔθι δὴ πέραινε.* [Haec sumta e sch. V ad h. l. *ἐν τισι οὐ κεῖται.*]

V. 1284 — 1294. Quum haec omnia apte inter se cohaerere putasset Welcker p. 177 sqq., communem sententiarum nexum frustra quaesivit. Melius aliquanto Brūnckius iudicavit, h. l. sine ullo animi motu tantummodo aures spectatorum personari. Nempe haec grammatice magis, quam logice cohaerent. Cf. infra ad v. 1309. Ostensurus est Euripides, Ae-

schylo nimiam obscuritatem, quam ei supra v. 926 sq. crimini dedit, rectissime objici solere.

V. 1284. Hic versus est Agamemnonis v. 109. In edd. ante Dindorfium duo versus sunt ὅπως Ἀχαιῶν, tum δίδρονον — ἦβαν. Apud Aeschylum, in quo ἦβαν libri omnes habent, ἦβας restituit post Casaubonum Stanlejus, apud Aristophanem Brunckius. Hic ἦβαν edd. ante Brunckium et Mut.; sed ἦβας RV Borg. Barocc. AL; ἦβας cum gl. ἀκμῆς καὶ ἰσχύος Cantabr. I C; ἀκμῆν schol. Aeschylus l. l. Agamemnonem et Menelaum Ἀχαιῶν δίδρονον κράτος, Ἑλλάδος ἦβας εὐμφορὰν ταγὰν appellat, at Comicus perridicule dicit Ἀχαιῶν δίδρονον κράτος, Ἑλλάδος ἦβας Σφίγγα. Ceterum schol. Εὐριπίδης ὁμοίως τὰ Ἀλαχύλον χορικά μέλη διεσπασμένως λέγει ἐξ ἄλλων καὶ ἄλλων δραμάτων· τοῦτο μέντοι ἐξ Ἀγαμέμνονος.

V. 1286. Hunc versum om. Mut. Vulgo τὸ φλαττοθραττοφλαττόθρατ; lemma scholii τὸ φλαττοθραττόφλατ; Rav. φλαττοθράττο φλάττοθράττ'. Male olim conjeceram τοφλάτ τοθράτ τοφλάτ τοθράτ, neque rectius in ed. III Dindorfius scripsit τοφλαττόθρατ τοφλαττόθρατ. [Vide nunc Dindorfium III p. 276 ed. Ox.] At si recte intelligo Bekkerum, Ravennas saltem ter non habet praefixum τὸ, quod omnino natum videtur e verbis male perceptis v. 1296. Quamobrem et Ravennas et ille ipse versus 1296 me movit, ut hic et infra ederem

φλαττοθράττο φλαττόθρατ.

Citharae sonum imitati dixerunt Philoxenus θρεττανελὸ θρεττανελὸ (Plut. v. 290. 296 ibique schol.) et Archilochus τήνελλα (v. ad Acharn. v. 1241) et alii tibiae flatum imitantes Τορέλλη (Hesychius s. Τορελλῆ et Eustathius p. 1330, 14). Hic igitur citharae sonos imitatione exprimi patet e v. 1282, videnturque, ut Contius putavit, citharoedici modi, quibus Aeschylus usus est, perstringi ut imperfecti planeque rudes. Contra Bergler et Brunckius sonis istis significari censuerunt inanem strepitum Aeschyli verborum, praeunte scholiasta, τοῦτο λέγει χλευάζων ὡς ἀσυνετοποιόν.

V. 1287. Sunt duo versus Σφίγγα δυσαμερίαν tum πρότανιν — πέμπει in

edd. ante Brunckium et Rav. — ^ηδυσαμερίαν Cantabr. II; δυσχεμερίαν C. Legebatur, Σφίγγα δυσαμερίαν, πρότανιν κ. Recepi emendationem Dindorfii, Σφίγγα, δυσαμερίαν πρότανιν κ. Schol. ταῦτα δὲ ἐκ Σφίγγος Ἀλαχύλον. Male Brunckius ad h. l. et quicumque Aeschyli fragmenta collegerunt, verbum πέμπει, quod ex Agamemnone sumtum est, Sphingi attribuant. Immo e Sphinge haec tantum verba deprompta sunt, Σφίγγα, δυσαμερίαν πρότανιν κύνα. Ceterum Sphinx utpote monstrum etiam a Sophocle κύων appellatur in Oed. R. 391.

V. 1288. φλαττοθράττο φλαττόθρατ] hic versus abest a Barocc. Vulgo τὸ φλαττοθραττοφλαττόθρατ; sed Rav. φλάττοθράττοφλάττοθράττ'.

V. 1289. In edd. ante Brunckium duo versus, quorum alter est *Θούριος ὄρνις*. Tum ξὺν edd. ante Brunckium, qui praeter morem suum σὺν dedit et sic RVM Cantabr. I. Tum pro vulgata ξὺν *δορὶ καὶ χειρὶ* (*χειρὶ* schol.) *πράκτορι* exhibent Cantabr. I σὺν *χειρὶ καὶ δορὶ πράκτορι* et Barocc. ξὺν *χερσὶ καὶ δορὶ πράκτορι*. In Aeschylō libri omnes dant contra metrum ξὺν (plerique σὺν) *δορὶ δίκας πράκτορι* verbis καὶ *χειρὶ* plane omissis, ubi Aristophaneam lectionem vulgatam primum Porsonus restituit. Attamen nostro loco scripturae Barocc. et Cantabr. I fuisse docent, qui verbis transpositis ita legerent, σὺν *χειρὶ καὶ δορὶ πράκτορι* *Θούριος ὄρνις*, id quod vulgata certe non deterius est. — Schol. τὸ δὲ ξὺν *δορὶ καὶ χειρὶ πράκτορι* ἐξ Ἀγαμέμνονος, ἐκ τῆς συνεπείας τοῦ Κύριός εἰμι *Θροεῖν*. Scilicet v. 1276 κύριος — ἀνδρῶν, v. 1284 ὅπως — ἦβας, v. 1287 et 1289 πέμπει — ὄρνις, haec igitur omnia verbotenus ex uno eodemque sumta sunt sane praeclaro loco Agamemnonis v. 104 sqq. Stropha est versuum aeolicorum, quam addita etiam antistropho infra posui,

Κύριός εἰμι *Θροεῖν* ὅδιον κράτος αἴσιον ἀνδρῶν στρ.
Ἐκτελέων, — ἔτι γὰρ *Θεόθεν* καταπνεύει

Πειθῶ, μολπᾶν

Ἀλκᾶν, σύμφυτος αἰῶν —

Ὅπως Ἀχαιῶν δίδρονον κράτος, Ἑλλάδος ἦβας

Ξύμφρονα ταγάν,

Πέμπει σὺν *δορὶ καὶ χειρὶ* *πράκτορι* *Θούριος ὄρνις*

Τευκρίδ' ἐπ' αἶαν,

Οἶωνων βασιλεὺς βασιλεῦσι νεῶν ὁ κελαινὸς ὃ τ' ἐξόπιν ἀργίας

Φανέντες ἱκταρ μελάθρων, *χερὸς ἐκ δορυπάλτου*,

Παμπρέπτοις ἐν ἔδραισι,

Βοσκόμενοι *λαγίαν* ἐρικύμονα φέρματι γένναν,

Βλαβέντα *λοισθίαν* δρόμων.

Ἀἴλινον, αἴλινον εἰπὲ, τὸ δ' εὖ νικάτω.

Κεθνὸς δὲ *στρατόμαντις* ἰδὼν, δύο λήμασι δισσοῦς ἀντιστρ.

Ἀτρεΐδας *μαχίμους* ἰδᾶν *λαγοδαίτας*

Πομπούς τ' ἀρχάς,

Οὔτω δ' εἶπε *τεράζων*.

Χρόνφ μὲν ἀγρεῖ *Πριάμον πόλιν* ἄδε κέλευθος,

Πάντα δὲ κύργων

Κτήνη πρόεθε τὰ *δημιοπληθία μοῖρ'* ἀλαπάξει

Πρὸς τὸ βίαιον.

Οἶον μὴ τις ἄγα *Θεόθεν* κνεφάση *προτυπὲν* στόμιον μέγα *Τροίας*

Στρατωθέν' οἰκφ γὰρ ἐπίφθονος Ἀρτεμις ἀγνά,

Πτανοῖσιν *κυσὶ* πατρός,

Αὐτότοκον πρὸ λόχου μογεράν πτάκα θνυμένοισι·

Στυγεί δὲ δείκνον αἰετῶν.

Ἄλινον, ἄλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω.

Apud Aeschylum v. 106 libri habent *μολπὰν ἄλκάν*. Alios *μολπᾶς ἄλκάν* legere testatur Stanlejus. Praestat tamen *μολπᾶν*. Scilicet *Πειθῶ* est accusativus. *Adhuc enim*, inquit, *divinitus inspirat Suadam, robur cantus, aetas nostra senilis*. Ibid. v. 111. Verbo *ῥοις* hunc versum finiri tum ex Aristophane patet, tum etiam ex eo, quod apud Aeschylum aeolicus versus plerumque desinit in spondeum vel trochaeum, non in dactylum. Quare in antistrophico versu pro *δημιοπληθῆ* metri causa scripsi *δημιοπληθεία*.

V. 1290. *πλαττοθράττο πλαττόθρατ*] Vulgo τὸ *πλαττοθραττοπλαττόθρατ*, sed Ray. *φλάττοθραττοφλάττοθράτ*.

V. 1291. In edd. ante Dindorfium et in Rav. sunt duo versus *κρεῖν παρασχῶν*, tum *ἱταμ*. — *ἀεροφοίτοις*. — *ἀεροφοίταις* Junl. I; *ἀεροφοίταις* M; *ἀεροφύτοις* V. — Schol. *Ἰταμαῖς κνσί: τοῖς ἀρπακτικοῖς αἰετοῖς. ταῦτα δὲ ὡς ἀσαφῆ πάρελθε*. Scholiasta, cui interpretes fidem habuerunt, intempestive meminisse videtur Agam. v. 136 *πιανοῖσιν κνσί πατρός*. Contrario errore v. 1289 *θούριος ῥοις* schol. tribuere videtur Sphingi (*θούριος δὲ ῥοις, ἡ πολεμοῦσα Θηβαίοις τύχη*), quum ex Agamemnone sumta sint. Est vero mirum, scholiastas hic nullam afferre Aeschyli tragoediam, sed de hujus unius versus fonte penitus tacere. Quanquam illi quum tacent, loquuntur. Grammatici enim nostrum versum haud dubie aut cum v. 1294 aut cum v. 1287 conjunxerant, h. e. testati erant eum aut e Thressis, aut e Sphinge Aeschyli fluxisse. Qui si e Thressis sumtus est, ad quam rem pertinuerit nescio, certe non ad cadaver Ajacis aliquamdiu insepultum, de quo Sophocles Ajac. v. 1065 *ῥοις φορβὴ παραλλοῖς γενήσεται*. Postea enim Ajax teste vel ipso Sophocle tamen sepultus est. Quamobrem ut modo Agamemnon cum Sphinge, ita nunc Sphinx cum Thressis arcte copulari videntur. Credo enim haec quum e Sphinge Aeschyli manasse, tum paullo post insequuta esse superiorem locum, *Σφίγγα, δυσάμεριᾶν πρύτανιν κύνα*. Ita utroque in loco Sphinx appellabitur *κύν*, sententia autem Aeschyli haec erit: quum praedae loco praebuisset (scil. cives Thebanos) audacibus Sphingibus in aëre volantibus. Nimirum Thebana Sphinx in altum sublatos dilaniabat (Eur. Phoen. 809. all.). Neque in plurali haerendum est, quia non numerus initur, sed affertur genus universum. Nam sane Thebana quidem Sphinx erat unica, etsi plures etiam aliae fuisse putabantur, ut Aegyptiae, atque adeo genera Sphingum diversa. [Cf. Dindorfium III p. 276 ed. Ox.]

V. 1293. Hic versus male deest in Barocc. et ed. Junt. I; τὸ φλαττοφλαττόθρατ caeterae edd. ante Brunckium, qui tacite ut supra edidit το φλαττοθραττοφλαττόθρατ itaque VM et, de quo vehementer dubito, Ravennas.

V. 1294. τὸ συγκλινὲς] τὸ συγκλινές τ' RVMC Barocc. Cantabr. I Juntina I. Videtur τ' Aeschyli fuisse scriptura, cujus locum scholiastae in margine adscripsissent. Neque enim Aristophani particulam τ' tribuere licet, quippe quae grammaticam structuram παρασχὼν τὸ συγκλινὲς perturbet, per decem continuos versus illam diligentissime servatam. Schol. Τὸ συγκλινὲς ἐπ' Αἴαντι: Τιμαχίδας φησὶ, τοῦτο ἐν ἐνίοις μὴ γράφεσθαι. Ἀπολλώνιος δὲ φησιν, ἐκ Θρησῶν αὐτὸ εἶναι. Recte vero judicasse Apollonium probabile est ob mentionem Ajacis. Nescio autem, intellectu hic locus difficilior sit, an emendatu. Sed olim mihi quum alia in mentem venerunt, tum etiam hoc,

Τὸ ξίφος συγκλινὲς δ' ἦν ἐπ' Αἴαντι.

Id eo tantum affero, quod Hermannus quoque Opusc. VII p. 374 ad Ajacis ensem, quum heros paene invulnerabilis se transfigeret, mire inflexum haec spectare ratus conjecit,

Τὸ συγκλινές τ' ἐπ' Αἴαντι ξίφος.

At quanquam haec omnia v. 1284 sqq. subabsurda videntur, vel sic tamen sententiae umbram habent et sensum quendam communem, ut hoc certe dictum nimis absurdum videatur: quum praedae loco avibus dedisset ensem Ajacis. Quare nunc Aeschyli versum

Τὸ συγκλινές τ' ἐπ' Αἴαντι (scil. ἔθνος)

sic interpretor, *densam phalangem Ajaci adstantem*. De Salaminiorum phalange circa utrumque Ajacem vide praeclarissimum Homeri locum II. v', 126 sqq. cl. ibid. v. 709 sqq. Totum locum sic transfer: *quomodo Achivorum duplex imperium, graecae juventulis Sphingem, monstrum infortunio praefectum, mittat (Trojam) cum hasta et manu ultrice bellicosus ales (aquila), qui ad praedam praebuilt audacibus avibus in aëre volantibus phalangem Ajacis*. Sed nova dubitatio restat, quam ipse Hermannus omisit, de metro. Nam quod supra ostendi, singulos Aeschyli versus orthio finiri, id etiam in nostrum versum cadit apertissime, quando orthius vel trochaeus semantus tam esse potest trochaeus, quam plerisque locis est spondeus, iudice etiam Hermauno Opusc. II p. 120. Verum enimvero omnes Aeschyli versus, quicunque praecesserunt, aeolici sunt atque dactylici, nec statuere possum, quamobrem unicus versus non aeolico, sed longe alio metro scriptus ad extremum adjiciatur. [Dindorfio in ed. Ox. suspectum vocabulum esse videtur συγκλινές.]

V. 1295. φλαττοθράττο φλαττόθρατ] τὸ φλαττοφλαττόθρατ edd. ante

Brunckium praeter Junt. I, quae hic, ut supra, τὸ φλαττοθραττοφλαττόθρατ et sic Brunckius Cantabrr. I, II VM et, si Bekkero libet credere, Rav.

V. 1297. συνέλεξας edd. ante Brunckium RVMC; συλλέξας Monac.; ξυνέλεξας Brunckius et Cantabr. I. — ἰμونيστρόφος μέλη] Male scholiasta aquatoris cantilenam dici opinatur, qui situla per funem demissa e puteo aquam exhauriat, comparato versu Callimachi Fr. p. 185 ed. Blomf. Ἀεὶδεῖ καὶ πού τις ἀνὴρ ὕδαττηγὸς ἱμαῖον. At ἰμونيστρόφος ne significat quidem aquatorem, sed potius, ut σχοινιστρόφος, restionem. Jam Marathone sine dubio multi erant restiarii, ut sane restiarii carmina Marathone colligi potuerint. Eo hic alluditur. Nempe restes non solum e loris bubulis conficiebantur, sed etiam e junco (σχοῖνος) atque e scirpo (φλέως) nectebantur, ut docet vel H. Stephanus in Thes. L. G. p. 8978 ed. Lond. Atqui Marathon, regio paludosa junco abundabat. Tum canentis in opere faciundo restiarii cantilenaе, si non minus longae erant funibus ipsis, quos torqueret, cum praelongis illis Aeschyli versibus, qui praecedunt, aptissime comparantur. Quin Bergler jam olim vidit, restionis carmen dici, quia restis instar longum fuerit, contulitque Eccles. v. 351. Longe melius tamen comparasset Pindari e Dithyrambis Fragm. p. 581 σχοινοτενῆς αἰοιδά, sive ut Boeckhius probabiliter conjecit, σχοινοτενεία τ' αἰοιδά, de cuius vi loquutionis non errasset Casaubonus, si meminisset simillimum locum Philostrati Heroic. c. XIX §. XVII p. 747 ed. Olear. καὶ ἄλλως σοφὸν ἐν τοῖς λυρικοῖς ᾄσμασι, τὸ μὴ ἀποτείνειν αὐτὰ, μηδὲ σχοινοτενῆ ἐργάζεσθαι.

V. 1298. εἰς Barocc. — Cf. Acharn. 595 atque Eur. Med. v. 619.

V. 1299. ἤνεγκον] μετήνεγκα lemma scholii; ἀλλ' ἐγκὼν αὐθ' Monac.; αὐθ' pro αὐθ' etiam Barocc.

V. 1300. ἱερῶν edd. ante Brunckium; sed ἱερὸν CDERVM Baroco. Cantabrr. I, II, Excerpta Scaligeri.

V. 1298—1300. Apparet interroganti Baccho, unde istos versus petivisset, Aeschylum verbis ἀλλ' οὖν — ἤνεγκον αὐθ' ita respondere debuisset, non ut eos a Phrynicho se mutuatum esse negaret, sed ut unde potissimum eos ipse sumsisset, ostenderet. Hoc enim dictum esse declarat etiam oppositio, οὗτος δ' ἀπὸ πάντων μὲν φέρει πορνιδίων — χορείων. Nempe a Phrynicho illos versus repetitos esse his demum verbis negat, ἵνα μὴ — δρέπων. Quosnam duces Aeschylus videretur sequutus esse, id qui nos doceret, nemo inventus est. Istorum enim opinionem, qui Phrynichi tragici eum vestigiis ingressum voluerunt, Aristophanis verba graviter refutant. Nunc autem haec res et versu 1308, ubi Aeschylus dicitur λεσβιάσαι i. e. αἰολίσαι, et toto loco nostro inde a v. 1264 dubio videtur exemta esse. Nihil enim aliud Euripides in Aeschyleis choris vituperat.

quam aeolicos versus, pedem orthium et obsoletum genus musicae. Atque aeolio quidem versu, quem ab Alcaeo Sapphoque sumpsit, Aeschylus tantopere delectatus est, ut eum septem minimum tragoediis insereret eoque metri genere, ut e Persis et Agamemnone elucet, totas strophas contexeret. Orthium vero neque eum solum, sed etiam alias partes rei musicae a Terpandro, Lesbio illo citharoedo mutuatus est, ut satis appareat, inprimis aeolios et poëtas et musicos facem Aeschylo praetulisse. Quae quum ita sint, nostro versu Aeschylus hoc dicit: *ego haec e commodo loco* (aeolicorum lyricorum poësi) *in alium locum non minus commodum* (in tragoediam) *transuli*. Jam vero Phrynichum certissime ex hoc ipso loco intelligitur, non ut Aeschylum, aeolios poëtas musicosque imitatum esse. De caetero hariolari sine testibus non placet: nec tamen impedio, ne quis musam Phrynichi, cujus dulcissima erant carmina, ionicae musae Anacreontis similem fuisse opinetur. Toto coelo erravit schol. Ἐκ γὰρ τοῦ κithαρδικοῦ καλοῦ ὄντος εἰς τὸ τραγικὸν μετήνεγκα, ἵνα μὴ εἰς τὰντὰ τοῖς ὑπὸ Φρύνιχον μέλεσι προσηγμένους ἐμπίπτω. ἀποδέχονται δὲ πάντες τοῖς μέλεσι τὸν Φρύνιχον ἐπιτυγχάνοντα τοῖς κithαρδικοῖς. Et mox, ἵνα μὴ — μετήνεγκα. τοῦτο γὰρ καὶ Εὐριπίδης προεῖπε (dicit versum 1282, quem tamen nullus intellexit). Itaque scholiasta locum ita explicat: *e citharoedica lyricaque poësi, quam Phrynichus non mutavit, ego effeci tragicam*. Commoda haec iis sunt, qui ante Aeschylum tragoediam totam fuisse generis lyrici opinantur. At scholiastes primum lyricam poësin Phrynichi a tragica scilicet Aeschyli inepte distinguit (chori enim, de quibus unis hic sermo est, omnes omnium tragoediarum ad poësin attinent lyricam), deinde non magis quam caeteri intellexit, Aeschylum aeoliorum poëtarum vestigia persequutum esse.

V. 1301. πορνιδίων] πορνίδων Elb. — Deminutiva in — ιδιον antepaenultimam natura brevem habere eamque contractionis demum vi producere primum statuit Dawesius M. Crit. p. 214, quem Buttmannus Gr. Gr. II p. 442 ed. II et caeteri sequuntur. Et sane duarum vocalium contractione i semper produci debet, ut in οκιδιον (Nub. 93), ούσιδιον (Nicomachus ap. Athen. II p. 58, a), σηπιδιον (Aristophanes Fr. p. 121 et p. 140 ed. GD. Ephippus ap. Athen. IX p. 370, d). Simillimo modo ex ἀργύριον, ἀργυρί-ιδιον existit ἀργυριδιον (Avv. 1622 al.), ut ἱματιδιον (Lysistr. v. 470 al.), δικαστηριδιον (Vesp. v. 803), τετιδιον (hoc attigi ad Thesmoph. p. 617), καβιδιον (Solades ap. Athen. VII p. 293, d) atque e λυχνιον, λυχνιδιον. Nam in Aristophane Pollucis X, 119

Ἄλλ' ὥσπερ λύχνος

ὁμοιώτατα κἀθενδ' ἐπὶ τοῦ λυχνιδιον

accentu tantum mutato cum Brunckio scribendum esse καθενδ' olim monui in Euphrosyne p. 22, quum Dindorfius p. 132 ex Athenaei loco mirifice

corrupto scripsisset — ὁμοιότατα καθεύδτε' ἐπὶ τοῦ λυγνιδίου, non sine certo prosodiae errore. Atque etiam, ut Dawesio placet, natura brevem hanc esse vocalem multis patet exemplis, veluti κνιδιον (Pac. 624 al.), ξιφιδιον (Lysistr. 52 al.), γραιδιον (Plut. v. 536). Hinc ubique exstant Εὐριπιδιον, Σωκρατιδιον, Φειδιπιδιον; hinc ea etiam, quae ex — η primi declinatus ducuntur, ι corripere solent, ut ἀρχιδιον (Avv. 1111), δικιδιον (Eqq. 347 al.), γναμιδιον (Nub. 320 al.), κλινιδιον (Lysistr. 916) Μυῦῤνιδιον (Lysistr. 872), πορνιδιον (Nub. 984, ubi vide Porsonum). Itaque permirum accidit nostro versu πορνιδιων, quum forma πόρνιον nusquam inveniat. Nondum tamen hoc vitium emendare contigit. Scite omnino Porsonus, audacissime tamen, οὔτος δ' ἀπὸ πάντων πορνιδιων μέλη φέρει. Vix tamen credibile videtur, etiam ea deminutiva in — ιδιον, quae nullam contractionem subierunt, fallente eorum, quae contracta sunt, similitudine nonnunquam produci. Quo enim tempore formae quales κυνάριον, λιθάριον, κλινάριον, ιππάριον albae aves erant, deminutivorum in — ιδιον usus inter Atticos patuit latissime. Item vitiosus est δακτυλιδιον a δάκτυλος. Quae enim e primitivis in — ος et — ον oriuntur, et ipsa ι corripere solent, ut κροκωτιδιον (Eccles. v. 332 al.), τεκνιδιον (Lysistr. 889), ἀδελφιδιον. Nihilominus tamen in Lysistr. 417 haec leguntur,

Ὡ σκντοτόμε, τῆς μου γυναικὸς τοῦ ποδὸς

τὸ δακτυλιδιον πιέζει τὸ ζυγὸν κ. τ. λ.

quae et ipsa corrigenda sunt.

V. 1302. Vulgo σχολιῶν. Recte Dindorfius σχολίων et sic Rav. Pogianus lemma scholii. — Vulgo Μελίτου et sic M Cantabr. II; κελίτον Monac.; Μελήτου RVC Cantabr. I et optimus codex Suidae s. Μέλητος; aut Μελήτου aut Μιλήτου Barocc. — Vulgo καὶ Καρικῶν, sed καὶ om. Vatic. ADRV M Barocc.; in C primo scriptum, postea litura inductum; καὶ om. etiam Suidas s. Μέλητος et sub Σκολιὰ, ubi hunc versum affert. Primum καὶ deleri iussit Bentlejus in Opusc. p. 320 ed. Lips. — Schol. Μελίτου: προείηται, ὅτι τραγικὸς ποιητὴς ὁ Μέλητος. οὔτος δὲ ἐστὶν ὁ Σωκράτης γραψάμενος. κωμωδεῖται δὲ καὶ ὡς ψυχρὸς ἐν τῇ ποιήσει καὶ ὡς πονηρὸς τὸν τρόπον. Eodem modo Suidas utrobique. Huc spectat etiam schol. Platonis p. 330 B. Μέλητος δὲ φαῦλος τραγωδίας ποιητὴς, ὡς Ἀριστοφάνης Βατράχοις —, de quo loco dixi in Quaestl. Aristoph. p. 44 et alia quaedam de Meleto notissimo homine adjeci. E Scolii autem Meleti, quae amatoria fuisse docet Epicrates Dobraei opera emendatus ap. Athen. XIII p. 605, e, sane multum proficere Euripides poterat, qui et ipse spirabat amores. Ibid. Καρικῶν ἀνλημάτων] Recte schol. et utrobique Suidas, τὰ δὲ Καρικὰ ἀνλήματα καὶ μέλη θρηνώδη ἐστίν. Primum enim sic verba Καρικῶν ἀνλημάτων, θρηνῶν optime conjunguntur. Deinde Euripides id plane habet, ut lacrimulam populo extorquere cupiat; vide supra

ad v. 1063. Denique Caricae tibiae modos potissimum lugubres fuisse non solum ad Platon. De Legg. VII p. 800, e (III. III. p. 26 B) scholiasta p. 452 et ex eo Photius p. 133, 3., e Photio Suidas s. *Καρικῇ Μούσῃ* significant, verum etiam apertissime docent Pollux IV, 75 sq. et Athenaeus IV p. 174 f sqq. De Caricis praeficis dixit Meinekius ad Menandr. p. 91. Nihil dignitatis habuisse tibiam Caricam patet etiam e Platone Comico ap. Athen. XV p. 665, d. v. 12 et ex Hesychio s. *Γιγγρία*.

V. 1303. *χορίων* Elb. — Pro *τάχα* C *ταῦτα*. — Schol. *χορείων δὲ μικροπρεπῶν καὶ οἱ ἐν τοῖς χοροῖς ᾄδουσι*. Etiam Kuster et Brunckius de cantilenis choricis vocem accipiunt, recte ut puto. Vide Eqq. 587 *Νίκη*, ἡ *χορικῶν ἐστιν ἑταίρα*, ubi item interpretor *χορικῶν ῥαμάτων*. Hermannus ducit a voce *χορεῖον*, ut oeci saltatorii (*Χανθόδον*) intelligantur.

V. 1305. *ἐπὶ τούτων*] *ἐπὶ τούτων* Cantabr. I Poggianus, i. e. *ἐπὶ τούτῳ*. Cf. Soph. Electr. v. 612 *ποίας δέ μοι δεῖ πρὸς γε τήνδε φροντίδος*—;

V. 1306. Omnes codices omnesque edd. ante Brunckium recte *αὐτῇ*. Brunckiana operarum vitio *αὐτῇ*, quod transiit in Invervitanam, Bothianam aliasque. Cf. Nub. v. 1228 *ποῦσθ' οὗτος ἀπαιτῶν με τάργυριον*; Plaut. Mil. Glor. II, 4, 11 ubi iste bonus, qui propudii me maximi innocentem | falso insinulavit? Ita scilicet loquebantur de persona notissima. — Hunc versum ita affert, quasi trochaeum tetrametrum scilicet, Phrynichus Bekkeri p. 46, 3

Ὅστράκοις αὐτῇ κροτούσα δεῦρο μουσ' Εὐριπίδον.

Agi autem h. l. de abjectissimo musicae genere, quod non organo justo, sed concharum testarumve collisione fieret, quum Phrynichus observavit, tum Didymus apud scholiastam, sive apud Athenaeum XIV p. 636, e, sive apud Hesychium s. *Κρεμβαλιάζειν*. Qui Casaubonum evolverit ad Sueton. Caligulam c. 54 maximeque ad Athenaeum V, 4 p. 214 sq. ed. Lugd., de vilissima ista Musica, de concharum, testarum, acetabulorum, scabellorum crepitu variisque crepitaculorum generibus vix plura requiret. Musicae istius inventionem, non totius tamen, sed ejus, quae acetabulis fiebat, Suidas s. *Διοκλῆς* dubitanter tribuit Diocli comico, ante quem tamen jam Hermippus apud Athenaeum l. l. simillimi generis crepitaculum (*κρέμβalon, κρεμβαλιάζουσι*) memoravit. Nam hoc quidem certum est, Dioclem hoc Ranarum loco minime tangi posse, ut male conjecit Bergkii De antiq. Comoed. p. 429. Unus enim h. l. tangitur Euripides, atque ita tangitur, ut de alio ullo praeter Euripidem ne cogitare quidem liceat. Sed vel sic tamen difficillima haec verba sunt, *ποῦστιν* — *Εὐριπίδον*. Ex his enim necessario efficitur, quae tummaxime testarum collisione creparet, et longe notissimam mulierem fuisse, et cum Euripide vinculo connexam arctissimo. Non viderunt hanc difficultatem, nedum sustulerunt neque Phrynichus neque Didymus nec reliqui. Enimvero in

scholiis ad h. l. opportunissime haec certe verba servata sunt, λέγεται δὲ εἰς τὴν Ῥηϊπύλην ταῦτα. Quid, quod scholium, cuius haec tenuis modo particula est, integrum servavit Photius, qui e deperditis ad hunc ipsum Ranarum versum scholiis pendet, p. 180, 11. Κροταλλίζειν: οὐ διὰ τῶν χειρῶν κροτεῖν, ἀλλὰ διὰ κροτάλου τῆς κροταλισίας, ὡς Εὐριπίδης φησὶν ὁ κωμικὸς περὶ τῆς Ῥηϊπύλης λέγων. In his tamen et verba τῆς κροταλισίας et Εὐριπίδης — ὁ κωμικὸς inepte posita sunt, siquidem in comoedia nostra ne loquitur quidem Euripides, sed Aeschylus. Scribendum est haud dubie, Κροταλλίζειν: οὐ διὰ τῶν χειρῶν κροτεῖν, ἀλλὰ διὰ κροτάλου· οὕτως Εὐριπίδης, ὡς φησὶν ὁ Κωμικὸς περὶ τῆς Ῥηϊπύλης λέγων τῆς κροταλισίας. Scilicet lemma κροταλλίζειν, quum in Ranis non inveniatur, manifesto tribuendum est Euripidis Hypsipylae. E Photio igitur patet, Euripidem κροταλλίζειν de ipsa Hypsipyle dixisse, quae crepitaculo uteretur. Usa autem erat Hypsipyle crepitaculo haud dubie Opheltae pueri causa, quem nutriebat ulnisque fovebat (Apollodorus III, 6, 4, 1 ex ipso Euripide, — Ῥηϊπύλη, ἥτις νήπιον παῖδα ὄντα Ὀφέλην ἀπολιποῦσα, ὃν ἔκρεφεν κ. τ. λ.). Quin in Hypsipyle hic etiam versus legebatur, Περιβαλ', ὃ τέκνον, ὠλένας, quae esse Hypsipylae verba ad Ophelten non male Matthiae p. 192 coniecit. Si unquam tragoediae dignitatem laesit Euripides, certe laesit in Hypsipyle, quum ista nutrix crepitaculo uteretur, ne scilicet Opheltis puer clamorem tolleret. Dignissimam igitur risu materiam nactus Aristophanes bene rem ita instituit, ut crepitantia Euripidis carmina eaque partim ex ipsa Hypsipyle petita ad istuc Euripidis crepitaculum cani juberet. Sed ex his omnibus consequitur, eam crotalistriam, quae hic in Ranis cum crepitaculo prodeat, prodisse habitu personae Euripideae Hypsipylae. Neque enim Aeschylus si hic ipse cecinit, ideo etiam ipse crepitaculo usus est. Immo mulierem sive crotalistriam cum crepitaculo prodisse quum ipse noster locus argumento est, ποῦστιν ἢ τοῖς ὀστέοις | αὖτη κροτοῦσα (scil. γυνή), tum etiam infra v. 1322 — 1324. Quae quum ita sint, ut Welcker Vossiusque errarunt, qui hic anum quandam crepitaculo uti opinantur, nec Bothius recte coniecit, meretricem seu fidicinam cum crepitaculo induci.

V. 1307. ἐπιτήδεια ταῦτ' ἄδειν edd. ante Brunckium et Mut.; ἐπιτήδεια ταῦτ' ἔστ' ἄδειν VC et qui ἔστιν Cantabr. II; ἐπιτήδεια^α [i. e. ἐπιτήδειον, ut bene Dindorfius] τὰ γ' ἔστ' ἄδειν Rav.; ἐπιτήδεια τὰδ' ἔστ' ἄδειν Valic. Barocc. et sic tacite edidit Brunckius, tum etiam Dindorfius Bothiusque. Hermannus coniecit, ἐπιτήδεια τὰδε γ' ἄδειν μ. non male. Nam certe ἔστ' vel ἔστιν est glossema. Interim vulgatam restitui. — ἄδει μέλη Exc. Scaligeri.

V. 1308. οὐ in A Euripidi tribuitur. Affert versum hoc οὐ omisso

Eustathius p. 741, 20. Quum in edd. ante Brunckium nulla fuisset interrogatio, Brunckius et post eum multi alii scholiastae auctoritate — οὐκ ἐλεσβιάζειν; οὐ; cum interrogatione scripserunt. At οὐ etsi saepenumero cum gravitate repetitur, nusquam tamen repetitur in interrogatione. Vide exempla apud Elmslejum ad Acharn. v. 428 et Matthiae Gr. Gr. p. 1223 ed. II. Hermannus conjecit, αὐτῇ πόθ' ἢ Μοῦσ' οὐκ ἐλεσβιάζει; ποῦ; versu Aeschyli personae continuato. Nimirum omnes viri docti scholiasta prae-
 ēunte verbo *λεσβιάζειν* vim tribuunt vulgarem, qua meretrix Lesbja fellat viro irrumante. Neque infitior, Euripidis tragoediam aliquando in obsceniores versus deflecti. Quare Aristophani Euripidea poësis videtur meretricia in Thesmoph. v. 547 et in Ranis v. 1043 sqq. v. 1301 v. 1328. Atqui *λεσβιάζειν* erat meretricum, ut in Vesp. v. 1346. Interpretes igitur Bacchum volunt hoc dicere, *Euripidis Musa haudquaquam erat meretricia*, ut Aeschylus v. 1301 modo contenderat. At vero interpretes veram totius versus sententiam minime perspectam habuerunt. Nam St. Bergler, cui et ipsi fucum fecit scholiasta, quanquam Euripidi musicae depravationem infra v. 1493 exprobrari bene admonuit, neque locutionem *Λέσβιος φῶδος* neglexit: tamen quum de eo dictam putasset, qui musicam corrumpere, non magis dictum illud, quam nostrum versum intelligere potuit. Quum hic non de metrica arte, sed de musica agatur, musici Lesbii potius intelligendi sunt, quam Lesbii poëtae, quos et ipsos Aeschylus, ut supra dixi, partim sequutus est. Jam vero supra v. 1264—1294 Aeschylō Euripides vitio dedit orthium rhythmum, quem Aeschylus adsciverat e *Terpandro*. Quare nunc Bacchus hoc dicit non sine acerbissima Euripidis irrisione, *haec Euripidis crotalistria minime imitabatur Terpantrum Lesbium*, sive aliis verbis, hoc Euripidis crepitaculum nihil redolet Terpantrum. Namque *λεσβιάζειν* prorsus significare posse, *Terpantrum Lesbium imitari*, id vero apparet vel e tetrametro antiqui comici (quem absurde Nubibus insertum esse, quum fortasse ne sit quidem Aristophanis, ostendi in Quaestt. Aristoph. p. 233) apud Suidam *Χιάζειν*,

Αὐτὸς δεῖξας, ἐν θ' ἀρμονίαις χιάζων ἢ σιφνιάζων,

quo in versu testibus ipso Suida atque etiam Polluce IV, 65 *χιάζων* significat *Democritum Chium imitans*, eodemque modo *σιφνιάζων* *Theoxenidem* (sive ut Pollux, *Philoxenidem*) *Siphnium imitans*. Quantus autem honor incorruptae musicae prisci illius Terpantri genere Lesbii in Graecia fuerit, etiam e proverbio *Μετὰ Λέσβιον φῶδον* intelligitur. Lacedaemonii enim si quem alium citharoedum Carneorum festo post Terpantrum audivissent, caeteris tamen omnibus unum Terpantrum anteponere solebant. Vide inprimis Zenobium V, 9 p. 118 ed. L. Sed praeter Zenobium plurimi etiam alii proverbium *Μετὰ Λέσβιον φῶδον* de solo Terpandro dictum esse contendunt, in his ipse Aristoteles ap.

Eustathium p. 741, 16. καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ τὸ Μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν τὸν Τέρπανδρόν φησι δηλοῦν. Sunt tamen etiam, qui hoc proverbium ad alios citharoedos referant Lesbo oriundos, qui ipsi etiam post Terpandrum hac arte excelluerint, ut Hesychius s. Μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν, Photius p. 261, 10., Eustathius l. l. p. 741, 17. Scilicet quum Lesbii olim in re musica aliis longe praestarent, etiam alii post Terpandri tempora Lesbii citharoedi Lacedaemonem ad Carnea arcessiti sunt (Plutarch. De Musica p. 1133 D). Neque vero minus apta nostro in loco haec fuerit sententia: Euripidis musica non imitabatur scholam cantorum Lesbiorum. Denique exstiterunt, qui proverbium Μετὰ Λέσβιον ᾠδὸν pessime confunderent cum loco antiqui alicujus poetæ comici, abs quo Phrynys genere item Lesbius irridendi causa tanquam novus scilicet Terpander dictus erat Λέσβιος ᾠδός. Hujus confusionis aliquod vestigium exstat apud Eustathium l. l., qui sic, — κατὰ Ἄλιον Διονύσιον, ὃς καὶ τὸν τῆς παροιμίας Λέσβιον ᾠδὸν Τέρπανδρόν φησιν ἢ Εὐαινειδὴν ἢ Ἀριστοκλείδην. Nam Aristoclide erat praeceptor Phrynidis teste Suida s. Φρύνις. Sed omnium clarissime res apparet ex Hesychio ita corrigendo, Λέσβιος ᾠδός: οἱ μὲν τὸν Εὐαινειδὴν ἀκούουσι τὸν ἀπὸ Ἀντίσσης, οἱ δὲ Φρύνιν, ὃ καὶ μᾶλλον. ὑπὸ πολλῶν γὰρ κεκαμώθηται οὗτος ὡς διαφθεῖρων τὴν μουσικὴν καὶ πρὸς τὸ βωμολοχεύεσθαι τρέπων· μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις (v. 958). καὶ παροιμία δὲ ἐντεῦθεν ἐλέχθη, Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν· οἱ δὲ μετὰ τὸν Τέρπανδρον. Nempe Phrynidem Lesbium, certissimum illum antiquae musicae corruptorem, Athenis versatum esse et e pluribus Comicoꝝ versibus elucet, et diserte tradidit Suidas s. Φρύνις. Nihil unquam tam dissimile fuit, quam priscus Terpander et iste Phrynys (Plutarchus De Musica p. 1133 B Τὸ δ'ὄλον ἢ μὲν κατὰ Τέρπανδρον κιθαροφῶδία καὶ μέχρι τῆς Φρύνιδος ἡλικίας παντελῶς ἀπλῇ τις οὖσα διετέλει).

V. 1309—1322. Inprimis tenendum est, h. l. metra et musicam Euripideam ludibrio exposita esse. De caetero haec omnia grammatice, nequaquam vero logice inter se cohaerent. Reddit enim hoc Aeschylus Euripidi, qui eodem fere modo lusit supra v. 1284—1294. Quaquam in priore illo carmine aliquis tamen est nexus communis; in hoc altero autem alii ex aliis tragoediis allati loci, tanquam omnes jungendi essent, qui cohaerere nequeunt, temere continuantur, ut carmine nostro, si totum ordine perpetuo legeris, nihil ne cogitari quidem possit absurdius. Satis bene igitur scholiastes ad v. 1310 ἐξ ἄλλων δὲ καὶ ἄλλων Εὐριπίδων δραμάτων κόμματα συντίθῃσι, καὶ οὐδὲν κατὰ τὸ ἐξῆς λέγει μέλος. Sed nonnulli, quasi reapse inter se connexa essent, quae toto coelo diversa joco tantum hic coagmentantur, ita egerunt, primum Welcker p. 184, deinde Vossius in adnot. Longius etiam progressus Winckelmannus in Act. Soc. Gr. V. II F. I p. 11 sqq. delphinum, quem Aristophanes v. 1317 silvis adpinxit.

eum ipsum fluctibus expiscandum suscepit, neque ideo tamen capere delphinum potuit, qui aut vaticinia et stadia saltaret, aut oblectamentum esset labruscae vitis, uvae volumen a labore recreans. Ceterum hos omnes versus, ut Aeschyleos v. 1264—1294, plerumque verbotenus, ex Euripide sumtos esse, nemo erit, quin scholiastis concedat, praeter Welckerum tamen, qui l. l. id agere videtur, ut hos versus Euripidi ereptos omnes fere uni tribuat Aristophani.

V. 1309. ἀενάοις edd. ante Brunckium e RM; ἀενάοις ABCDV Cantabr. I Monac. Poggianus; ἀενάοις Cantabr. II. Vera est vulgata, docente Hermannō ad Eur. Ionem v. 117. — θαλάσσαις Rav.

V. 1311. τέχνουσαι Cantabr. I Barocc.; τέγγονται lemma scholii. — Vulgo νοτερῆς. Sed νοτεραις Barocc. et schol. in lemmate; νοτεροῖς CMV

ταις
Elb. Florentini quatuor; νοτεροῖς Florentinus unus; νοταῖς Cantabr. I Pogg. et schol. in expositione; νοταῖς Rav. Borg. Recte, ut in Fragm. Chryssippi VI (VII) p. 121 M. σταγόναις νοταῖς. Quanquam alibi Euripides etiam forma νοτερός ulitur, ut in Ione v. 106 v. 149. — Pro περῶν male Elb. περόν.

V. 1309—1312. Schol. ad h. l. ἔστι δὲ τὸ προεγκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι et ita fere etiam librarius in Cantabr. I. [Sch. R. ἐξ Ἰφιγενείας εὐρεπίδου.] Sed quum hi versus in Aulidensi Iphigenia ea, quae etiamnunc exstat, non reperiantur, Bergler, Brunckius, Bothius errasse scholiastam continuo statuerunt. At ex Aulidensi Iphigenia maioris Euripidis alii etiam loci afferuntur, quorum in superslīte quidem tragoedia non magis ullum vestigium est. Itaque et illud certum est, nihil prorsus errasse scholiastam, neque dubium plurimis de causis, quin superstes tragoedia a maiore Euripide abjudicanda sit. Hanc igitur A. Boeckhio auctore minori Euripidi tribuendam esse putavi ad Thesmoph. p. 457. Nostros autem versus profecto e magni Euripidis Aulidensi Iphigenia derivatos esse eo magis constare debet, quo aptius in illa ipsa fabula Euripides commemorare alcedines poterat. Quum enim Achivorum classis Trojam navigantium ventis adversis perdiu in Aulide retenta sit, Euripidem h. l. apparet alcedonia optare, sive tranquillos dies et navigantibus faustos. Jam ex ipso alicujus chori initio hosce versus repetitos esse persuadet mihi etiam chorus similiter incipiens in Iphig. Taur. v. 1089. Porro ut hic v. 1312 et v. 1321 illa glyconeī forma



haud raro ulitur Euripides (cf. Gaisfordum ad Hephaest. p. 355). Quanquam vero etiam trochaicus dimeter catalectus inter glyconeos haud infrequens est (cf. Hermannum El. D. Metr. p. 568): verissime tamen scholiasta, διὰ τοῦ σταυροῦ πάλιν εἰς αὐτὸν παίζει. Namque hoc loco,

Versus est Phalaeceus hendecasyllabus, quod genus glyconeis immisceri solet (cf. Hermannum El. D. M. p. 562 sq.). Praeterea hic εiei — εiei — et altero loco εieiεi — ob eam causam seorsim poni debent, quod hi quidem soni metricis legibus plane soluti tantum ad modos musicos spectant, quo eos verissime retulit ad h. l. schol. ἡ ἐπέκτασις τοῦ εieiεieiεiεiεiεiεiεiεi κατὰ μίμησιν ἐλθεται τῆς μελοποιίας. Sed tota haec res eximie illustratur verbis Demetrii Phalerei, quae boni interpretes neglexerunt, nec tamen neglexerat Bentlejus in Addendis ad Horatium (T. II p. 178 ed. Lips.) De Elocutione p. 71 ed. Victor. (p. 34 Casel.) Καὶ ἐν ᾠδαῖς δὲ τὰ μελίσματα ἀπὸ τοῦ ἐνὸς γίνεται τοῦ αὐτοῦ μακροῦ γράμματος, ὅλον ᾠδῶν ἐπεμβαλλομένων ᾠδαῖς. Scilicet hisce sonis Aeschylus vices reddit Euripidi, qui supra orthium rhythmum in Aeschylo vituperaverat. Nam in antiqua illa severaque Aeschyli arte musica semper, si ab orthio semantoque trochaeo discesseris, quot metro continebantur verborum syllabae, totidem musicae notae inerant in cantu. Ita modulatione plenis omnium metrorum spatiis accommodata factum est, ut singuli versus ordine decantarentur, neque unquam modorum causa metris aut deesset quidquam aut superesset. Contra recentior Euripidis musica non dubitabat unam syllabam vel sexies repetere, ut senis notis pro una locus daretur: quo in genere magis etiam peccare solet musica hodierna. Atque hic rem haud sane dissimilem comparare licebit. Saepe enim Euripides inter dochmios interponit duas, tres, quatuor syllabas breves, quae metri legem nullam sequantur (cf. Hermannum D. El. M. p. 278 sqq.). Hoc quoque Euripides dedisse videtur recenti musicae regnum affectanti. Mius recte enim Hermannus ibid. p. 286 breves illas syllabas metro destitutas a paracataloge derivat, genere canendi, ut putat, recitativo. Schol. Ald. τὸ δὲ Κερκίδος ἐκ Μελεάγρου Εὐριπίδων. Eodem modo sch. Cant. I [nunc etiam sch. MΘ et Paris. Accuratus sch. V ad v. 1315 ἐκ μελεάγρου εὐριπίδων et ad v. 1316 καὶ ταῦτα εὐριπίδων.] Immo scribere debebant, παρὰ τὰ ἐκ Μελεάγρου. Plura enim hic quidem mutavit Aristophanes et sine idonea sententia ita lusit, ut jam nescias, utrum aranea telam texuerit, an muliercula. Nam quum Euripides de araneis profecto non sit loquutus, non φάλαγγες, sed certe γυναικες intelligendae sunt. Deinde non credo Euripidem scripsisse κατὰ γωνίας, quae verba longe melius araneis conveniunt quam mulieribus et vel per se parum tragica sunt. Ipse Euripides saepe numero habet κατ' οἶκους, etiam de ipsis mulieribus domi desidentibus in Medea v. 249. Hinc Euripidem sequitur ita potius in Meleagro scripsisse,

Αἱ θ' ὑπωρόφιοι κατ' οἷ-
κους εἰλίσσετε δακτύλοις
ἱστοτόνα πηνίσματα,
κερκίδος αἰοιδοῦ μελέτας

quaeque sub tecto domi evolutis digitis iugo extenta fila, vocalis radii curas. Cum verbis εἰλίσσετε δακτύλοις cf. Orest. v. 1432. Nempe chorus in hoc Meleagri loco bellicosum Atalantae ingenium detestatus qualum potius, telam, radium operosaeque Minervae studium commendare videtur. Compara Meleagri Fragmenta IX et X p. 227 sq. Matth. 1317. 1318. Recte schol. Ald. τὸ δὲ ἴν' ὁ φίλανλος, ἐξ Ἠλέκτρας. Eodem modo sch. Cant. I [et sch. R Θ Paris.] Scilicet indicante Kustero v. 435 sq.

ἴν' ὁ φίλανλος ἑπαλλε δελ-

φῖς πρῶραις κυανεμβόλοις-

σιν εἰλίσσόμενος.

Haec quoque de industria corrumpuntur. Nam neque maris notio antecedit (ἴν' ubi, scil. in mari), neque additum est εἰλίσσόμενος, quamvis apud Euripidem verba πρῶραις κυανεμβόλοιςιν εἰλίσσόμενος cohaereant: ubi tibiaram amans delphinus exultabat, volvens se circa proras caeruleo rostro ornatas. Hi igitur duo versus verbotenus sumti sunt ex Electra.

V. 1319. Recte Bothius et Winckelmannus post σταδίους puncti loco comma posuerunt. Jocans enim Aristophanes totam hanc cantilenam fingit cohaerere.

V. 1320. ἀμπέλου] ἀμπέλους Monac. omissis versibus 1321 et 1322. Verba γάνος — πανσίπονον citat Suidas s. Γάνος.

V. 1319—1321. Haec omnia ex Hypsipyle translata sunt, etiam versus μαντεῖα καὶ σταδίους, qui in Electra non exstat. Schol. Οἰνάνθας: παρὰ τὸ ἐξ Ἑρμιόλης Εὐριπίδου »οἰνάνθα φέρει [τρέπει RV] τὸν ἱερὸν βότρυν.« Eodem modo ad eundem locum Cantabr. I. Quae patet corrupta esse. Corrigendum est autem, Οἶνα θ', ἃ τρέφεις ἱερᾶς, quem versum ante vocem οἰνάνθας sententiae depravandae causa sciens prudensque omisit Aristophanes. Sic igitur Euripides scripsisse videtur,

— — — — —
μαντεῖα καὶ σταδίους.

Οἶνα θ', ἃ τρέφεις ἱερᾶς

οἰνάνθας γάνος ἀμπέλου,

βότρυνος ἔλινα πανσίπονον.

»Tuque, labrusca, quae nutris germinantes flores, sacrae vitis splendorem, uvae claviculam curas solventem.«^a Quin emendatio nostra paene dixerim necessaria est ob eam causam, quod tres semillimi loci Euripidis praecedunt, Ἀλκύνες, αἷ — σταμύλλετε, tum Αἷ θ' ὑπωρόφιοι — εἰλίσσετε δακτύλοις, denique ex Electra Κλειναὶ νᾶες αἳ ποτ' ἔμβατε Τροίαν — ἴν' ὁ φίλανλος —. Recte vero dictum ἱερᾶς ἀμπέλου, ut apud Horatium Od. I, 18, 1 sacra vite, ubi comparant Ennianum, Lyaeus vitis inventor sacrae. Toti autem loco admodum similis hic est in Phoenissis v. 229 sqq. Οἶνα θ' ἃ καθ' αἰμέριον | στάξεις τὸν πολύκαρπον | οἰνάνθας ἱεῖσα βότρυν.

V. 1322. *περίβαλλ'* edd. omnes et RVM; *περίβαλ'* Barocc. C. Elb. Cantabr. II Florentini sex et scholiastes. Et in Aristophane quidem, ut qui hunc anapaestum diserte vituperet, res ipsa postulat *περίβαλλ'*. Contra Euripides omnino scripsisse videtur *περίβαλ'*, quum tam facile anapaestum pedem in basi perrarum evitare posset. Schol. καὶ τό· *περίβαλ'* ὃ τέκνον ἐξ Ὑψιπύλης. [Schol. Paris. ἐκ Φοινισσῶν aberrans ad Phoen. 306.] In Hypsipyle *Περίβαλ'*, ὃ τέκνον, ὠλένας verba Hypsipylae nutricis ad Opheltien puerulum fuisse suspicatur Matthiae p. 192. Fortasse: quanquam poterant etiam alius esse, qui filium vel amicum amice amplecteretur, ut in Phoen. v. 306. Ceterum e metro glyconeo apparet, hunc quoque versum et infra v. 1327 ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον | ἄστρον ex eodem Hypsipylae carmine sumtos esse, e quo petiti sunt superiores *μαντεῖα* — *πανσίπονον*. Sed quum minime ferri queat hic versuum ordo,

βότρυος ἔλικα πανσίπονον.
περίβαλ', ὃ τέκνον, ὠλένας.
 ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον
 ἄστρον,

extremi duo loci ex alia illius cantici parte fluxerint necesse est.

V. 1323. Libri, ὀρέξ τὸν πόδα τοῦτον; Διο. ὀρώ. Correxī, τὸν πόδα τοῦτον ὀρέξ; Διο. ὀρώ. Porsonus *Τοῦτον τὸν πόδ' ὀρέξ; Διο. ὀρώ*, Reisingius autem in Praefat. Conjectan. p. XXVII 'Ορέξ τὸν πόδα τόνδ'; Διο. ὀρώ conjecerunt, male sublato vitioso pede, ut jam qui sequitur versus ne intelligi quidem possit.

V. 1324. τί δαί;] τί δέ; Rav. C. Barocc.; om. hunc versum V. Ceterum per se intelligitur, versus 1323 et 1324 non ex Euripide derivatos esse, sed additos ab Aristophane, idque diserte confirmat schol. καὶ ταῦτα δὲ αὐτὸς προστίθῃσιν ἀναμωκώμενος Εὐριπίδην. Nolle igitur Dobraeus versum 1323 serio repetiisset e Telepho Euripidis. Facite autem hic luditur v. 1322—1324. Primum enim personati Aeschyli verba *περίβαλλ'*, ὃ τέκνον, ὠλένας Bacchus refert ad crotalistriam (vide supra ad v. 1306), quam, ut ipse putat, Aeschylus cupiat amplexari. Similiter Bothius statuit amplexum h. l. expeti fidicinae. Deinceps recte Beckius: *ambiguitas in eo est, quod Aeschylus versus pedem, Dionysus pedem proprie intelligit*. Scilicet Bacchus hic rursum, ut est libidinosus, utrumque pedem intellexit crotalistriae. Compara Ciceronis jocus in Epp. ad Atticum II, 1, 5. Quum enim Clodius cum sorore germana rem habere crederetur, dixissetque Ciceroni: *soror unum mihi solum pedem dat*, ille prorsus facete, uti solebat, *noli*, inquit, *de uno pede sororis queri; licet etiam alterum tollas*.

V. 1325. Vulgo *τοιανῦτα*. Sed *τοιανῦτι* RVM Barocc. Cantabr. I idque post Dindorfium recepi. — μέντοι] μὲν MV. — σὺ] σοι Monac. Non recte vir amicissimus conjecit, *τοιανῦτι μὲν οὖν σὺ ποιῶν* —; satis enim de usu

particulae μέντοι in interrogatione disseruit Hermannus ad Viger. p. 841 sq. ed. IV.

V. 1327 sq. Male Eustathius p. 646, 3 Εὐριπίδης ἀμήχανον γυναῖκα τὴν εὐήθη λέγει (scil. in Hippol. v. 643), καὶ ἐναντίαν τῇ πολυμηχάνῳ, ἧς δὴ πολυμηχάνου πρὸς ὁμοιότητα ἢ παρὰ τῇ κωμῳδίᾳ δωδεκαμήχανος Κυρήνη. Immo τὸ δωδεκαμήχανον Κυρήνης eo pertinet, quod Cyrene, nota meretrix, duodecim h. e. multa ac varia coitus schemata profitebatur. Ita enim h. l. recte interpretantur scholiasta sive Suidas s. Δωδεκαμήχανον, tum etiam Hesychius s. Δωδεκαμήχανος et s. Κυρήνη. Ovidius De Arte Amandi II, 679 Venerem jungunt per mille figuras: | Inveniat plures nulla tabella modos. In Paxami libris Suidas s. Πάξαμος enumerat etiam Δωδεκάτεχνον· ἔστι δὲ περὶ αἰσχροῶν σχημάτων. Plura afferre laedet. Ceterum aliam ob causam de Xenocle tragico dixit Plato comicus in Sophistis Ξενοκλῆς ὁ δωδεκαμήχανος ap. schol. ad Pac. v. 769 sive Suidam s. Σφυράδες. Nostro autem loco Aristophanes pro ἀνὰ sine dubio scripsisset κατὰ τὸ δωδεκαμήχανον, nisi parodiae causa ipsis verbis uti maluisset Euripidis. Schol. Ald. ἔστι δὲ παρὰ τὸ ἐξ Ἑπιπύλης Εὐριπίδου· ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον ἄντρον. Eodem modo ad h. l. Cantabr. I. [Pro ἄντρον nunc recte ἄστρον sch. V et qui ἄντρον in gl. Θ. Ἄντρον mali correctoris est, qui antrum i. e. cunnum Cyrenes intellexit. Fallitur cum Welckero Wagner Eurip. Fragm. p. 376.] Cum Aldino scholio caetera verbotenus consentit Suidas s. Δωδεκαμήχανον, sed in Euripidis loco pro ἄντρον legit ἄστρον. Neutrum intelligere se fatetur Musgravius; Matthiae autem p. 194 ne se quidem plus videre fatetur. Atqui certissime Euripides dixerat,

ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον

ἄστρον,

id quod verissime explicavit Schneider in Lexico s. Δωδεκαμήχανος. Nempe Euripides solenn (ἄστρον) intelligi vult, qui per XII signa Zodiaci (signiferi orbis) transeat.

V. 1309 — 1328. Quemadmodum supra Euripides Aeschilo aeolicos versus et orthium rhythmum objecit: ita nunc Aeschylus in Euripide reprehendit glyconeos polyschematistos. Ac profecto in plurimis Euripidis tragoediis toti fere chori e glyconeis polyschematistis compositi sunt. Quo igitur nomine hoc versuum genus vituperat? Schol. ad v. 1309 χαρακτηρίζει τὰ Εὐριπίδου μέλη ὡς ἐκλελυμένα (fracta atque effeminata). Eodem modo de hoc ipso loco agens Phrynichus Bekkeri p. 45, 33 — ὅτι τὰ ἐκλελυμένα τῶν μελῶν καὶ ἀδόκιμα πρὸς τὰ ὁστροα καὶ ἦδον. Plane centies in hoc genere Euripides a tribracho incipit, nonnunquam adeo a tribrachis duobus. Atque etiam in dochmiacis versibus rhythmum brevibus syllabis fractum multisque solutionibus emollitum expetere solet Euripides convenienter recentiori musicae Phrynidis similiumque, quorum modi rapido

cursum ferebantur. Attamen quod Aristophanes v. 1325—1328 justum justorum glyconeorum systema exempli loco proponit, satis docet polyschematistas se glyconeos minus probare eosque a tragoediae dignitate alienos ducere. Ac sane tragoediae convenit Priapei versus justa tantummodo forma e glyconeo et pherecrateo composita, qua Anacreon et Catullus utuntur, non item caeterae formae apud Pseudo-Pherecratea et Euphotionem, qui Priapeum quoque versum esse polyschematistum voluerunt. Praeterea Aeschylus polyschematista glyconeo constanter abstinuit. Quin in antiquissimis fabulis in Alceste et Medea abstinuit eo ipse Euripides, veteris musicae etiamtum retinens. Quae autem apud Sophoclem nonnumquam exstant huiusmodi systemata, ea non multum habent varietatis, sed intra exiguum gyrum continentur rarissimeque ad diversum metri genus aberrant. Optime autem Hermannus in Elementis p. 553 naturam polyschematisti glyconei in choriambi cum aliis pedibus maximeque dissyllabis conjunctione reponit. Nonnumquam tamen etiam aliae admiscuntur versuum formae, quae choriambo place careant. Quare polyschematisti glyconei ei appellantur, qui praeter legitimos glyconeos et pherecrateos habeant etiam alios versus haud multum dissimiles eosque nunc breviores nunc paullo longiores, plerosque tamen generis choriambici. Et quanquam lyricorum puri glyconei esse solent, veluti Anacreontis, cujus in hoc genere magna elegantia est: tamen ut recentiore quoque tragoediam a lyrica poësi suspensam arbitrer, facit Hephaestio, qui p. 106 polyschematistum glyconeum Corinnae tribuit et quatuor ejus versus continuos apponit hoc metro scriptos



Jam tragici in hoc genere systemata habent lyricae strophae simillima, ut Euripides in Oreste v. 807—810 et antistr. 819—822, in Hecuba v. 450—454 et antistr. 461—465, et Sophocles in Oed. Col. 1044—1049 et antistr. 1059—1064. Verum in Euripidis glyconeo polyschematista Aristophanes vehementissime reprehendit τὸ δωδεκαμῆχανον, id est nimiam diversissimarum formarum varietatem. Quae in certis quibusdam ejus tragoediis profecto tanta est, ut neque apud lyricos poëtas, nec vero apud Sophoclem simile quidquam inveniat. Nam etsi Gaisfordus ad Hephaest. p. 355 sqq. unam et triginta formas diversas ex Euripide potissimum attulit, tamen haud difficile fuerit, in uno Euripide vel sexaginta ejusmodi formas invenire. Illud vero molestum est, quod quum Sophocles perraro glyconeis diversos versus inserat, ut Asclepiadeum majorem fortassis in Philoct. 175. 186: Euripides suis plurimarum formarum glyconeis vel metra diversa interponere non dubitat, sicuti jambicos versus, dimetros maxime, tum dimetros trochaicos, versus dactylicos, logaoedicos, inprimis vero cyclicos anapaestos. Quum vero pedes etiam metricos ab hoc genere

alienos adscivisset, merito nimiam ejus audaciam h. l. vituperavit Aristophanes,

περίβαλλ', ὃ τέκνον, ὠλένας·

ὄρεξ τὸν πόδα τοῦτον; Διο. ὄρεῶ.

Αίσχ. τί δαί; τοῦτον ὄρεξ; Διο. ὄρεῶ.

Et ab initio quidem anapaestum primo loco positum castigavit, cujus pedis certa ex Euripide exempla dedit Hermannus in El. p. 539. In altero autem versu Gaisfordo ad Heph. p. 356 atque Hermannus El. p. 549 dactylus secundi loci videbatur notatus esse. Et Gaisfordi quidem exempla omnia aliena sunt, Hermannus autem locum attulit corruptum et olim ab ipso bene emendatum Suppl. 998 (1021). Sed plane eo in loco dactylus exstat in Electr. 439. 449, Iphig. T. 1092. 1109, Hippol. 739. 749. At cujus tandem constantiae est, nunc primo loco anapaestum, nunc in secundo dactylum reprehendere? Quare emendavi, τὸν πόδα τοῦτον ὄρεξ; Διο. ὄρεῶ, ut jam duo continui versus concinne in eadem verba desinant. Ita etiam in hoc versu sola basis vituperatur. De dactylo in basi apud Euripidem obvio vide Hermannum in Element. p. 539 sqq. [et in Epitome p. 196 ed. II, inprimis vero H. Weissenbornium De Verss. Glyconn. I p. 47 sq.]. Anapaestica vero forma apud Euripidem haec quoque exstat,

~~~~~|~~~~~

etaeque invenitur etiam tertio versu in scoliolorum strophæ, cujus primus secundusque versus sunt phalæcei. De illo scoliolorum genere disserui in Quaestt. Aristoph. p. 48 sqq. Ac nihil prorsus erraverit, qui Euripideis quidem glyconeis totam ejusmodi stropham convenire dixerit. Supra tamen v. 1302 οὗτος δ' ἀπὸ πάντων μὲν φέρει — σχολίων Μελέητον ad argumentum potius, quam ad metra revoco. Ceterum maxima difficultas glyconeorum versuum cernitur in polyschematistis. [Hos nondum tractavit H. Weissenbornius; Gepperti et Selckmanni libellos non vidi.] Qui de polyschematisto glyconeo librum scribere voluerit, is varias hujus versus formas accuratissime distinguat, ita ut a justo glycone ad numeros choriambicos, ab his ad diversa versuum genera transgrediatur. Inprimis autem illud nos docebit, qualis tot tamque partim dissimilium versuum esse soleat conjunctio, ut et a singulis versibus systemata tota secernere discamus et intelligamus cautum esse, ne ex his formis alia alii propemodum repugnaret. Et quoniam late patent glyconeorum comites numeri choriambici, perutile erit cognoscere, quibusnam ex hoc genere numeris vel ipse Euripides abstinerit. Nusquam enim Asclepiadeum minorem ita cum glyconeis copulavit, ut sit in Horatii strophis,

~~~~~|~~~~~ ter  
~~~~~|~~~~~



V. 1329. σοι] σοι Excerpta Scaligeri. — βούλομαι] βουλομένους C. — ἔτι] ὅτι Mut.

V. 1330. τὸν τῶν] τὸν σῶν *quidam* in Exc. Scaligeri. Tum vulgo legabatur τρόπον, pro quo tamen exhibent πόνον Elb. Cantabr. II Mut. et, ubi γρ. τρόπον, Venetus; πόνον etiam Florentini septem, in duorum marginibus altera notata scriptura τρόπον. Hinc quod olim conjeceram τόνον, nunc non dubitavi recipere. Nam τρόπον glossema est, τόνος autem *meltrum* significat, apud Herodotum ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ I, 47. I, 62. V, 60, ἐν τριμέτρῳ τόνῳ ibid. I, 174. Potest vero etiam de *musica* h. l. accipi, ut in multis Plutarchi locis De Musica.

V. 1331 sqq. Tota haec monodia e quatuor strophis constat, quas ut par erat, ita distinxī. Integrum vero carmen, quod paucissimis versibus vocabulisque exceptis totum Euripidis est, Welcker p. 184 ab uno Aristophane inventum voluit. Schol. ad h. l. Φασίν, ὡς πάντα ταῦτα τὰ ἔπη ἔκ τινος δράματός ἐστιν Εὐριπίδου. Ἀσκληπιάδης [addatur δέ,] παρὰ τὰ ἐξ Ἑκάβης Εὐριπίδου, ἐν μιμήσει δηλονότι. οὕτω γὰρ παραγέγραπται· »ὦ στεροπα Διδὸς κτλ.« (Hecub. v. 68 sq.). Primis verbis Φασίν ὡς — ἐστιν Εὐριπίδου Apollonii sententia continetur, ita ut pro istis ἔκ τινος δράματος eodem sensu scribi potuerit ἔκ τῶν Τημενιδῶν. Contra Asclepiades quod dissimillimum Hecubae locum spectari voluit, triste somnium utriusque loco commune maxime sequutus est. Sententia huius ipsius scholii clarius expressa est in cod. Parisino ap. Duebnerum. Ad Asclepiadis opinionem pertinet etiam scholium ad v. 1340, quod quia mutilum est, explebo. "Ονειρον ἀποκλύσω· καὶ τοῦτο μιμῆται ὁ Ἀλγύλος [παρὰ τὸ ἐξ Ἑκάβης· »ἀποπέμπομαι ἔννυχον ὄψιν" scil. v. 72] τοῦτο δὲ λέγει, παρόσον ἀποδιοπομπεῖσθαι εἰλόθαι τοὺς χαλεπωτάτους τῶν ὀνείρων. Crediderunt Asclepiadi non solum Spanhemius, Bergler et Brunckius, verum etiam Porsonus ad Hec. v. 70, qui adeo corrigere Hecubae versum ex hoc loco Ranarum, tanquam e fonte scilicet derivatum rivulum ausus est. At aliam quandam Euripidis fabulam, minime vero Hecubam hic spectari recte iudicat Hermannus ad Hecub. v. 70. Praeclare vero Apollonius ap. schol. ad v. 1338 Ἀλλὰ μοι ἀμφίπολοι· Ἀπολλώνιος παρὰ τὰ ἐκ τῶν Εὐμενίδων. Ad eundem versum Cantabr. I ἀπολλώνιος ἀπὸ τῶν εὐμενίδων φησὶν εἶναι. Recte omnino τῶν Τημενιδῶν olim correxit Dobraeus, originem huiusce erroris monstrare oblitus. Patet enim, Εὐμενίδων perperam conflatum esse ex εὐρ. τημενιδῶν, id est Εὐριπίδου Τημενιδῶν. Afferuntur autem tanquam Euripidis tragoedia modo Τημενίδαι, modo Τημενίδες, modo Τήμενος. At verum tragoediae nomen minime Τημενίδες, sed Τημενίδαι fuisse et Dioscoride demonstravit Musgravius, qui addere debebat, ne ferri quidem posse pluralem numerum Τημενίδες, quia e Temeni filiabus unica tantum Hyrnetho nobilitata est. Ceterum saepe. attamen apud unum Stobaeum,

scriptum est *Τημενίδων*. Egregie vero idem Musgravius in eo fallitur, quod tertii elogii *Τήμενος* nullam plane rationem habuit. Praeterquam enim quod *Temenus* Euripidis saepe ab Hesychio citatur, his adeo Stobaeus T. 51 [49] p. 355 (T. II p. 367 sq.) atque T. 54 [52] p. 360 (T. II p. 384 sq.) *Temenidas* a *Temeno* disertissime secernit. Denique in alio ejusdem Stobaei loco T. 56 [54] p. 370 (T. II p. 408) *Εὐριπίδων Βουτημένω* nemo monitus rescribere dubitabit *Εὐριπίδων β' Τημένω* (sive *βου Τημένον*, i. e. *δευτέρου Τημένον*). Ex hoc igitur ipso β' *Τημένω* conjicias, duplicem existitisse unius ejusdemque tragoediae recensioem alteram *Τήμενος*, alteram *Τήμενος β' ἢ Τημενίδαι*, videnturque *Temenus* in *Temeno*, in *Temenidis* autem *Hyrnetho* occisi esse. Etenim, ut est apud *Apollodorum* II, 8, 5 et *Pausaniam* II, 19, 1, *Temenus*, qui *Deiphontem* generum, fortissimum virum plus diligeret quam filios, ex insidiis per filios nefarie structis periit. Praeterea de regni successione deque populi *Argivi* amore libertatis agendum erat, de qua re aliter *Apollodorus*, aliter *Pausanias* scriptum reliquerunt. *Temeno* patre interfecto iidem homines etiam *Hyrnetho* sororem obtruncarunt. Atque hanc caedem *Hyrnethus* in tragoediam *Τημενίδαι* prorsus convenire vel e *Dioscoridis* epigrammate patet, *Anthol. Palat.* T. II p. 377 n. 195, ubi de una eademque tragoedia primum haec verba ponuntur *τοὺς δὲ φιλόπλους Τημενίδας*, deinde vero haec *τὴν δὲ τάλαιναν Ὕρνηθῶ*. Neq. *Hyrnethus* luculentissime exponitur a *Pausania* II, 28, 2 sqq. Quin, ut e *Pausania* apparet, praeclarae tragoediae argumentum *Temenidas* praeuisse necesse est. Ceterum *Matthiae* p. 247 duas existitisse non recensiones, sed fabulas, *Temenum* alteram, alteram *Temenidas* conjecit. Illud tamen nemo probaverit, quod *Matthiae* *Temenum* ad rem aliquam ex iis pertinuisse suspicatur, quae in expeditione ab *Heraclidis* in *Peloponnesum* suscepta gestae sunt. At *Temeni* res gestas *Euripides* in *Archelaum* filium transtulerat, neque eas in *Temeno* tractaverat, sed in *Archelao* (addatur enim *Archelai* fragmentis hoc *Agatharchidae* ap. *Photium* *Bibl.* p. 1332. οὐδ' *Εὐριπίδων κατηγορῶ, τῷ μὲν Ἀρχελάῳ περιτεθεικότος τὰς Τημένον πράξεις* —). [Addidit nunc etiam *Wagner* *Eur. Fr.* p. 116.] Et in hac quidem tragoedia *Ἀρχέλαος*, quae *Temenidis* haud dissimilis erat, res gestas vitaeque periculum exposuerat *Archelai*, *Temeni* filii, qui a fratribus ejectus in *Macedoniam* exulatum abierat. Sed ut ad hanc monodiam revertar, quae *Apollonio* teste e *Temenidis* repetita est, nostram monodiam, nisi omnia me fallunt, ipsa cecinerat *Hyrnetho*. Exposuerat autem horribile somnium, quo vel *Temeno* patri, vel ipsi mors a fratribus imminens portendebatur. Hujus igitur monodiae duas primas strophas, leviter duntaxat interpolatas hic v. 1331 — 1345 agnosco. *Euripidis* autem versus fuerunt fere hi.

στροφ. α'.

Ὡς Νυκτὸς — φόνια, φόνια δεκνόμενον (haec omnia ad verbum servata sunt; tum sequebatur extrema pars dochmiorum).

στροφ. β'.

Ἀλλὰ μοι, ἀμφίπολοι — ἰὼ πάντες δαίμον (hactenus item ad verbum; sed in fine strophae alii versus sequebantur, in his fortassis etiam ille, Νύμφαι ὀρεσσίγονοι). De tertia tamen strophā v. 1346—1355 video dubitari posse. Quae si et ipsa forte e Temenidis huc translata est, alii docebunt, utrum Hymetho volatum istum tam tristem tamque obscurum per quietem viderit somnians, an expergefata jam in opere faciundo. Sed quum in hac quidem strophā nihil de somnio dictum sit, quumque supra multi multorum chororum versus e multis Aeschyli Euripidisque tragoediis sumti de industria conjungantur: fieri etiam illud potest, ut tertiae strophae pars omnino non e Temenidis, sed ex alia Euripidis tragoedia manaverit, in qua nescio quae muliercula persequuta esset, quae sibi vigilanti mira accidissent. Utut est, in tertia quoque strophā aliquot Euripidis versus manifesto leguntur, hi similesve,

στροφ. γ'.

ἐγὼ δ' αὖ τάλαινα προσέχουσ' ἔττην ἐμαντῆς ἑργοῖς,  
λίνου μεστὸν ἄτρακτον  
εἰλίσσουσα χερσίν.

Et paucis post versibus,

ὁ δ' ἀνέπτατ' ἀνέπτατ' ἐς αἰθέρα  
κουφοτάταις περὺγων ἀμαῖς·  
ἐμοὶ δ' ἄχε' ἄχα [λιγυρὰ] κατέλιπεν,  
δάκρυ' ἀπ' ὀμμάτων τ' ἔβαλον αὖ τλάμων.

Jam Aristophanes irrideudi Euripidis causa e duabus minimum ejus monodiis, Hymethus in Temenidis atque in Cretensibus Icari, novam ipse confecit. Atqui Hymethus monodia tragica fuit et horribilis, contra Icari cantus, qui se e labyrinthi ambagibus expedire non posset, fuit paene dixerim comicus neque absimilis monodiae Phrygis in Oreste, cujusmodi argumentum in quavis comoedia tractare licebat. Praeterea eximium quoddam Aristophanis artificium in eo cernitur, quod minima Euripideae poëseos mutatione facta novum plane argumentum Euripidi substituit atque id humile, abjectum et tantum non scurrile. Neque enim hic quidem, ut supra v. 1309 sqq., varii ac diversi loci, quorum nullus sit sententiarum nexus communis, absurde cumulantur, sed potius haec monodia ab initio ad finem in unico argumento tota versatur aptissimeque cohaeret. Scilicet paupercula mulier quum triste somnium vidisset, expectata animadvertit, Glycen sibi gallum gallinaceum furatam esse, qua re cognita furti deprehendendi causa in Glycae domum properat. Falso enim schol. ad

v. 1340 Aristophanei loci argumentum enarravit. At non somniarat furtum commissum esse, sed Glyce revera gallum furata erat.

V. 1331. κλεινοφανής Junt. II et deinceps aliae quaedam, tum C. Harlejanus Cantabr. I lemma scholii; μλεινοφαής Monac. Vulgatam habet Suidas in ipsa voce. Alibi Euripides dicit μελαμφαής, de quo cf. Valckenarium ad Phoen. v. 1017.

V. 1332 sq. Edd. ante Brunckium distinguunt, ὄρφνα — δύστηνον | ὄνειρον — ἀφανοῦς | Ἄϊδα πρόπολον|. Sed recte A. Rav. ὄρφνα — ὄνειρον | πέμπεις — πρόπολον|. Prior versus duobus membris constat.

η

V. 1332. ὄρφνη Suidas l. l.; ὄρνα Cantabr. II. — δύστηνον edd. ante Brunckium, sed recte δύσανον ADERVM Barocc.

V. 1333. πρόπολον edd. ante Brunckium C schol.; πρόπολον Brunckius et sic ABM; πρόπολον RV Barocc. Victorianus E Cantabr. I; προμολπον

π


(h. e. πρόπολον) marg. Leid. Scripturam πρόπολον Brunckius in adnot. atque adeo ipse Hermannus comprobarunt. At recte, ut mihi videtur Dobraeus πρόπολον merum esse statuit librariorum errorem pro πρόπολον. Neque enim aut graecum vocabulum est πρόπολος, aut non aptissime hic dicitur, Ἄϊδα πρόπολον, quum praesertim v. 1340 θεῖον Ὀνειρον sequatur. Intelligi enim puto Ὀνειρον, inferiorem quendam deum, ministrum Plutonis. Plane eodem modo vocantur Τρηνάιος πρόπολος Ἀφροδίτης, Ἄττης πρόπολος τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν, Curetes tum Dactyli et Cabiri δαίμονες ἢ πρόπολοι θεῶν, cujusmodi locos quum attulit, tum rectissime explicavit Lobeckius in Aglaoph. p. 1234 sq. Adde Eurip. Helen. p. 570. Ceterum etsi ab Homero δῆμος ὄνειραν et a Virgilio Somnia circa Orcum collocantur (vide Hermannum ad Hecubam v. 70), hic tamen Plutonis ministrum potius intelligi vult nuntium mortis, eodemque pertinent verba ψυχὰν ἄψυχον ἔχοντα et postea μελανοενκνέιμονα, φόνια φόνια δεκνόμενον. Bene schol. ad h. l. — ὡς θανάτου σημαντικόν.

V. 1334 sq. hi tres versus recte in edd. ante Brunckium distincti male duo versus sunt in A Rav. ψυχὰν — μελαίνας | Νυκτὸς — ὄψιν.

V. 1335. Libri omnes contra metrum, μελαίνας Νυκτὸς παῖδα. Hermannus vitio probe perspecto, παῖδα μελαίνας Νυκτὸς. Ego paullo aliter scripsi, Νυκτὸς παῖδα μελαίνας. [Conjecturam meam primum proposui De Monod. Eurip. p. 21. In eandem incidit Dindorfius III p. 279 Ox.] Mox φρικῶδη om. Harlejanus.

V. 1336 sq. In edd. ante Brunckium et in Rav. sunt tres versus μελανοενκνέιμονα | φόνια, φόνια δεκνόμενον, | μεγάλους ὄνυχας ἔχοντα. | At Brunckii editio codicem A sequuti duo habet versus μελανον. — δεκνόμενον, μεγάλους — ἔχοντα.

V. 1336 sq. Libri omnes *μεγάλους ὄνυχας ἔχοντα* violato metro, quod debet esse dochmiacum. Ego pro *μεγάλους ὄνυχας* correxi *ὄνυχας μεγά-*  
*λους*, ut hi numeri euascentur,



ad metrum illi aptissimi. Vid. Seidlerum De V. D. p. 166 sqq. atque Hermannum El. D. M. p. 254 sq. Ungues tragico somnio malignitas addidit Aristophanis. Metri vitium animadvertit etiam Hermannus, cui quum verba *μεγάλους ὄνυχας ἔχοντα* interpretis visa essent, eleganter coniecit, paullo audacius tamen aut,

*μελανονεκνεύμονα καὶ μεγαλώνυχον*

*φόνια, φόνια δερκόμενον;*

aut *μελανονεκνεύμονα, φόνια, φόνια δερκόμενον [δμμασιν],*  
*καὶ μεγαλώνυχον.*

V. 1338. *στρ. β'.* Primo diluculo monodiam canebat Hyrnetho somno excussa et pavore exanimata. Sic Aeschylus de Clytaemnestra, quae et ipsa viso nocturno exterrita erat, in Choëph. 536 sq. *πολλοὶ δ' ἀνῆλθον, ἐκτυφλωθέντες σκότῳ, | λαμπτήρες ἐν δόμοισι δεσποίνης χάριν.*

V. 1339. In edd. ante Brunckium et Rav. male sunt duo versus *κά-  
πισι — ἄρατε | θέρεμε δ' ὕδωρ |*. Hexametrum ex A restituit Brunnckius. — *ποταμοῦ* Monac. — *θέρεμε δ' ὕδωρ* Cantabr. I. — *Ἔδωρ* observante etiam Dindorfio hic *v* producit, ut saepe productum est ab Homero, qui eadem verba habet in Od. δ', 426 *θέρεμε δ' ὕδωρ*.

V. 1340. Vide Blomfieldum Glossar. in Persas v. 207.

V. 1341. *ὦ — ξύνοικοι* unus versus est in cod. A et ed. Brunckiana. Recte duo versus sunt in Rav. et edd. ante Brunckium. — *„τοῦτ' ἐκεῖν' |* Hoc illud est, quod mihi per somnum portendebatur; Glyce mihi furata est gallum. Ridicule autem majestati tragicæ tribuit humilitatem plebejam, quae Comicis propria est. *Bergler.* Nempe verba *τοῦτ' ἐκεῖν' — Γλύκη* et mox *ὦ Μανία, ξύλλαβε* unius sunt Aristophanis.

V. 1342—1344. *τάδε τέρατα | τὰδ' ἔτετρα* Rav. — *θεάσασθαι* Vel. Scaligeri et edd. quaedam inde a Junt. III; sed *θεάσασθε* Ald. Junt. I, II RVM Barocc. — *μον* in textu om. Harlej. sed habet supra *ξυναρκάσασα*. — *συναρκάσασα* dedi e RVM; *ξυναρκάσασα* vulgo et Barocc. Harlej.; *ξυναρκά-  
σατε* Monac. Ceterum in Barocciano extrema pars Ranarum deest; desinit autem praestantissimus codex hoc ipso loco in verbum *ξυναρκάσασα*. — In edd. ante Brunckium sunt tres versus *τάδε — θεάσασθε. | τὸν — ξυν-  
αρκά — | σασα φρούδη Γλύκη |*. Eodem modo Rav., superquam quod secundum versum finit *συναρκάσασα |*. Sed ed. Brunckii ex A *τάδε —*

θεάσασθε. | τὸν — ξυναρπάσασα | φροῦδῃ — ὀρεσίγονοι |. Ego vero haec τὰδε — Γλῶκῃ in duo versus contraxi. Versus sunt enim cretici cum anacrusi et dipodia trochaica. Θεάσασθε tribus syllabis effertur. Cretici autem praemissa anacrusi etiam infra leguntur v. 1358 cf. Hermannum in Elementis p. 204 sq. Omnino paucae reperientur Euripidis monodiae, quin unum pluresve versus habeant creticos. Vide Phoeniss. v. 316, Orest. v. 1418 sqq., ibid. v. 1437 sqq. Cum dimetro trochaico, ut h. l., tales cretici (neque enim videntur paeonici esse) iunguntur in Hecub. v. 1089 sq. et ibid. v. 1100. Nec vero illud, quod supra exstat in Ranis v. 849 Κρητικὰς — μονωδίας ad versum creticum referre licet. Significaret enim monodias creticis versibus scriptas, ut carmen creticorum versusum Κρητικὸν μέλος appellat Cratinus ap. Hephaest. p. 72. Atqui nulla monodia creticis tantum versibus scripta est, sed omnes miram ac prorsus incredibilem habent metrorum varietatem. Et quid tandem hoc est opprobrii aut criminis, quod in monodiis etiam cretici versus inveniantur?

V. 1344. ὀρεσίγονοι Rav. et liber Florentinus itaque emendavit Bentle-

σ

jus; ὀρεσίγονοι Venetus; ὀρεσίγονοι vulgo et M; ὀρεσίγονος Monac.; ὀρεσιγόοις (sine νύμφαι) Harlej. — Quanquam verba Νύμφαι ὀρεσίγονοι ex Euripidis Temenidis fluxisse suspicio est, tamen quia Asclepiades a Temenidis ad Aeschyli Xantrias aberravit, nostrum erit de hac etiam fabula disputare. Igitur in Xantriis Pentheum a Bacchis dilaniatum esse tum e Photii sive Suidae loco, quo infra utemur, apparet, tum e schol. ad Aesch. Eumen. v. 26 Νῦν φησιν ἐν Παρνασσῷ εἶναι τὰ κατὰ Πενθεΐα, ἐν δὲ ταῖς Ξαντρίαις ἐν Κιθαιρῶνι. Sed quum in Euripidis Baccharum Hypothesi scriptum sit, ἡ μυθοποιία κεῖται παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Πενθεΐ, Xantriae vel propterea non pro tragoedia, sed dramate satyrico habendae sunt. Quod autem praeterea in Catalogo Aeschyleo etiam Βάχχαι memorantur, aptissime Valckenarius in Diatrib. p. 16 tragoediae plenum titulum fuisse conjecit Πενθεὺς ἢ Βάχχαι. Jam Elmslejus ad Bacch. p. 5 ed. Lips. et Welcker Aeschyl. Trilog. p. 331 adnot. partim argumenti convenientia partim ipso nomine Ξαντρίαι ducti ad Aeschyli Xantrias allusum putarunt a Philostrato Icon. I p. 790 ed. Olear. αἱ δὲ καὶ ξαίνουσι τὸ θήραμα (Pentheum) μήτηρ ἐκείνη καὶ ἀδελφαὶ μητρὸς —. Frustra. Neque enim si ξαίνειν et καταξαίνειν significant *flagris caedere, discernere*, idcirco etiam ξάντης ξάντρια usquam hanc vim habuerunt. Immo ξάντριοι, ut rectissime censuit Musgravius, declarabunt *lanificas mulieres*. Haec enim notio et in Aeschyleae fabulae inscriptione tenenda est et in Platonicae Ξάνται (vel potius Ξάντριαι) ἢ Κέρκωπες, in qua comoedia Herculem ejusque pedissequos carminantes apud Omphalen introductos esse Lobeckius in Aglaoph. p. 1303 utriusque tituli ratione habita suspicatur. Sed ut pro tragoedia Xantrias



haberen, in causa fuisse opinor maxime Photii locum p. 326, 19 sive in eadem voce Suidae, Ὀκτώπων: Κρατῖνος Θράτταις, ὁκτώπων ἀνεγείρεις ἀντὶ τοῦ σκορπίου. παροιμία γάρ. σκορπίον ὁκτώπων ἀνεγείρεις. ἐν δὲ ταῖς Λαχύλων Ξαντρίαις ἢ Λύσσα ἐπιθειάζουσα ταῖς Βάκχαις φησὶν·

ἐκ ποδῶν δ' ἄνω

ὑπέρχεται σπαργμὸς εἰς ἄκρον κάρα,

κέντημα γλώσσης, σκορπίον βέλος λέγω.

Mirror, Cratini Aeschylisque locos tam parum similes inter se comparari. Nescio igitur, an ejusmodi quiddam reponi debeat, — παροιμία γάρ. φησὶ δὲ τὸν Θεοφώρητον ὡς σκορπίον ὁκτώπων ἀνεγείρεις. Quae conjectura loco nititur Photii ipsius p. 183, 1 Κύβηθον: Κρατῖνος Θράτταις τὸν Θεοφώρητον, patetque etiam aliis indiciis, furiosum cultum Thraciae deae (Bendis dicebatur) a Cratino agitatū esse. Nempe sacro furore percitū, ad quem sine periculo nemo accedere possit, magis excitare est plane excitare scorpionem, cujus proverbii vim bene definivit Diogenianus VIII, 8. Aeschylus tamen Bacchas potius cum σκορπιόδηκτοις comparat, quod Bacchica insania, tanquam scorpionis ictu, corpus convelli soleat. Itaque quum inter dramatis personas etiam Rabiem animadvertissent, continuo menti occurrant Hercules Furens Euripidis et Bacchae, quum in Xantriis vidissent Penthei interitum descriptum esse, qui ne tractari quidem posse videretur in dramate satyrico. Et tamen tragoediam non fuisse Xantrias certum puto: quae fabula conferenda est magis ad eas Bacchas, quas comici scripserunt, ut Epicharmus, Lysippus, Diocles, Antiphanes. Nam Xantriae tametsi etiam Penthei mortem comprehenderunt, praecipue tamen in argumento parum tragico versatae sunt, in Minyëidum fati Alcithoes ejusque sororum, quae Bacchi orgia adspernabantur eoque poenas dabant meritas. Nota fabula est vel ex Ovidio Metamorph. IV, 1—415. Praeclare enim Boeckhius De tragicis p. 29 in Xantriis suspicatur Minyëiae domus eversionem repraesentatam esse haud improbane Matthiae ad Eurip. Fr. p. 361. Neque vero intelligo, cur ita scripserit Boeckhius: Xantrias Aeschyli olim existimabamus satyricam fuisse fabulam: — tamen nunc tragicum argumentum fuisse plane novi. Quanquam enim nemo mirabitur, ita statuere l. l. Welckerum, quo iudice Xantriae nihil aliud quam Pentheum a Bacchis descriptum exhibuerant: Boeckhius tamen nunquam demonstrare poterit, Minyëidas in vespertilionibus mutatas argumentum fuisse tragicum. Deinde quod Boeckhius cum Ovidiana descriptione l. l. v. 402 sq. confert Aeschyli e Xantriis anapaestum ap. Pollucem X, 117 κάμαρες πεύκης οἱ πορτίφλεκτοι, hic quidem versus non minus apte in ipsas Bacchas conveniet. Aptè tamen Boeckhius nomen Ξάντριοι, quae mulieres sunt lanificae, cum Ovidii verbis comparavit l. l. v. 32 sqq. Atqui alius locus minime praetereundus

erat ap. Galenum in comm. prima ad VI Epidem. Hippocr. vol. V p. 455 ed. Bas. (XVII p. 879 Lips.) ἐπὶ δὲ τῶν ἀκτίνων αὐτῶν δοκεῖ χρῆσθαι τῇ τῆς πέμφιγος ὀνόματι Σοφοκλῆς — οὕτω καὶ Ἀισχύλος ἐν Ξαντρίαις·

ὡς οὕτε πέμφιξ ἥλιον προσδέχεται,  
οὕτ' ἀστέρων πῶν ὄμμα Λητώας κόρης.

Sic enim h. l. emendavit Bentlejus in Opusc. p. 501 ed. Lips. Apud Galenum legitur — οὕτω καὶ Ἀισχύλος, ἐξ ἀντιαιῶς οὕτε πέμφιξ ἥλιον προσδέχεται, οὕτ' ἀστέρων στόμα Λητώας κόρης. Bentleji correctiones quum omnes ipse Hermannus in Opusc. IV p. 278 probavit, tum unam gravissimam confirmat Photius p. 409, 10 Πέμφιξ· πνοή. Ἀισχύλος Ξαντρίαις ἐπὶ τῶν ἀκτίνων. Vix igitur dubito, quin in Aeschyli versibus neque sol neque luna adspiciat Minyēidas in vespertiliones (νυκτερίδας) conversas, de quibus l. l. Ovidius. Adeo de vespertilionibus idem valet, quod de Phorcidibus sub terra habitantibus, de quibus ipse Aeschylus in Prometh. v. 796 ὡς οὐθ' ἥλιος προσδέχεται | ἀκτίσιν, οὐθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ. Denique satyricum drama Xantrias fuisse clarissime intelligitur e persona Junonis. [In scholio ad h. l. ἐκ τῶν Ξαντριῶν Εὐριπίδου cum Aldo habent tantum Θ et fortasse liber Paris. Verissime RV ἐκ τῶν Ξαντριῶν Ἀισχύλου. Tum vulgo legebatur — ἐν τινι τῶν διαθέντων, pro quo frustra conjeceram ἐ. τ. τῶν διατεθέντων, cl. Herodoto VII, 6. Nunc autem quum in cod. Flor. legatur ἐν τινι τῶν διαθέντων, scribendum esse censeo ἐν τινι τῶν εὐδιαθέντων h. e. in bono exemplari. Totum igitur scholium ita lego, Νύμφαι ὀρεσίγονοι· ἐκ τῶν Ξαντριῶν Ἀισχύλου, φησὶν Ἀσκληπιάδης. εὐρε δὲ Ἀθήνησιν ἐν τινι τῶν εὐδιαθέντων· „Νύμφαι ὀρεσίγονοι, \* θεαῖσιν (libri νύμφαι ὀρεσιγόναι θεαῖσιν, V ὀρεσιγόνοι) ἀγέτω, Ἰνάχον Ἀργεῖον ποταμοῦ παῖσιν (libri Ἀργεῖον ἐπὶ ποταμοῦ παῖσι) βιοδάροις.“ ἔοικε δὲ τὸ ὅλον ἐπιτηδεύειν ἀνπότακτα. ἄλλως τε οὐδὲ παρ' Ἀισχύλου ἤρμοξε τὰ τοιαῦτα λαμβάνεσθαι.] Quaestio a summis partim viris agitata, scripseritne Euripides quoque Xantrias necne, mihi quidem subridicula videtur. Tota enim hoc uno loco innititur Asclepiadis, qui non scripserat ἐκ τῶν Ξαντριῶν Εὐριπίδου. Immo Εὐριπίδου recentissimum errorem esse, ex eo illum scilicet profectum, quod in hac monodia Euripidis versus ridentur, manifesto docent extrema verba, ut ne dubitari quidem possit, quin Asclepiades Aeschylo Xantrias tribuerit, non Euripidi. Quamobrem Εὐριπίδου sine dubio aut in Ἀισχύλου mutandum est, aut quemadmodum Dobraeo placuit, expungendum. Recte vero Valckenarius in Diatrib. p. 11 ad eundem Aeschyli locum haec refert Platonis De Republ. II p, 381, d μὴδ' ἐν τραγῳδίαις μὴδ' ἐν τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν εἰσαγέτω Ἥραν ἡλλοιωμένην, ὥς ἰέρευν, ἀγέουσας

Ἰνάχον Ἀργεῖον ποταμοῦ παῖσιν βιοδάροις.

Ex eodem fonte praeclare derivat Boissonadius Diogenem Epist. 5 a se

editum (Notices et Extraits des Mss. T. V, 2 p. 241) *οἷτινες* (tragici) *Ἦσαν τε τὴν Διὸς παράκοιτιν ἔφασαν τὴν Ἰέρειαν* (fort. εἰς Ἰέρειαν Boissonadius) *μεταμορφωθεῖσαν τοιοῦτον βίου σχῆμα ἀναλαβεῖν, Νύμφαις κρήναισιν* (idem conjecit *κρήναισιν*) *κυδραῖς θεαῖς ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργεῖαις ποταμοῦ παῖσιν βιοδώροις*. Postremo Dindorfius bene addit Pausaniam VIII, 6, 2. *τὸν Ἰναχον ἄλλοι τε καὶ Αἰσχύλος ποταμὸν καλοῦσιν Ἀργεῖον*. Qui restituere locum conati sunt, Valckenarius, Ruhnkenius, Blomfieldus, Boissonadius quum Asclepiadis lectionem non spernendam esse judicassent, omnes a verbis *Νύμφαι ὀρεσσίγονοι* vel *Νύμφαισιν ὀρεσσιγόνοισι* exorsi sunt, plerique tamen necdum prolato Diogenis loco operae facere pretium nequiverant. Optime, ut sine Diogene tamen, Blomfieldus

*Νύμφαι ὀρεσσίγοναι . . . θεαῖσιν ἀγείρω*

*Ἰνάχου, Ἀργεῖον ποταμοῦ, παῖσιν βιοδώροις,*

latere vidit duo hexametros. Docte sane Diogenem sequutus Aeschyli hos fuisse versus contendit Dindorfius,

*Νύμφαις κρηναῖαις κυδραῖσι θεαῖσιν ἀγείρω,*

*Ἰνάχου, Ἀργεῖον ποταμοῦ, παῖσιν βιοδώροις,*

sed quod idem adjicit, unius Euripidis esse alterum *Νύμφαι ὀρεσσίγονοι*, cujus verba integra fortasse ex Aeschyleis expressa fuisse: primum non cogitavit, Asclepiadem haec duo verba Aeschylo, non Euripidi tribuere, porro autem tribuere illi ipsi Aeschyli loco, unde sunt caetera, denique verba *Νύμφαι ὀρεσσίγονοι* Aeschyleo loco, qualem ipse constituit, dissimillima esse. Quodsi Asclepiades Aeschyli versus plane eodem modo, quo Diogenes legisset, nunquam ei in mentem venisset Xantriarum versus tam alieno loco afferre. Ita Asclepiadem patet in hoc Aeschyli loco aut *Νύμφαι ὀρεσσίγονοι* aut simillima verba legisse. Neque mirum est, a Diogene discrepare lectionem Asclepiadis, qui se dicat atticam Xantriarum recensionem sequi, scilicet ut in loco scripturae parum constantis. Sed ab illo Aeschyli critico, quem Asclepiades sequitur, Xantriarum versus ita maxime, opinor, editi erant,

*Νύμφαι, ὀρεσσιγόνοισι κυδραῖσι θεαῖσιν ἀγείρω,*

*Ἰνάχου Ἀργεῖον ποταμοῦ παῖσιν βιοδώροις.*

Nymphae, quas Juno alloquebatur, esse poterant Minyëides. Jam rivi ex Inacho fluvio deducti omnino e montibus exorti erant, quum ipse Inachus ex Artemisio monte sive Lyrceo, tanquam e capite ac fonte emanaret (cf. Siebelisium ad Pausan. II, 25, 3). Ceterum Diogenis scripturam et ipse alteri praestare existimo. Sed hoc fragmentum satyricae fabulae Aeschyli, quem toto loco maxime vituperat, haud obscure tribuit I. I. Plato (*ἐν τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν*), indignaturque Junonem mendicae sacerdotis habitu prodisse. Talis vero persona quomodo tandem in tragoedia induci potuit? Nihil enim abjectius erat sacerdote stipem colligente,

quales verbi causa novimus Matris Deūm sacerdotes *μητράγους*, qui postea galli dicebantur. Quam Junoni Aeschylus, eandem fere personam Lamponi vati ignominiae causa imposuerunt Cratinus atque Lysippus comici ap. Hesychium s. *Ἀγροεικυβήλης*. Nihil moror Welckerum l. l. Dindorfiumque, qui hosce duo hexametros ad Aeschyli Xantrias referendos esse negant, qui Pentheo a Bacchis laniato disconvenire videantur. At optime conveniunt et Xantriis ab Asclepiade palam tribuuntur. Plane autem Penthei interitus et fata Minyadum in tanta utriusque fabulae similitudine unico dramate comprehendere poterant. Quae enim vulgo narrantur de Agaue, Ino, Autonoe deque Pentheo Agaues filio, ea ipsa alii transferunt ad Leucippen, Arsinoën, Alcaethoen et ad Hippasum Leucippes filium (Plutarch. Moral. p. 299 E. et Antonin. Liberal. Metamorph. Fab. X). Enimvero palmarem Boeckhii sententiam et Penthei mors et persona Junonis, quam utramque in Xantriis fuisse constat, dubio eximere videntur. Sicuti enim et Pentheus Thebanus et Thebanæ Minyades, quum Bacchi orgia risissent, poena affecti sunt: ita Juno, quo in Bacchum internecino odio flagrabat, tam Minyadas quam Penthea instigare in Bacchum poterat. Quum igitur Bacchum esse deum deo natum ne ipsi quidem Junoni insitiandum esset: alia via, dolo clandestino, mendicæ sacerdotis habitu Minyadas et Pentheum aggressa grassari in Bacchum coepit. Ceterum Bacchus divinitatem suam, quibus artibus petita erat, iisdem videtur defendisse: siquidem ille apud Antoninum Liberalem l. l. primum virginis persona indutus Minyadas graviter admonuit. Jam ut in Xantriis Minyadum fabulam copiosius, quam Penthei tractatam esse statuamus, et inscriptione et argumento ad satyricum drama unice apto commovemur. De Minyadum fati praeter Ovidium dixerunt Aelianus V. H. III, 42 doctiusque Antoninus l. l. Jam certae quaedam de Penthei morte fabulae plenae fuerunt phantasmatis et metamorphosis; quando Juno in sacerdotem mendicam mutata est, Bacchus in virginem, Minyades autem sive in vespertilionem, sive etiam in bubones lucifugasque noctuas, Cadmus et Harmonia paullo post in angues (vide Philostratum l. l. p. 791). Denique anceps judicium est de hoc fragmento ap. Etymol. M. p. 595, 40 *Μύστις*: *παρὰ τὸ μύστις — βουλευτής, βουλευτής. Τῶνδε βουλευτὶς πόνων, ἐν ταῖς Ξαντρίαις*. Quum enim Stanlejus haec verba ad Aeschylum, non ad Platonem auctorem retulisset, Gaisfordus ad Hephaest. p. 91 eadem Platoni comico tribuere maluit. Meinekius autem in cur. crit. p. 39 post *πόνων* Platonis nomen addendum esse conjecit. Omnino si aut *Πλάτων ἐν Ξαντρίαις* aut certe *ἐν Ξάνταις* scriptum esset, Meinekio adsentirer: nunc autem Aeschyli haec verba esse probabilius duco. Intelligere per me licet Junonem.

V. 1346. σφρ. γ'. ἀ τάλαινα | ἀ τλάμων legit schol., scilicet e v. 1355. — *ἔτυχον*] *ἐτύγχανον* E.

V. 1346 sq. *ἔργοισιν* edd. ante Brunckium; *ἔργοισι* Brunckius et sic ARVM; recte Hermannus *ἔργοις*. — Edd. ante Brunckium et Rav. dividunt *ἐγὼ δ' — ἔτυχον | ἔμαντῆς ἔργοισιν |*; Brunckius ex A, *ἐγὼ δ' — ἔτυχον | ἔμαντῆς — ἄτρακτον* |. At unicus versus isque dochmiacus est *ἐγὼ δ' — ἔργοις*.

V. 1348. Ante *ἐλλίσσουσα* bis *·εἰ* C; ter edd. ante Brunckium et M; quater Rav. Cantabrr. I, II Monac.; quinques Venetus et sic h. l. tacite Brunckius, ut supra v. 1314. Tum hic quoque vulgo *ἐλλίσσουσα*, sed recte M spiritu aspero *ἐλλίσσουσα*. Recte omnino Brunckius, praeterquam quod duabus lineis scripsi,

εἰ εἰε —

εἰεἰελλίσσουσα χερσίν.

Vide supra ad v. 1313 — 1316.

V. 1349 s. Verba *κνεφαῖος* — *ἀποδοίμην* affert Suidas s. *Κνεφαῖος*. — *κνεφαῖως* edd. Lugd. Port. Kuster; sed *κνεφαῖος* edd. veteres, codd. omnes et schol. Suidasque. — Contra metrum *εἰς τὴν ἀγορὰν* vulgo et M; *εἰς τὴν ἀγορὰν* Elb.; sed recte *εἰς ἀγορὰν* RV Cantabr. I Harlej. lemma scholii Suidas idque receptum a Dindorfio et Bothio. Eodem alludit Monac. *κλωστήρα ποῖον σ' ὅπως κνεφαῖος εἰς ἀρὰν | φέρονσ' ἀποδείην. — ἀποδοίμην*  
*αν*

Harlej. Suidas; *ἀποδοίμην ἄν* (i. e. *ἀποδοίμαν*) E. — Versuum descriptionem *κλωστήρα* — *κνεφαῖος | εἰς — ἀποδοίμαν* | bene correxit Dindorfius. Ceterum etsi vocem *κλωστήρ* habent Euripides ap. Pollucem VII, 31 et Aeschylus in Choëph. v. 507, tamen omnia haec verba *κλωστήρα ποιοῦσ'* — *ἀποδοίμαν* minime Euripidis esse sed unius Aristophanis per se intelligitur monuitque etiam schol. *Εἰς ἀγορὰν φέρονσα: πάλιν ἐπὶ πενίαν καὶ μικροσπρέπειαν αὐτὸν καμφοδεῖ.*

V. 1351. *ἔς] ἐπ'* Rav., quod non probandum; *εἰς* Cantabr. I Harlej. Elb.; *ὃ δ' ἀνέπτει' ἄν | ἀνέπτει' εἰς αἰθέρας — ἀμυαῖς |* Monac. — *Μοx αἰς*

*κονφοτάτων* Cantabr. I. Recte autem schol. *ὅτι ἐν τοῖς μέλεσι δις τὰ αὐτὰ λέγει Εὐριπίδης*. Plane enim huiusmodi repetitionibus scatet Euripides. Tum idem in singulis fere tragoediis aliquid per aërem sublime abire facit, ut bene Seidler De Vers. Dochm. p. 393.

V. 1353. *ἄχε' ἄχεα κατέλιπεν* vulgo; *ἄχε'* om. Rav. Monac. et ut videtur Harlejanus. — *κατέλιπε* ARM Elb.; *κατέλειπεν* Venetus. Ut metrum, quod vulgo nullum est, restituerem, post *κατέλιπεν* meo periculo addidi *ἔλιπεν*, versu dochmiaco. Antea volueram *ἔμοι δ' ἄχεα κατέλιπ'*, *ἄχεα* idemque metri genus expetiit Hermannus conjecitque, *ἔμοι δ' ὃ γ' ἄχεα κατέλιπεν*

sive potius *ἐμοὶ δ' ὅδ'* —. Non dubito, quin *ἐμοὶ δ'* — *ἀ τλάμων'* apud Euripidem versus fuerint dochmiaci, etsi Aristophanes v. 1354 sq. mutare hoc metrum coactus est, ut locum faceret ludicris quibusdam repetitionibus.

V. 1354 sq. *δάκρυά τε δάκρυ'* Hermannii emendatio est; *δάκρυα δάκρυά τ'* vulgo; *δάκρυα δάκρυα* omisso *τ'* Harlejanus. — *ἔβαλον ἔβαλον* vulgo et V recte; *ἔλαβον ἔλαβον* R; *ἔβαλλον ἔβαλλον* ME Cantabr. I. — Quinam autem in tertia strophā latere videantur versus Euripidis, supra ad v. 1331 dictum est.

V. 1356 sqq. *στρ. δ'*. Schol. *ἀλλ' ὦ Κρηῆτες Ἰδης*: — *ταῦτα δὲ παρὰ τὰ ἐκ Κρητῶν Εὐριπίδου*. [Ad eundem locum *ἔστι δὲ ἐκ Κρητῶν Εὐριπίδου RVΘM* et Cant. I. Quae in RVΘM praecedunt verba *τοὺς Κρηῆτας λέγει*, ita corrige, *τοὺς Κουρηῆτας λέγει*.] Lucem haec accipiunt ab alio scholio, quod supra legitur ad v. 849 *ἐν γὰρ τοῖς Κρησὶν Ἰκαρον μονοφδοῦντα ἐποίησε· καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν τοῦ Ἰκάρου μονοφδίαν ἐν τοῖς Κρησί· θρασύτερον γὰρ δοκεῖ εἶναι τὸ πρόσωπον*. In Cretensibus, ut recte Bentlejus in Opusc. p. 470 sqq. ed. Lips., scena erat in ipsa Creta, atque Pasiphaë amor tauri tractabatur; tractabatur autem sine dubio mystice, praesertim quum chorus esset mystarum. Ibidem aliquae partes fuerant Icari, qui cum Daedalo patre, monstruosae libidinis ministro, a Minoë in Labyrinthum quasi carcerem conjectus inde aufugit (vide Matthiam p. 134 sq.). Itaque in Cretensibus monodiam canebat Icarus in Labyrinthum conclusus. Ex illa monodia petiti sunt nostri versus, in quibus *τὴν οἰκίαν* et *διὰ δόμων* haud dubie dicebantur de Labyrintho. Jam aptissime invocatur Icarus Labyrinthi custodia quasi irretitus deam *Δίκτυνναν*, quae se ex his tanquam retibus expediat cum magna vi canum, quarum est odorari viam, et praeterea Hecaten, quae facibus viam monstret. Censeo autem, tragici versus hic quidem verbotenus servatos esse, praeterquam quod Euripides certe non *τὰς κυνίσκας* scripserat, sed *κύνας*. Quamobrem Icarus non ab initio, sed in media vel etiam extrema monodia cecinisse videtur his ipsis verbis,

Ἄλλ' ὦ Κρηῆτες, Ἰδὰς τέκνα,  
τὰ τόξᾳ λαβόντες ἐπαμύνατε,  
τὰ κῶλά τ' ἀμπάλλετε, κυκλοῦμενοι τὴν οἰκίαν.  
ἅμα δὲ Δίκτυννα καὶς Ἄρτεμις καλὰ  
κύνας ἔχουσα ἑλθέτω διὰ δόμων πανταχῇ.  
σὺ δ', ὦ Διὸς, διπύρους ἀνέχουσα  
λαμπάδας ὀξύτατι χερσὶν, Ἐκείτα, παρὰ φηνον.

V. 1356. *Κρηῆτες*] *κρηῆτας* R. — *Ἰδης* edd. ante Brunckium et scholiasta; *Ἰδὰς* recte Brunckius et sic ABCRVM; *Ἰδὰς* Harlej.

V. 1358 — 1360. In edd. ante Brunckium versus inepte distincti sunt,

aliquanto melius in Ravennate Inverniti, postremo recte in A, quem Brunckius egoque sequuti sumus.

V. 1359. *δίκτυνα* Rav.

V. 1360. *πανταχῇ*] *ταχὸ* D Monac. perperam.

V. 1361 sq. Aliter in edd. ante Brunckium, aliter in Rav., aliter in A versus divisi, nusquam tamen recte. — *διπύρους*] *διαπύρους* Poggianus Cantabr. I et C. Schol. Ald. *διπύρους δὲ ἀντὶ τοῦ διπλῆς*. [Schol. V — *ἢ ὅτι λαμπάδας ἔχει διττάς*.] — Deinde *ὀξυτάταιν* legebatur vulgo et in M;

αις

sed *ὀξυτάτας* habent RVACD Harlej.; *ὀξυτάταιν* Cantabr. I. At plane absurdus est Superlativus. Quare meam emendationem, ut dubitationis expertem recepi, *ὀξύτατι χερσὶν*, manuum agilitate. Ita Lucianus in D. Deor. VII, 2. *οὕτως ὀξύχειρ ἐστὶ*, ubi vide praeclaram adnotationem Hemsterhusii. Basin aeolicam sequuntur tres dactylici, trimeter, dimeter et tetrameter, omnes catalectici in disyllabum. Superlativo haud offensus Dindorfius hexametrum κατ' ἐνόμιον requisivit,

*λαμπάδας ὀξυτάταιν χερσὶν Ἑκάτα παράφηνον.*

Alia vero conjectura,

*σὸ δ', ᾧ Διὸς, διπύρους ἀνέχουσα*

*λαμπάδας ὀξυτάτας χερσὶν*

*παράφηνον ἐς Γλύκης*

eiusmodi est, ut deleto verbo Ἑκάτα nescias, utrum Hecate, an potius Diana invocetur. Ceterum *διπύρους* recte explicat Spanhemius ad Callimach. in Dian. v. 11. Nam Hecate utraque manu facem gestans fingitur. Hinc de Diana Sophocles in Trachin. v. 213 *Ἄρτεμιν — ἀμφίπυρον*. Solebant enim poëtae Dianam et Hecaten confundere. Recte schol. ad h. l. *Ἑκάτην δὲ καὶ Ἄρτεμιν οἱ μὲν τὴν αὐτὴν φασιν, οἱ δὲ ἄλλην καὶ ἄλλην, ὥς πάνταυθα*.

V. 1362. sq. *εἰς* edd. ante Brunckium, qui tacite *ἐς* et sic fortasse RVM. — *ἄν* om. edd. ante Brunckium, qui addidit et sic ACRVM Vatic. Cantabr. I Florentini. De versuum distinctione in edd. ante Dindorfium, in Rav. in A tacere praestat. Recte Dindorfius, *ἐς Γλύκης, ὅπως ἂν | εἰσελθοῦσα φωράσῃ*.

V. 1331—1363. Cum toto hoc loco conferendi sunt libelli nostri academici, alter *De Monodiis Euripideis*, alter *De Phrygis Cantico in Oreste*.

V. 1364. *Κάμοι γ' αἰς* in edd. ante Brunckium seorsim posita sunt. Senarium habet Elb. et forsasse RV Mut.

V. 1365. *αὐτὸν* om. edd. ante Brunckium; habent id ipsum ACDFG m RV Mut. Poggianus; γὰρ τοῦτον ἀγ. B. Feliciter *αὐτὸν* inseruerat Bentlejus. Διον. hic praefigit m eique omnia tribuit usque ad v. 1370, quod antiquum esse vitium patet e schol. ad v. 1367. Hinc *αὐτὸν* deletum est,

fortassis etiam σφῶν scriptum pro νῶν. Toti autem invento multum ipse tribuit Aristophanes supra v. 797. Quod enim tragicorum versus, quasi aliquam suspectam mercem, in trutina expendi jubet: facile patet, neque Euripidis tenuitatem, neque gravitatem Aeschyli clarius acutiusque demonstrari potuisse, praesertim quum et exempla utrimque subtiliter delecta sint, et hoc ridiculi genus tempori finiatur. Contulisse juvabit Lucianum in Vitarr. Auct. c. 27.

V. 1366. Vulgatae per se bonae codices repugnant. Vulgo enim, ὅσπερ γ' ἐλέγξει τὴν ποιήσιν νῶν μόνος. Sed pro ὅσπερ γ' Vm Elb. ὅσπερ; Mut. ὅστις γ'. Pro μόνος m μόνως; Mut. μόνον. In Ravennate est, ὅπερ ἐξελέγξει — μόνον, probante Bekkero. Denique νῶν hic quidem libri habent omnes, sequente autem versu pro νῶν RV dant νῶ, quod illo certe loco ferri non potest. Ravennatis maxime vestigia persequutus nostrum versum ita correxi,

ὅπερ ἐξελέγξει τὴν ποιήσιν νῶ μόνον.

Nota est autem haec compositio, ἐλέγχω τινά τι, ut apud Eurip. Electr. v. 36 οὐ δὴ τοῦτό γ' ἐξελέγχομαι.

V. 1367. νῶν] νῶ RV, hoc in versu, ut Bekker ait, non praecedente.

V. 1368. Legebatur, εἴπερ γε δεῖ καὶ τοῦτό με. Pro δεῖ Paris. C δὴ; γε om. m; εἴπερ με δεῖ καὶ τοῦτο δὲ habet Mut. Quum τοῦτο vim habeat maximam, emendavi, εἴπερ με δεῖ καὶ τοῦτό γε, ratus h. l. τοῦτό γε praestare quam τουτογί.

V. 1369. Vulgo τὴν τέχνην, sed τὴν recte om. Kuster, Brunckius, Porsonus, alii et sic ACDEFGmRV Mut. Elb. Monac. Ceterum versus 1370—1524 omnes desunt in D et Monacensi.

V. 1370. Recte vidit Dindorfius in ed. tert. [oblitus inventi in ed. Ox.], tres pares strophas inveniri hic v. 1370—1377, tum v. 1482—1490, denique v. 1491—1499.

V. 1372. Verba τέρας — πλέων affert Suidas s. Νεοχμός. — νεωχμὸν m. — πλέων RVC Mut. et vulgo Suidas, cujus codex optimus πλέων. Idem Suidas habet glossam Ἀτοπίας πλέων πρᾶγμα, Phrynichus Bekkeri autem p. 21, 23 Ἀτοπίας πλέως ἀνθρῶπος.

V. 1373. ὅστις (a p. m.) tum ὅπεν. m; ἐποίησεν ἄλλους Rav. Post hunc ipsum versum caeterae strophae docent dimetrum catalecticum excidisse. Monuit etiam Hermannus, eademque haud dubie fuerat sententia Dindorfii. Hujusmodi quiddam videtur dictum fuisse: quod quis alius excogitasset? [quisve poeta unquam scripsisset?]

ὃ τίς ἂν ἐπενόησεν ἄλλος;

[ὃ τίς ἐποίησεν ποτ' ἄν;]

V. 1374. De iurijurandi forma elliptica μὰ τὸν disputans scholiasta etiam Platonis auctoritate utitur (καὶ Πλάτωνα δὲ τῷ τοιοῦτῳ κεχρησθαι).



Comicum poëtam a scholiasta dici opinatus est Meinekios ad Menandr. p. 131, cujus errorem bona fide repetiit Dindorfius ad scholia Vol. III p. 413. Tu vide philosophi Gorgiam p. 466 E (sive II. I p. 43 Bekk. sive p. 63 Hdf. ed. Buttm.).

V. 1376. Contra metrum *ἐπειθόμεν* edd: ante Brunckium RV Mut. schol.; recte *ἐπιθόμεν* BG m Elb. Primum *ἐπιθόμεν* scribi jussit Bentlejus in Menandr. p. 49.

V. 1377. *αὐτὸν*] *ἐαυτὸν* VF.

V. 1378. *ἔθι δὴ* RV Mut., sed *νῦν*, ut vulgo, lemma scholii. — *περισταθόν* C; *πάριστον περὶ* m; *παρὰ* om. Elb. — *ἰδὸν* Aeschlylo dant edd. ante Brunckium et B; Euripidi A Rav.; utrique [sch. V et sere R *ἀμφότεροι λέγουσι τὸ ἰδού*] CEV Mut. Poggianus, quam rationem Brunckius et caeteri sequuti sunt. Immo Euripides loquitur, homo in Ranis quidem lingua admodum procax; Aeschylus autem v. 1378—1406 versus tantum suos eloqui videtur, nihil praeterea.

V. 1380. *μεθείσθον* vulgo et AV Mut.; *μεθῆσθον* Brunckius in annotatione et sic BCGR. — *σφῶν* om. R; *σῶι* habet Mut.

V. 1381. *ἐχόμεθα* vulgo est Aeschyli; in AB Euripidis; in CE utriusque [sch. V οἱ δύο]. De RV Mut. parum constat. — *ἐχόμεθα* FG. — *ἐπὶ* edd. ante Brunckium et Rav., scilicet e v. 1365; recte *εἰς* Brunckius et sic ABCGV Elb.; *ἐς* Mut. et cum gl. *ἐπὶ* F.

V. 1382. Pro *Ἀργεῶς* MV *ἄργους*, si fides Bekkero. — *διαπτάσθαι* Kuster et ad Medaeae versum Porsonus et sic MV pro *διαπτάσθαι*. — *σκάφη* m. Primus versus est Medaeae.

V. 1383. Pro *βούνομοι*, quod habent edd. omnes, tum etiam schol. sive Suidas s. *Βούνομοι ἐπιστροφᾶι*, Bekker tacite *βοννόμοι*, quasi ex RV Mut. De accentu et hic dubitare licet et in Soph. Electr. v. 181 *βούνομον ἔχων ἀπάν*. Sed utrobique *βούνομος* probo, non *βοννόμος*. Scholiasta, *ἔστι δὲ ἐκ Φιλοκτήτου Ἀσχύλον*. Loquebatur haud dubie ipse Philocteta, qui Thessaliae suae et fluvii patrii Sperchei desiderio tum in Lemno insula tenebatur. Fuit autem hic primus versus Philoctetae, uti v. 1382 primus versus est Euripideae Medaeae. Similiter judicat Hermannus in Opusc. III p. 123. Ceterum haud absimilis versus fuit in Myrmidonibus, *ὦ Κάλως, Μύσιαλ τ' ἐπιφῶσαι*.

V. 1384. Male Porsonus ad Orest. v. 141 et hoc in versu et infra v. 1393 *μέθεισθε* coniecit, non intellecta formatione *μεθεῖτε*, quam cum forma *τιθεῖτε* non debebat comparare. Nam Imperativum Aoristi II non solum *μέθετε* fuisse, verum etiam *μεθεῖτε*, indicio est, quod omnes Imperativi analogiam sequi solent suorum Indicativorum. Jam vero verborum in — *μι* Aoristus II nunc brevem habet vocalem (ut *ἔθετε ἔδοτε* et hinc *θεῖτε δότε*), nunc longam (ut *ἔστητε* et hinc *σῆτε*), nunc promiscue et

brevem et longam (ut μέθετε pariter pariterque μεθεῖτε). Neque enim de Indicativo μεθεῖτε dubitari potest, quum certa exempla Indicativorum ἀνείμην, ἀνείτε, ἀνείσαν, ἀφείσαν, καθείμην, καθείσαν in atticis scriptoribus inveniantur (vid. Fischer ad Weller. II p. 479). Ergo rectissime habet etiam Imperativus μεθεῖτε. Idem Fischer l. l. p. 480 Imperativi has quoque formas attulit ἀφείτω, ἄφειτον, ἄφετε, ἐφείτω, μέθετον, πρόετε, quae ad brevem Indicativi vocalem referendae sunt.

V. 1385. m et in textu et in sch. marg. κατωτέρω· ἄφετε τὰς πλάστιγγας. Εὐρ. χωρεῖ — tum om. Εὐρ. (Scilicet ἄφετε τὰς πλάστιγγας sunt scholion verbi μεθεῖτε). — ταῖτιον] ταῦτ' αἰτίον Elb., quasi voluerit ἔστιν αἰτίον. Lucian. Nigrin. c. 1 καὶ τί τούτων αἰτίον; Contra Euripides Phaëthonte p. 274 M. τί ποτε τούτου ταῖτιον;

V. 1386. ὅτ' edd. ante Brunckium; ὅτι ABCFGRV Mut. Elb.

V. 1387. 1388. Hos duo versus affert Suidas s. Ἐρισπωλικῶς. Haud satis apte confert Dobraeus Lucianum Ver. Hist. I, 25.

V. 1389. Male Reiskius hunc versum tribui vult Aeschylō.

V. 1390. ἦν' ἰδὸν recte est Euripidis vulgo et in R; Aeschylī in AG m Elb. Mut; utriusque in CEFV. Vide supra ad v. 1378. — Nulla persona est ante λέγει in G. Elb. — ἦν' ἰδὸν vulgo et R Mut; ἡνιδόν V; ἦν (sine ἰδόν) F; ἦν. ἰδού. G; ἦν ἰδὸν m. Brunckio ad Eqq. v. 26 auctore lectionem ἦν ἰδὸν recepi, quam ipsam RV exhibent in Pace v. 327. Non minus recte in Pluto v. 75 antiquissimi libri, ΠΑ. μέθεσθε νῦν μου πῶτον. ΧΡΕ. ἦν μεθείμεν. Collatis hoc ipso Pluti versu, praeterea Pac. v. 327 TPT. — παῦε —. ΧΟ. ἦν ἰδὸν, καὶ δὴ πέπνυμαι, tum ibid. v. 923 TP. — περιίθι —. ΟΙΚ. ἰδού· λέγοις ἂν ἄλλο· περιελήλυθα, denique Luciani loco in D. Mort. X, 10 EPM. — Καὶ ὁ ῥήτωρ δὲ σὺ ἀπόθου. PHT. ἦν ἰδὸν ἀποτίθεται, his igitur comparatis in Menandro Bekk. Anecd. p. 473, 6 dudum reposui, Α. νῦν πῖθι, νῦν ἀφύβρισον. Β. ἦν ἀφύβρικα, idemque reposuit Dobraeus in Advers. p. 620. Hocce ἦν in trimetri fine exstat Eqq. 26. In Photio p. 70, 24 partim cum Dobraeo Advers. p. 593 et Meinekio ad Menand. p. 56 (sive p. 112 ed. II) scribendum est, Ἦν: δασέως, ὅταν αἰτιατικῶς λέγηται· τὸ δὲ ψιλὸν ἀντὶ τοῦ ἰδὸν ἐν Μενάνδρου Ἀντὸν Τιμωρομένῳ. »Ἄλλ' ἦν χιτῶν σοι.« Postremo Antiphauem Pollucis VII, 57 bene correxit Meinekius Fragm. V. III p. 84. ἔστι δὲ καὶ χιτῶν ἀμοργικός. Ἀντιφάνης δὲ φησιν ἐν Μηδείᾳ·

»Ἦν χιτῶν ἀμόργινος.

ἔτερος δὲ περιγηγνός ἐστιν οὐτοσί.«

ἔστιν ἄρα ὁ περιγηγνός εἶδος χιτῶνος.

V. 1391. Hunc versum affert Suidas s. Πειθῶ. Scholiasta [etiam in RVΘM] τὸ δὲ, Οὐκ ἔστι Πειθοῦς, ἢ Ἀντιγόνης Εὐριπίδου. Duo continuos versus apposuit Matthiae ad Fragm. p. 59

Οὐκ ἔστι Πειθοῦς ἱερὸν ἄλλο, πλὴν λόγος,  
καὶ βωμὸς αὐτῆς ἔστ' ἐν ἀνθρώπων φύσει.

De Suada, ut des loquitur etiam Isocrates *Περὶ Ἀντιδός*. p. 249, 3 B. Hic versus et 1392 ambo sunt gnomici.

V. 1392. Hunc versum affert Suidas s. *Θανατῶν*, sed ex Aeschylo. Scholiasta [etiam in RVΘM] τὸ δ' ἐξῆς ἐκ *Νιοβῆς Αἰσχύλου*. Tragicum locum plures servarunt, quos singulos nominavi De Aeschyli Niobe p. 17. Versus fuerant hi,

Μόνος θεῶν γὰρ Θάνατος οὐ δῶρων ἐρεῖ,  
οὐδ' ἄν τι θύων οὐδ' ἐπισπένδων ἄνοις·  
οὐ βωμὸς ἔστιν, οὐδὲ παιωνίζεται,  
μόνον δὲ Πειθὼ δαιμόνων ἀποστατεῖ.

Apte autem jocoseque hi duo loci inter se comparantur. Nam et Suada et Mors numina sunt, diversissima tamen. Adde, quod Bacchus lepide iudicat, Mortem omnium malorum gravissimum videri, Suadam vero et pondere levem esse neque ulla mente praeditam; dicit autem Malesuadam, non Persuasionem.

V. 1394. Hunc versum male Euripidi dat R. — βαρύτατον κακὸν RV. Contrario errore in Avv. 87 nonnulli codices exhibent *θηρίων*, ubi recte vulgo legitur, ὦ δειλότατον σὺ θηρίων, quocum conferatur Plut. v. 439.

V. 1397. *ζήτει* τι recte vulgo et V; *ζητεῖτε* RA m Vatic. Mut. et qui *ζητεῖ* τὸ Elb.; *ζήτει* γε τῶν EF; *ζήτει* τῶν B. — Pollux IV, 172. καὶ βαρύσταθμα, ὥς Ἀριστοφάνης.

V. 1398. κρατερόν R m.

V. 1399 sq. *φέρε ποῖ* R. — τοιοῦτον FV Mut. — *δύω* RF. — *τέτταρας* R. — Personarum vulgo haec descriptio est, *Εὐ. φέρε — φράσω; | Δι. βέβληκ'* —. Sed Rav. versum 1400 *βέβληκ'* — Euripidi continuat, Bacchi persona ante v. 1401 *λέγοιτ'* ἄν demum posita. — Seidler non ita coniecit, ut Dindorfius refert, *Εὐ. φέρε — μούστί; Διο. ποῦ; φράσω* —, sed, uti ab Hermanno comperi, *Εὐ. φέρε ποῦ — ποῦ; Διο. φράσω* —, idque est verissimum. Probavit Hermannus, recepit in ed. tert. ipse Dindorfius. Cf. supra v. 120 *φέρε δὴ, τί' αὐτῶν σοι φράσω πρῶτην; τίνα;* et similia. Tum saepissime respondentis est *Ἐγὼ σοι φράσω* apud Lucianum, de qua re dixi in Qu aestt. Luc. Praefat. p. XXXI. Adde supra v. 1177 et, qui *Ἐγὼ φράσω* in hypophora ponit, Demosth. Philipp. I, 20, 2 atque ibid. p. 22, 4 B. Bacchus stolidè succurrit laboranti Euripidi eique pessimum versum in aures insusurrat. Cf. infra ad v. 1437. Fuit, quum longe aliter conjicerem, *Εὐ. φέρε ποῦ τοιοῦτο δῆτα μούστί; ποῦ; φράσω.* | » *βέβληκ'* — *τέτταρα;* « | *Διο. λέγοιτ'* ἄν —. Induxerat me auctoritas Ravennatis, qui spectat id ipsum. Quanquam antiquissimi grammatici apud scholiastam Euripidis e Telepho versum diserte non Euripidi tribuunt, sed Dionysio.

Hanc conjecturam praeterire nolui, propterea quod Hermannus alio tempore et ipse in eam incidit. At praeterquam quod *φράσω* pro *λέξω* dici non potest, pessimum versum, a Comicis explosum, ab ipso Euripide postea rejectum quomodo tandem eligere idem Euripides potuit, aut omnino an eum eligeret, dubitare? Immo Telephi versus ob id ipsum, ut exagitari recte possit, a Baccho proferendus est. Caeterum inepte Bentlejus versum 1400 βέβληκ' — Aeschilo tribui voluit.

V. 1400. Grammatici quidam parentem hujus versus ipsum esse Aristophanem opinati (schol. *μᾶλλον δὲ ἐσχεδιακῶς ἂν εἴη Ἀριστοφάνης*), aliquem tragoediae locum, in quo hujus lusus mentio facta esset, spectari voluerunt, quorum unus ad Aeschylum aberravit ab Euripide (schol. *ἐκ Μυρμιδόνων*). Paullo ante schol. *τινὲς δὲ, ὅτι ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ ἦν ὁ τόπος, οἱ δὲ ἐν τῇ Ἰφίγενείᾳ τῇ ἐν Ἀύλιδι*. In Iphig. Aul. v. 195 chorus narrat Protesilaum et Palamedem calculorum ludo sese dedisse, videturque similis quidam ludus etiam in Philocteta memoratus fuisse. Sed totum hunc versum Euripidis esse recte monuerunt Photius p. 602, 10 sive Suidas s. *Τρίς*. Ordine totam rem exponunt Aristarchus apud scholiastam et apud Zenobium II, 85, et qui scriptorem quendam De Ludis Graeciae sequitur, Eustathius p. 1397, 20, atque p. 1084, 2. Ex his intelligitur, in prima Telephi editione Achillem aliosque heroas tesseris ludentes esse inductos, qui locus quum in vehementissimam Comicorum reprehensionem incurrisset, totam istam scenam de lusu tesserarum in altera Telephi recensione ab Euripide deletam esse. Ac noster certe versus summo jure explosus est. Profecto enim de Achille (at quanto heroë!) majora asserenda erant, quam jactum ejus duo puncta fuisse cum quaternione. Ita factum est, ut etiam Eupolis hunc ipsum versum irrideret. Scholiasta, *ἐμφαίνει δὲ καὶ Εὐπολὶς τοῦτο εἰδώς· ἀποφθαρεὶς δὲ δύο κύβω καὶ τέτταρα*. Immo Eupolis scripsisse videtur,

*Ἀποφθερεῖς δὲ »δύο κύβω καὶ τέτταρα.*“

[Pro τοῦτο εἰδώς V τις τὸ εἰδώς, i. e. τὸν στίχον εἰδώς.] In forma *τέτταρα* ad unum omnes auctores consentiunt. Non ille error fuit Hegelochi aliusve tragoedi pro *τέσσαρα*, quum Comici talia quidem in ipsis etiam parodiis mutare non dubitaverint (vide infra ad v. 1471). Ceterum ex Aristarcho et scriptore de ludis etiam illud apparet, Telephum ab Euripide denuo recensitum esse. Nec mirum: nulla enim tragoedia tot tantosque Aristophanis sibilos atque cachinnos experta est, quantos miser iste primum editus Telephus in Acharnensibus.

V. 1401. *ταύτῃ* 'σσι F. — *φράσις* Vatic. [R *σφῶν*: γρ. καὶ νῶν. Inepte.]

V. 1402. Hunc versum affert Suidas s. *Βριθός*. Scholiasta [etiam in R Θ] τὸ δὲ Σιδηροβριθὲς ἐκ *Μελεάγρου*. Temere Musgravius τ' omisit. Hic versus et 1403 sumti sunt e *ρήσει ἀγγελικῇ*.

V. 1403. ἄρματι F Elb. — νεκρῶ νεκρός recte vulgo et R; νεκρός νεκρῶ V; νεκρῶν νεκρός Mut. Ad Phoen. v. 1194 codex scholiorum Augustanus exhibet, ἐφ' ἄρματι γὰρ ἄρμα, καὶ νεκρῶν νεκροί. Adeo laboratum est in variatione structurae. Scholiasta ad h. l. τὸ δὲ 'Εφ' ἄρματος γὰρ ἄρμα, ἐκ Γλαύκου Ποτνιέως Αἰαχύλου [ita fere etiam RΘ]. Plenior hunc locum servavit schol. ad Phoen. v. 1194 emendante Valckenario,

Ἐφ' ἄρματος γὰρ ἄρμα, καὶ νεκρῶ νεκρός,  
Ἴπποι δ' ἐφ' Ἴπποις ἦσαν ἐμπεφυγμένοι.

Quos versus a nuntio pronuntiatos esse Hermannus in Opusc. II p. 62 assentior; patet autem ex ipsis, praeter Glaucum Potniensem, quem equae dilacerarunt, in illo certamine etiam alium virum curru excussum perisse. Itaque in Ranis Euripides post diuturnam meditationem tandem unius versus meminit ex Meleagro, haud dubie illius paullo ponderosioris, voruntamen rursus ab Aeschylō vincitur. Atque hic etiam illud lepide accidit Euripidi, quod Aeschylī versum sua ipsius imitatione luculenter comprobavit in Phoenissis v. 1194, qui locus comparato, quem supra dixi, Aeschylō hunc in modum emendandus est,

Ἐθνησκον, ἐξέπιπτον ἀντόγων ἄπο,  
τροχοὶ τ' ἐπήδων ἄξονες δ' ἐπ' ἄξοσι,  
νεκροὶ τε νεκροῖς ἐξεσφωρεύονθ' ὁμοῦ.

Nam in Phoenissis Euripides versus irridet Aeschylum, modo aemulatur. Fortiter eum deridet v. 758 sq., admodum languide vero imitatur v. 785 — 790. Aeschylī, qui spectantur, versus utrobique attulit jam Valckenarius.

V. 1405. Vulgo et V Mut. εἰσέθης, scilicet e v. 1386. 1388. 1394. Recte Dindorfius εἰσήνευε cum RE — νεκρούς m. — δύο edd. ante Brunckium et V Mut.; sed recte δύο RC.

V. 1406. Hunc versum affert Suidas s. Ἀραιτο, ubi duo libri οἷς οὐκ —, et s. Ἀχθοφόρον. Pro οὗς Brunckii editio ὡς, vitio, ut recte Beckius, operarum.

V. 1408. Vulgo τὰ παῖδια καὶ γυνή et sic GFCV Mut.; τὰ παῖδια ἡ γυνή R, firmans Reiskii et Brunckii emendationem, qui contulerunt supra v. 587. Denique καὶ γυνή καὶ κηφισοφῶν BEG m Elb. et lectionem καὶ κηφισοφῶν memorat etiam scholiasta. — ἡ γυνή, Κηφισοφῶν] vide supra ad v. 944.

V. 1409. συλλαβῶν RV Mut. — Τὰ βιβλία minime dicit tragoedias Euripidis, quae neque hoc verbo appellari possunt, et vel ipsis nominibus Euripidis Cephisophontisque continentur, sed nimirum bibliothecam ejus intelligi vult, e cujus copiis multa in tragoedias suas derivabat (supra v. 943). Jam vero amplissima erat et celebratissima bibliotheca Euripidis

tragici, uti diserte testatur, monente etiam Dobraeo, Athenaei Epitome I p. 3, a, ubi hunc poetam refert inter τοὺς ἐπὶ συναγωγῇ βιβλίων τεθνασμένους. Nihil igitur his Aeschyli verbis dici poterat praeclarius.

V. 1410. δὲ om. R. Tum vulgo et V Mut. *μόνα*, quod natum videtur e *βιβλία* versu praecedente. Recte Bekker cum R m *μόνον*. Post hunc versum signa posui lacunae Nam unum vel duo versus Plutonis excidisse apparet tum e v. 1411 sqq., quae verba sunt Plutoni respondentis, tum e v. 1414, verbis adeo abruptis, ut Plutonem necesse sit jam antea aliquid loquutum esse. Eorum, quae exciderunt, haec sententia fuit, ὑμῖν μὲν ἤδη πᾶν τεύξεσθαι βέλος· | ἦκα δ' ἀκούσαι, πῶς ἀγὼν κριθήσεται (cf. Aesch. Eum. 676) [H. l. aliquid excidisse omnes fugit, etiam C. Beerium Bahl der Aristoph. Schauspieler p. 83 sq., ubi idem recte scenam esse statuit ante aedes Plutonis.]

V. 1411. *ἄνδρες* pro *ἄνδρες* Seager alique. Tum Ald. Junt. I et pars codicum *σοφοί*; sed *φίλοι* Bekker cum RE Mut. Juntina secunda aliisque editionibus; *φίλοι* et γρ. *σοφοί* F. Mirum est, quod Brunckius in annotatione, J. Seager et Dindorfius ineptam lectionem *σοφοί* revocarunt. Nam Euripides tantum est *σοφός* (v. 1413), *φίλοι* autem Baccho<sup>2</sup>uterque (v. 1412). Ceterum pro *αὐτοῖς* male RF *αὐτός*.

V. 1412. Hunc versum et sequentem affert Suidas s. *Δι' ἐχθρας γενήσομαι*.

V. 1413. Scholiasta, *σοφὸν μὲν Εὐριπίδην λέγει, ἥδεσθαι δὲ τῷ Αἰσχύλῳ. οὕτως Ἀριστάρχος*. Aristarchum jure sequitur Spanhemius, quum Euripides jam antiquitus dici solitus sit *ὁ σοφός*. Delectabat vero Aeschylus magis Euripide, qui vicit perraro. Sic idem Bacchus infra v. 1468 *ὄνπερ ἡ ψυχὴ θέλει* eligit Aeschylum. Contrariam explicationem, quam scholiasta verbis ita scribendis, *ἄλλοι δὲ τὸ ἐναντίον, ὅτι, εἰ καὶ ἑκατέρω συνηγορεῖ, μάλιστα ἥδεται Εὐριπίδῃ κτλ.* et l. l. Suidas habent, peperit supra v. 67 sqq. At Bacchus in Euripidem alio fuit animo ante quaestionem, alio nunc est habita quaestione. Ceterum Aristophanes et oderat Euripidem et eundem magni faciebat atque imitabatur. Itaque h. l. eum ex animi sententia dicit sapientem et deo ludorum praesidi amicum. Quum enim a Cratino dictus esset *Εὐριπιδαριστοφανίζων*, ita respondit in *Σκηνάς καταλαμβάνουσας* ap. schol. Platon. p. 330,

*Χρῶμαι γὰρ αὐτοῦ τοῦ στόματος τῷ στρογγύλῳ,*

*τοὺς τοὺς δ' ἀγοραίους ἤττον ἢ 'κείνος ποιῶ.*

Cf. Plutarchus Moral. p. 30, d. Adde Eqq. v. 18 *κομψευροπικῶς* atque scriptorem De Comoedia p. VII Bekker. *Ἀριστοφάνης — ζηλῶν δὲ Εὐριπίδην, τοῖς δὲ μέλεσι λεπτότερος*. Nempe Euripidem in diverbiis tantum, non etiam in melicis imitatus est, qui novam musicam prae vetere contemneret.

V. 1414. Scholiasta, Οὐδὲν ἄρα πράξεις: Ἀπολλώνιος τοῦ Πλούτωνος τοῦτο εἶναι φησι, καὶ (pro καὶ scribendum εἰ καὶ) γίνεται πρόσωπα ἐν τῇ σκηνῇ δ'. τινὲς δὲ τοῦ χοροῦ. Recte Apollonius. Neque enim initiatorum erat, sed Plutonis, ποῖται ad superos redituro commeatum dare. De versu Eqq. 234, ubi item dubitatur, an quatuor in scena fuerint personae, suo loco dicetur. [Cf. supra ad v. 569.]

V. 1417. φέρε δὴ πύθεσθε edd. ante Brunckium et plerique codices; sed recte φέρε πύθεσθε R m Vatic. itaque correxerunt Kuster in annotatione et Bentlejus. — τοδὶ C; τωδὶ G. Minus recte ego olim pro ταδὶ conjeceram ΕΤΡΙΠΙ. τὰ τί; ut est in Pace v. 677.

V. 1418. τοῦ χάριν; male Baccho continuantur in Ald. Junt. II et sic V, qui habet scholium Aldinae, οὐκ ἔστιν ἄλλου προσώπου τὸ τοῦ χάριν, ἀλλ' ὁ διόνυσος αὐτῷ ἀνθυποφέρει; Plutoni tribuunt ABCE Vatic. Mut. ed. Junt. I; recte Euripidi primum Brunckius et sic R Elb.

V. 1420. ἂν οὖν edd. ante Brunckium et V Mut.; recte οὖν ἂν RCEF secundum Reiskii et Bentleji conjecturam.

V. 1421. μέλλει edd. ante Dindorfium et R; recte Dindorfius μέλλη et sic V Mut.; μέλη C.

V. 1422. ἔχετε m. — Magno errore Aristarchus apud scholiastam de prima Alcibiadis fuga cogitavit, qua quum e Sicilia domum revocatus esset, Lacedaemonem profugit. Recte vero haec ad alteram Alcibiadis fugam retulerunt alii grammatici ap. schol. et Palmerius E. C. p. 775. Nam Alcibiades Athenas rediit Ol. 93, 1 archonte Euctemone d. XXV m. Thargelionis (v. Schneider ad Hellenica I, 4, 12). Tertio post mense sive initio Ol. 93, 2 Antigene archonte Athenis in Andrum solvit (v. Schneider ibid. I, 4, 21), et paucissimis mensibus post abdicare se praetura coactus est suffectis in ejus locum X praetoribus, ipse autem iterum, sponte tamen, exul abiit in Chersonesum. De negligentia scholiastae ad h. l., qui de Alcibiade scribit κατελθὼν μὲν ἐπὶ Ἀντιγένοῦς πρὸ ἐνιαυτοῦ τῶν Βατράχων, deque manifesto errore Diodori XIII, 74 dicere longum est. [Scholium R πρὸς τοὺς ποιητάς ὁ . . . . . exple addito Διόνυσος.]

V. 1423. ἐκότερος εἶπατον· ἡ V Mut. Vatic., scilicet e v. 1426. — Ex h. l. sumtum illud in Philopatride c. 24 δυστοκεῖ γὰρ ἡ πόλις, afferente etiam Dobraeo.

V. 1424. ἔχει — γνώμην; Aeschylō dant edd. ante Brunckium et plerique codices; recte Euripidi Brunckius et sic BR. — δὲ om. m.

V. 1425. ἐχθαίνει m. Hunc versum afferunt Plutarchus in Alcibiade c. 16 et Suidas s. Σίφνιοι. — Scholiasta, παρὰ τὰ ἐκ τῶν Ἰωνος Φρουρῶν, ὅπου ἡ Ἑλένη πρὸς τὸν Ὀδυσσεῖα φησί· »σιγᾷ μὲν, ἐχθαίνει δὲ, βούλεται γε μὴν.« Suidas (s. Σιγῶ) ἀδεσπότως affert, σιγᾷ μὲν, ἐχθαίνει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν, Aristophanis versum et Ionis, ut videtur, confundens. Cf. Naevius

in Colace apud Nonium in v. Prolubium p. 64, 9 et volo, | et vereor, et facere in prolubio est. Terent. Eunuch. I, 1, 27 Et taedet, et amore ardeo.

V. 1427—1429. Hos tres versus affert Suidas s. Σίφνιοι — Vulgo βραδὺς πέφνκε; sed recte R Suidas βραδὺς φανεῖται. — Vulgo μάλα δέ γε; sed μάλα δέ (om. γε) CF Elb.; μεγάλη (om. δέ γε) m; recte μεγάλη δέ ARV Mut. Suidas. Denique B aut ut vulgo μάλα δέ γε, aut, sicuti Bentlejus conjecerat, μέγα δέ γε. Lectionem μεγάλη δέ probavit exemplisque stabilivit Porsonus. Vulgata scriptura πέφνκε tam apta et speciosa est, ut eam non mirer probatam esse Porsono, Beckio, Hermannno, Bekkero. Vereor tamen, ne πέφνκε grammatici conjecerint; altera enim lectio est difficilior. Quodsi vv. 1427—1429 verbotenus ex aliqua Euripidis tragodia sumti sunt, Futurum Tempus optime defendi potest. Vide infra ad v. 1431. Apte Bergler confert Hecub. v. 862. Ipse enim Aristophanes suis verbis de Alcibiade jam cognito dixisset πέφνκε, ut arbitror, non φανεῖται. Etiam Bothius πέφνκε a manu emendatrice esse statuit. Cur igitur non rēcepit φανεῖται? Hoc receptum est a Dindorfio.

V. 1430. εὖ δ' C. — Egrege jurat per Neptunum, recordatus cladis nuper ad Ephesum acceptae. Nec minus apte deinceps jurat v. 1433.

V. 1431—1433. Hos tres versus afferunt Suidas s. Οὐ χοῦ et s. Σκύμνος, tum etiam Anthologia Palatina X, 110 Vol. II p. 312, in qua praefixum est Αἰσχύλου atque secundo in versu legitur μὴ πόλει. Duo versus 1432. 1433 μάλιστα μὲν — ὑπηρετεῖν affert Plutarchus in Alcibiade c. 16. — Aristophanis libri plerique,

Αἰ. οὐ χοῦ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.

μάλιστα μὲν λέοντα μὴν πόλει τρέφειν.

ἦν δ' ἐκτραφῆ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Medium versum, μάλιστα μὲν — τρέφειν om. tres libri Parisini et Venetus, eiecitque hunc versum Brunckius refutante Plutarcho. Primus versus, οὐ χοῦ — τρέφειν quum in omnibus libris exstet, eundem legerat haud dubie etiam Plutarchus. Secundo versu F μάλιστα δέ pro μάλιστα μὲν. Tertio versu libri omnes ἐκτραφῆ. Plutarchus l. l. habet ἐκτρέφῃ. Scholiasta ad h. l. in explicatione ponit, εἰὰν δὲ ἀνατρέφῃ, eodemque modo Suidas s. Οὐ χοῦ, sed idem s. Σκύμνος habet εἰὰν δὲ ἀνατραφῇ. Plutarchi scripturam h. e. grammatici correctionem injuria probarunt Hermannus Opusc. II p. 332 et Dindorfius, vulgatam merito Paldamus, Bothius et, qui apte Valerii verbis *sic autem sit alitus* utitur, Suevernius. Nam catulus leonis atque adultus leo sibi opponuntur. Ita τράφῃ (adolevit) est ap. Hom. II. β', 661, ἐκτραφέτην ε', 555, ἐκτραφεῖην Eqq. v. 412. Corrupte Aldina scholii, ἐν τισι δὲ μετὰ τὸ πρῶτον παρήγαγε γράφεται, pejus codex [Θ] in Dindorfii Ar. Fr. p. 30 παρήνευκε γράμμα [sed V παρήγαγε



γράφας]. Pro verbis παρήγαγε γράφεται bene conjecerunt Hermannus ac Dobraeus παραγραφή, malim tanien παραγραφὴ γράφεται sive γέγραπται. Mox vitia ἀντακούειν ἐκείνου αὐτὸς ἢ λέγων ego et Dobraeus ita correximus ἀντι τοῦ ἀκούειν ἐκείνου αὐτὸς λέγων. [Ita nunc etiam Dindorfius.] Quare totum scholium hoc est, ἔν τισι δὲ μετὰ τὸ πρῶτον παραγραφὴ γέγραπται, ὥστε εἶναι τὸ μὲν πρῶτον ὁμολογουμένως Αἰσχύλου, τὸ δὲ ἐξῆς ἄδηλον τίνος. ἢ γὰρ Εὐριπίδης δις ἔστιν ἀποφηνάμενος, ἢ ὁ Διώνυσος ἀντι τοῦ ἀκούειν ἐκείνου αὐτὸς λέγων καὶ ταῦτα, ἐπεξεργαζόμενος τὸ παρ' Αἰσχύλου λεγόμενον· ἢ ὁ χορός. ἔν τισι δὲ ἐνός ἐστι τὰ τρία, τοῦ Αἰσχύλου, πρῶτον μὲν ἀποφατικῶς λέγοντος, τὰ δὲ ἐξῆς δύο μαλακώτερον ὑποτιθεμένου. [Recte puto Aldina τὸ δὲ ἐξῆς, i. e. unus versus 1432. Sin cum Veneto τοὺς δὲ ἐξῆς scripseris, Aeschyli versus 1433 ἦν δ' — in litris quibusdam male Baccho continuatus erat.] Ergo post primum versum οὐ χορὴ — τρέφειν in nonnullis codicibus erat sive linea miniata, sive duo puncta (:), mutatae index personae. Quare scholiastes ita censet, vel Euripidem, vel chorum, vel potius Bacchum, ut est curiosus, interloqui. Ac profecto etiam hoc loco, ut saepe, Bacchus interfatur. Etepiμ assumpta e scholiastae codicibus Bacchi persona in librorum lectione ne litera quidem mutari debet. Verum enim vero medius versus nondum ab ullo intellectus est. Neque enim Bacchus quidem λέοντα, ut Aeschylus, de leone bellua, sed nimirum de Leonte viro interpretatur,

Αἰ. οὐ χορὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν —

Διο. μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν.

Αἰ. ἦν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑψηρεῖν.

Μάλιστα μὲν significat maxime quidem, sicut in notissima formula μάλιστα μὲν — εἰ δὲ μὴ —. Dionysus quum semper facete interstrepit, tum h. l. Leontem exilio dicit multandum esse. Simillimus autem jocus est in Eqq. v. 1039. Jam vero intelligi debet Leon Atheniensis is, qui Ol. 92, 1 cum Diomedonte classis praefectus Chios pluribus proeliis vicit (Thucyd. VIII, 24). Paucis post mensibus iidem duumviri cum imperio Samum missi sunt (Thuc. ibid. c. 54. Cf. c. 55). Fuit autem hic Leon plebi acceptus ideoque infestus quadringentorum imperio (Thuc. ibid. c. 73). Mox tamen a militibus, quibus suspectus esse coeperat, praetura motus est (Thuc. ibid. c. 76). Sed quum Diomedontem Ol. 93, 2 inter X praetores relatum esse constet: illud tamen quaeritur, utrum etiam Leon in horum praetorum numero fuerit, necne. Palmerius enim Wesselingiusque ad Diodor. XIII, 74 atque Schneider ad Xenoph. Hellen. I, 5, 16 ut primum vidissent, unum e X praetoribus a Xenophonte modo *Leontis*, modo *Lysiae*, a Diodoro autem *Lysiae*, non etiam *Leontis* nomine appellari: Lysiae patrociniū ita susceperunt, ut Leontem inter X praetores fuisse omnino uegarent; quam opinionem supra attingi ad v. 1196. At non cogitarunt

viri summi, decimum ex illis praetoribus a Xenophonte ante pugnam ad Arginusas commissam constanter *Leontem* (Hellen. I, 5, 16 atque I, 6, 16). postea autem non minus constanter (ibid. I, 6, 30 atque I, 7, 2) *Lysiam* dictum esse. Ex quo consequitur, nihil de Leonte errasse Xenophontem, sed Leonti ab Atheniensibus paullo ante illam pugnam imperium abrogatum esse, suffecto in ejus locum Lysia. Quamobrem Athenienses Leontem hac poena affecerint, facile concluditur ex Hellen. I, 6, 16, ubi Cononi Mytilenen fugienti Leon comes imperiique socius additur. Etenim Conon tum a Callicratida triginta praeclaris navibus spoliatus est atque in ipsam urbem ejusque portum inclusus (vid. etiam Diodor. XIII, 77 sqq.). Atqui ad Mytilenen e X praetoribus hi soli imperarunt, Conon, Leon, Erasinides, Archestratus. Ex his omni crimine liberati sunt non solum Conon, verum etiam Erasinides (hic enim paullo post ad Arginusas imperium retinuit); Archestratus autem Mytilenis morbo absumptus erat, uti docet Lysias *Ἀπολογία Δωροδοκ.* p. 8, 3 B. Ergo hoc unum relinquebatur, ut Athenienses de triginta navium jactura deque obsidione a Leonte poenas repeterent. Atque hoc illud est, quod de hoc ipso Leonte uno post anno Ol. 93, 3 Aristophanes dicit, *μάλιστα μὲν Λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν*. Ita ne hoc quidem mirari licet, Leontem nostrum postea nullum amplius imperium gessisse (vid. Xen. Hellen. I, 7, 1 atque II, 1, 16). Sed etiamsi huic Leonti in X praetoribus nihil loci fuisset, vel sic tamen recte explicassem verum Aristophanis. Tum enim quisnam ille Leon fuerit, quidve commiserit, ut Athenis exterminandus esse videretur, dicerem me nescire; nec scire fas est omnia. Fuit autem Leontis nomen adeo frequens, ut vel in illorum temporum historia praeter nostrum tres minimum alii Leontes inveniantur. Concedo tamen, neque scholiastas h. l. recte explicasse (*μάλιστα μὲν*, inquit, *μὴ ἀνατρέφειν φρόνημα*, ubi corrigo *ἀνατρέφειν φρονηματίαν*), neque vero Plutarchum. Ac Plutarcho quidem quidnam acciderit, clare olim demonstravit Hermannus. Plutarchus, inquit, in suo codice lectionem invenit vulgatam, qua omnes tres versus 1431 — 1433 Aeschilo tribuantur. Hanc lectionem quum Plutarchus vidisset absurdam esse, neque ipse eam interpolare ausus esset: praetermisso versu 1431 solos 1432 sq. apposuit. Adeo ne Plutarchum quidem sententiam versus, *μάλιστα μὲν Λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν* perspexisse etiam ex eo patet, quod eo in versu ipse dicit Alcibiadem allegorice leonem appellari. Alia ratio Valerii Maximi reperietur, qui vix dubium est, quin versus 1431 et 1433 solos attulerit, medio versu plane omisso. Itaque apparet, medium versum 1432 in codice Aristophanis Valeriano aut Baccho tributum fuisse, sicuti in libris scholiastae, aut quemadmodum in Parisinis ac Veneto prorsus defuisse. Ita autem Valerius Maximus VII, 2, 7 de h. l. scribit: „Aristophanis quoque altioris est prudentiae prae-

ceptum, qui in comoedia introduxit remissum ab inferis Atheniensem Periclem, vaticinantem *non oportere in urbe nutriri leonem: sin autem sit alius, obsequi ei convenire*. Meinekio igitur Qu. Sc. I p. 49 (sive nunc Histor. Com. p. 127) et, si bene interpretor, jam ante Lobeckio (cf. Aglaopham. p. 818) visus est Valerius Periclem pro Aeschylō eo nominasse, quod a Ranis ad Eupolidis Demos aberrasset. Vide Demorum Fragm. IV—VII p. 3. 21 sq. 46 sqq. Rasp., ubi Periclis umbra loquitur. Hanc opinionem amplexus est Dindorfius De Aristoph. Fragm. p. 30. Suevernius vero (Æolfen p. 50 sqq.) coniecit in Demis Periclem de Alcibiade hoc ipso versu usum esse, οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν, et hunc Eupolidis versum postea ab Aristophane usurpatum esse. Postremo ego ipse in Act. Soc. Gr. V. I F. I p. 153 in Valerio conieci: „Eupolidis quoque —,“ opinatus Eupolin ante Aristophanem in Demis scripsisse, οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν. | ἦν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὕπηρεεῖν. Nunc autem explicatio hujus erroris esse mihi videtur simplicissima. Nam idem Aeschylus infra v. 1463 Τὴν γῆν ὅταν νομίσωσι — Periclis consilium repetit, quo in loco Suidas Aeschyli personae Periclem audacter substituit s. Περικλῆς: οὗτος συμβουλευέται Ἀθηναίους. „Τὴν γῆν ὅταν νομίσωσι —.“ Noster autem locus alio modo cum Pericli persona arctissime cohaeret. Verbis enim λέοντος σκύμνον leo dicitur ipse Pericles, catulus autem ejus Alcibiades est. Scilicet et Agariste, mater Pericli paullo ante, quam filius nasceretur, visa sibi erat in somnis leonem parere (Herodot. VI, 131. Plutarch. Pericl. c. 3 al.), et Alcibiadem in domo Periclis, cognati tutorisque sui educatum esse constat. Jam in Valerii codice ad v. λέοντος in margine adscriptum erat τοῦ Περικλέους, aut simili modo nominatus erat Pericles. Hinc Valerius putabat, hic in Ranis non Aeschylum loqui, sed Periclem. Quae si vere disputata sunt, Valerius de Eupolidis Demis ne somniavit quidem. Omninoque hunc locum Valerius parum diligenter excussit. Aeschylus enim non vaticinatur, sed suadet, necdum remissus est ab inferis. Non male tamen in h. l. conveniunt, quae deinceps addit Valerius: „Monet enim, ut praecipuae nobilitatis et concitati ingenii juvenes refrenentur: nimio vero favore ac profusa indulgentia pasti (?), quo minus potentiam obtineant, ne impediuntur; quod stultum sit et inutile, eas obtractare vires, quas ipse foveris.“ — Euripides infra v. 1443 sqq. et Aeschylus v. 1463 sqq. de Athenarum salute in commune consulunt, quem utrumque locum ab ipso Aristophane compositum esse apparet. Magna vero dubitatio est, utrum etiam v. 1431 et v. 1433 ab Aristophane primum compositi sint, an ex aliqua Aeschyli tragoedia derivati. Uni Aristophani hos versus tribuunt Schuetzius ad Aeschyl. Fr. p. 214 atque Suevernius Æolfen p. 47; Gataker autem in Misc. p. 504 et p. 858 contrariam profitetur sententiam. Praeterea Aeschylō hos versus assignant

quum Butler Welckerque, tum vero etiam Hermannus Op. II p. 333, quibus ipse assensus sum in Actis l. l. p. 151. Nemo certe Aeschyli ingenio illos versus dignissimos esse infitiabitur. Qui versus si Aeschilo recte vindicati sunt, consequitur, etiam v. 1427—1429 ex aliqua Euripidis tragoedia fluxisse. Utrobique enim de Alcibiadis revocatione agitur; ut consentaneum sit, aut utrosque versus e tragoedia petitos esse, aut neutros. Jam Anthologiae scriptor nostris versibus nomen praefixit *Αισχύλου*, cujus ita demum valeret auctoritas, si praeterisset medium versum 1432, quem certe ex unis Ranis sumere potuit. Reliquum est, ut criticorum de v. 1431. 1432 opiniones attingam. Secundum vulgatam horum versuum scripturam eadem sententia iisdem prope verbis absurde repetita est, eoque absurdus, quod catulus leonis et ipse leo ne distingui quidem posse videntur. Itaque Brunckius versum 1432 *μάλιστα μὲν — τρέφειν* deleuit, ratus eum a Plutarcho non agnosci, qui contra plane hunc ipsum versum tuetur. At Hermannus in Opusc. II p. 333 versum a Brunckio expunctum ita defendit, ut eum Baccho tribueret more suo inepte interloquenti, quae personarum distinctio in scholiis exstat. Atque hanc opinionem postea tenuit Hermannus in Diariis Lips. a. 1829. N. 204 p. 1627, eandemque nuper probavit G. Wagner Quaestt. De Ran. Aristoph. Spec. I p. 32. Ceterum Hermannus jure repugnaverat Suevernius Wolfen p. 52. Quid, quod illam conjecturam ipse Hermannus retractavit (Non videri Aeschylum *Ἰλίον πέρι* scripsisse p. 11). Quod enim hoc modo Bacchus dicet leonem, non catulum leonis in urbe haud nutriendum esse, id quam vim habeat quoque spectet, intelligi non potest. At quod idem Hermannus nunc Brunckio adsentitur, ne illud quidem fieri potest, ut versus jam a Plutarcho inventus temere deleatur. Itaque, si ullus utique versus, non certe alius quam v. 1431 deleri poterit. Atque hunc ipsum versum Dindorfius De Aristoph. Fr. p. 35 removere ita studuit, ut duplicem fingeret Ranarum recensionem, in quarum priore scriptum fuerit,

*ΑΙ. μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν·*

*ἦν δ' ἐκτρέφῃ τις, τοῖς τρώποις ὑπηρετεῖν,*

in posteriore autem,

*ΑΙ. οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.*

Sed haec quidem Dindorfius non satis considerate. Neque enim eadem utriusque tragici de Alcibiade sententia est, sed potius in contraria tendunt, negante Euripide Alcibiadem revocandum esse, quod ipsum Aeschylus affirmat. Quare posteriori recensionem saltem hos versus tribuere debebat,

*ΑΙ. οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν·*

*ἦν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρώποις ὑπηρετεῖν.*

Alio modo ego ipse in Actis l. l. p. 150 eundem versum 1431 tollere studui, quem conjiciebam e margine et scholiis in textum se insinuasse. Hunc enim versum tum quidem uni Aeschylo poetæ tribuebam, non item Aristophani. At hunc versum testes omnes omnesque libri tuentur. Tum aptissime sibi invicem oppositi sunt λέοντος σκύμνον atque ἦν δ' ἐκτραφῆ τις. Eundem versum οὐ χρῆ — τρέφειν spurium esse censuit etiam Boissonadius. Denique Seidler, uti ab Hermanno comperi, scribere voluit,

Αἰ. οὐ χρῆ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν.

Διο. μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν,

ἦν δ' ἐκτραφῆ τις; Αἰ. τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Ceterum Seidlero non magis, quam ego, assentitur Hermannus.

V. 1434. ὁ μὲν γὰρ σοφῶς Juntina I; ὁ μὲν σαφῶς γὰρ edd. Ven. I et Raph. itaque Scal. Exc. „ὁ μὲν σαφῶς alii.“ Suidas s. Οὐ χρῆ haec affert perturbate, δυσκρίτως μὲν γ' ἔγω, σοφῶς γὰρ εἶπεν, ὁ δ' ἕτερος σαφῶς. Ibidem et s. Σκύμνος male explicat, σοφῶς μὲν ὁ Δισχύλος, σαφῶς δὲ ὁ Εὐριπίδης. Immo σοφῶς dixit Euripides ὁ σοφός, contra σαφῶς Aeschylus, cujus Aristophanes sententiam probabat, ut Alcibiadi revocato imperium redderetur.

V. 1436. ἔχeton] ἔχε τὴν Mut.

V. 1437—1441. Nominativum absolutum, quo v. 1437 offensi Bergler, Koenius et Paldamus non bene conjecerunt περιώσαι, agnoscit Gregorius Cor. p. 151 Sch., ubi unus codex exhibet λεώκριτον. Hoc et sequente versu etiam Suidas utitur s. Λεώκριτος, ubi libri omnes Λεώκριτον. Cleocriti obscurior memoria est, atque adeo duo eodem tempore Cleocriti, archon et praeco exstitisse videntur. Nam scholiasta ad Avv. 876 de Cleocrito scribit, καὶ ἴσως ἕτερος ἂν εἴη τοῦ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Δήμοις καὶ Κόλαξι. Cleocritum Atheniensem memorat Xenophon Hellen. II, 4, 20. Noster Cleocritus homo non minus gracilis atque procerus fuit, quam Cinesias, ut recte scholiasta ad h. l. ὡς λεπτός σφόδρα ὦν (scil. ὁ Κλεόκριτος) κομφοδεῖται καὶ ὡς ξένος καὶ ὡς κόλαξ (quod etiam κόλαξ dicitur, id apte cadit in Eupolidis Κόλακας). ἐμνήσθη δὲ τοῦτον τοῦ Κλεοκρίτου καὶ τοῦ Κινησίον ὡς ὁμοφρονούντων. Male Suidas s. Λεώκριτος — ὡς λεπτός ὦν σφόδρα ὁ Κινησίας κομφοδεῖται καὶ ὡς ξένος καὶ ὡς κόλαξ haec transfert ad Cinesiam, qui fuit Atheniensis. Cleocriti gracilitas ridetur etiam in Avv. 876, ubi Didymus Cleocritum illudi statuit ut mollem et pathicum. — V. 1438. αἰροῖαν Gm et fortassis Elb.; αἰρεῖ ἐν αὐρα Mut. F; αἰροῖ ἐν αὐρα Poggianus. — V. 1440. Edd. ante Brunckium (praeter Junt. I) εἰ ναυμαχοῖεν ἂν, κατέχοντές τ' ὀξίδας et sic G; sed εἰ ναυμαχοῖεν δὴ κατέχοντές τ' ὀξ. Mut. F; εἰ ναυμαχοῖεν κατέχοντές τ' ὀξ. E; εἰ ναυμαχοῖεν κατέχοντες ὀξ. A et qui κατέχοντες C; κατέχοντες ὀξ. etiam scholiasta. Recte Brunckius, εἰ ναυμαχοῖεν,

κατ' ἔχοντες ὄξ. et sic RVm ed. Junt. I. — V. 1441. εἰς pro ἐς Elb. schol. — V. 1442. Libri omnes recte ἐγὼ μὲν — . Brunnkius ἔτερον μὲν — edidit invitus. — Personae v. 1437—1442 vulgo sic distinguuntur, Εὐρ. εἴ τις περὶώσας — ὑπὲρ πλάκα (v. 1437 sq.); Διο. γέλοιον — τίνα; (v. 1439) Εὐρ. εἰ πανμαχοῖεν — θέλω φράζειν (v. 1440—1442). Sed Ravennas et Harlejanus v. 1442 ἐγὼ — φράζειν dant Aeschylo. Tum e scholio ad v. 1452 — τὴν ἐκείνων ἀθιέτησιν, ἐν ᾗ φαίνεται τὰ μὲν πρότερα Λίσχυλος λέγων, τὰ δὲ ἐξῆς Εὐριπίδῃς, fuisse apparet, qui v. 1437 et 1438 atque v. 1440 et 1441 Aeschylo tribuerent. Quae personarum turbae fontem habent communem. Nam ut nova persona v. 1442 ἐγὼ μὲν — recte incipere posset, alii primos quatuor versus, alii proximos inde a v. 1442 Aeschylo, non Euripidi adjudicabant. At vero ut Aeschylum omittamus, qui multo post demum sententiam rogatur, ne Euripidem quidem, ut vulgo, haec loqui posse in oculos incurrit. Primum enim Euripides antea non potest loquutus esse, qui v. 1442 sic ordiatur, ἐγὼ μὲν (formula est loqui incipientium, ut ap. Aeschyl. Agam. v. 1348, Lucian. Jov. Trag. c. 5). Deinde Euripides modo v. 1435 unicam proferre sententiam jussus unius loco non potest duas expromere, id quod tamen facit. Postremo omnium minime potest in re tam seria, quum reditus ad superos agatur, scurriles istos jocos de hominum volatu movere, qui Euripidis persona indignissimi sunt. At enim ludicra ista joca tribuenda sunt Dionyso, praeter quem nemo exstat, cui v. 1437—1441 assignari possint, ipse autem in tota comoedia ejusmodi est, ut hae nugae ab ejus persona minime abhorreant. Deinde v. 1453 τὰς δ' ὀξείδας Κηφισοφῶν ipse Aristophanes docet, quae de acetabulis supra dicta sunt, ea non alium ullum, nisi novum Cephisophontem, id est Bacchum protulisse. Denique Bacchus Euripidem etiam supra v. 1399 sq. incite adjuvat. Jam dudum enim vidit, premi Euripidem, laborare atque in eo esse, ut ab Aeschylo vincatur. Quod nisi Bacchus v. 1437 sqq. Euripidi ingenium suum suppeditasset, vix, credo, ita quaesivisset ex Euripide v. 1452 παντὶ πρότερόν τός εἶδες, ἢ Κηφισοφῶν. Quamobrem personarum vices in hunc modum correxi,

Διο. — ἀλλ' ἔτι μίαν γνώμην ἐκάτερος εἶπατον  
περὶ τῆς πόλεως, ἥτις' ἔχeton σωτηρίαν.

εἴ τις περὶώσας Κλεόκριτον Κινησίαν,  
αἵροιεν αὐταὶ πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.

Εὐρ. γέλοιον ἂν φαίνοιτο· νοῦν δ' ἔχει τίνα;

Διο. εἰ πανμαχοῖεν, κατ' ἔχοντες ὀξείδας,  
φαίνοιεν ἐς τὰ βλέφαρα τῶν ἐναντίων.

Εὐρ. ἐγὼ μὲν οἶδα, καὶ θέλω φράζειν.

Quum enim oratio nimis abrupta sit, non dubito, quin post versum 1436 unus versus interciderit, veluti Εὐρ. ἄγε δὴ τίς ἔσται μηχανή; Διο. καὶ δὴ φράσω· | εἴ τις —. Cf. supra v. 1399, Thesm. v. 765, Avv. 1647. Eo scilicet loco signa lacunae ponere malui, quam uno versu post, ut olim conjeceram,

Διο. — εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίαν,  
(ἔγωγ' αὖ ἔλεγον) εἴτε' ἀφείη, τὼ δέ γε  
αἰθροῖεν αὐραὶ πελαγίαν ὑπὲρ πλάνα.

Jam vero versus 1437—1441 certissime ipsius esse Aristophanis, ex iis efficitur, quae de Cleocrito, Cinesia, Cephisophonte tradita sunt, uti jam in Actis l. l. p. 154 sq. ostendi. Nam Cinesiae gracilitatem exprobrari recte animadvertit Bergler allato Athenaeo XII p. 551, d, nec minus commode addidit G. Wagner l. l. p. 50, simul ad dithyrambos Cinesiae alludi. Dithyrambica enim Cinesiae poësis in aëre quasi volare dicitur in Avv. 1372 sqq. Cf. Pac. v. 795. Omnino saepe aërem crepabant dithyrambici. Ergo volaticus poëta videbatur esse posse loco alarum. Quum igitur Bacchus loquatur, ne volatici quidem homines excusari nequeunt. Ita apud Plautum in Poenulo II, 1, 25 sqq. Anthaemonides miles lenoni multa narrat de pugna pentethronica, qua sexaginta millia volaticorum hominum uno die manibus occiderit suis. Jam Strepsiadis in Nub. v. 738 sqq. consilia multo stultiora sunt, quam hoc Dionysi, in quo plurimum inest leporis. Etenim Cinesiae Cleocritique ridetur etiam ignavia. Quippe finguntur in aërem sublimes abire atque navalem pugnam ita conserere, ut ipsi extra teli jactum in tuto sint acetoque hostium oculos conspergant. Suspicio hos duumviros proelio ad Arginusas non interfuisse. Ac profecto imbellem hominem fuisse Cinesiam quum aliunde constat, tum e Lysia Ἀπολογ. Δωροδοκ. p. 20, 5 B. Denique Cephisophon quum et adjuvare in scribendo Euripidem dictus sit et Ol. 93, 3 adhuc vixerit (vide supra ad v. 944), apparet hominem v. 1453 propter inutilem operam olim Euripidi praestitam facetissime irrideri. Ceterum vulgatae scripturae vitia jam Aristarchus et Apollonius perspexerunt. Scholiastes ad v. 1437 ἀθετεῖ δὲ τοὺς πέντε ἐφεξῆς στίχους ἕως τοῦ ἡρᾶναιον εἰς τὰ βλέφαρα τῶν ἐναντίων Ἀρίσταρχος. ὅτι φορτικώτεροί εἰσι καὶ εὐτελεῖς, διὰ τοῦτο ὑποπτεύονται. Ἀπολλώνιος δὲ οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι οὐ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἔχουσί τι. ἐρομένων (immo, ut in Actis l. l. p. 154 correxi, αἰρομένων) δὲ αὐτῶν ἑκάτερος μίαν γνώμην λέγει. Ad v. 1440. ταῦτα δὲ τὰ ἡθετημένα μετριῶς ἂν τις νομίσαιεν ἐνδιεσκεπᾶσθαι· καὶ γὰρ ἔστι φορτικά. τὰ δὲ ἐξῆς κείμενα πρέποντα καὶ τῷ ποιητῇ καὶ τῇ ὑποθέσει. Ad v. 1452. συναθετεῖται τοῖς ἄνω καὶ οὗτος. μένων γὰρ ἀκριβεῖ τὴν ἐκείνων ἀθέτησιν —. Sic Aldina, sed codex [Θ] in Dindorfii Ar. Fr. p. 32 μόνον γὰρ κυροὶ [V ἀκυροὶ pro ἀκριβεῖ]. Scribe, συναθετεῖται τοῖς ἄνω καὶ τοῦτο· μένων γὰρ ἀκυροὶ — (καὶ τοῦτο

scil. v. 1452 et v. 1453). Ergo Aristarchus Apolloniusque obelo hos versus notaverant v. 1437—1441 (ἐλ' τις — τῶν ἐναντιῶν), tum etiam v. 1452 et v. 1453 (ταυτι — ὀξίδας Κηφισοφῶν). Multis autem indiciis patet, Aristarchum hos versus non Aristophani, sed primarum aetatum criticis tribuisse, de quibus et ipsis verba διασκευάζειν et ἐνδιασκευάζειν ponuntur. Nam in scholiis ad Iliadem Venetis saepe memorantur diasceuastae, de quibus neque Wolfio assentior in Prolegom. p. CLII, neque Heynio Vol. V p. 428; postremo Heinrichii dissertationem ego non magis vidi, quam vidit Lobeckius Aglaoph. p. 332. [Melius disputavit Lehrsius De Aristarcho p. 348—352.] Nimirum hoc nomine dicuntur critici Homerici, quum ii qui Pisistrati jussu Homerica carmina primum ordinarunt, tum etiam ii critici, qui Pisistratum inter atque Aristophanem Byzantium aetate interjecti sunt. Posteriorum quidem criticorum recensiones ipse Wolfius alio loco enumeravit p. CLXXIV sq. Zenodotus enim Ephesius in diasceuastarum numero diserte reponitur (schol. ad π', 666). Hi igitur diasceuastae plerumque dicuntur versum unum pluresve temere Homero supposuisse, veluti ad θ', 73. π', 97—100. ibid. ad v. 666. σ', 356. τ', 327. ibid. ad v. 400. υ', 269. ω', 130. Cf. etiam ad β', 807. μ', 371. ω', 109. Certum est igitur, versus quosdam his diasceuastis deberi; certum etiam, eodem modo interpolata esse carmina Musaei (cf. Herodotus VII, 6), et Hesiodi, de cujus interpolatione vide Pausaniam II, 26, 6. In Aristophane quidem senarius Avv. 1333 a grammatico Aristophane lacunae explendae causa insertus esse dicitur, ut monui ad Thesmoph. p. 52. Ubi enim versus excidissent, diasceuastae potius utebantur signis lacunae (vide schol. Ven. ad Vespas v. 1281). Aristarchi Apolloniiue iudicium Bentlejus, Kuster, Brunckius et Welcker sequuti sunt. Hermannus quum in Diar. Lips. I. I. p. 1626 v. 1437—1441 (et 1452. 1453) secundae Ranarum editioni, non etiam primae tribuisset, nuper (Non videri Aeschylum Ἰλίου πέποιν scripsisse p. 11) Aristarcho planissime assensus est. Dindorfius De Aristoph. Fr. p. 35 invenisse se ait medelam certissimam. Nam versus continuos 1436. 1442 sqq. (expunctis versibus 1437—1441 et versibus 1452. 1453) primae Ranarum editioni tribuit; contra continuos versus 1436—1441 (expunctis versibus 1442—1450) secundae dat Ranarum editioni. Ego sic intelligo, in neutra editione joca et nugas protulisse Euripidem. Et quomodo tandem Euripides in secunda editione v. 1453 dicere potuit, ἐγὼ μόνος τὰς δ' ὀξίδας Κηφισοφῶν, siquidem nihil aliud, nisi unicum istud de acetabulis consilium supra dederat? Ita vero Euripides ipse nihil invenisset, Cephisophon omnia. Postremo duplex Ranarum editio ab hac tota causa longe abhorret, tum propter Aristarchi auctoritatem, qui suspectos versus diasceuastis tribuit, tum ob gravissimas rationes generis historici. Ita autem scriptum est in Argumentis Ranarum, οὗτω δὲ ἔθαν-



μάσθη τὸ δρᾶμα διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παρὰβασιν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη, ὡς φησι Δικαίαρχος. Hic locus multos delusit, e quibus vir doctissimus fieri potuisse scribit, ut ne aequales quidem, sed posterius secundam editionem in theatro spectaverint. Vera ego olim docui in Quaesit. Aristoph. p. 112, ubi Aristophanem professus sum Ranas nihil, vel paullum aliquid mutatas postridie ejus diei repetivisse. Atque etiam F. Ritter, si recte memini, alicubi in Zimmermanni Studiis Antiquitatis dixit Ranas eisdem Lenaeis iterum editas videri. Qui secus statuerit, eum necesse est illorum temporum historiam penitus nescire. Nam Dicaearchus nihil aliud dicit, quam Aristophanem Ranas iterum docuisse; quo autem tempore, festo, die hoc factum sit, non docet. Atqui plurima, quae leguntur in Ranis et vel in illa ipsa parabasi v. 686 sqq., ejusmodi sunt, ut paucis post mensibus plane absona fuerint et a praesenti reipublicae conditione alienissima. Accedit, quod paullo post Athenis a Lysandro expugnatis, saeviente jam XXX tyrannorum imperio, ne dari quidem fabulae scenicae potuerunt. Haud longe a vero puer abfuit G. Wagner l. l. p. 12, cui Ranae ejusdem anni Ol. 93, 3 Dionysiis majoribus videntur repetitae esse. At ne sic quidem haec comoedia iterari, nisi multis locis mutatis potuisset: atqui posterioris cujusdam recensionis (*Βατράχων β'*) nullum usquam vestigium existat. Cumuli loco argumentum addamus certissimum. In Vita Aristophanis haec leguntur: *Μάλιστα δὲ ἐπηνέσθη καὶ ἐστεφανώθη θαλλῷ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας, ὃς γενόμενος ἰσότιμος χρυσῷ στεφάνῳ, εἰπὼν ἐκεῖνα ἐν τοῖς Βατράχοις (v. 686) περὶ τῶν ἀτίμων „τὸν ἱερὸν —“*<sup>a</sup>. Consentient haec cum Dicaearchi memoria, quam egregie illustrant. Namque epirrhema illud Atheniensium animos adeo inflammaverat, ut ideo et totam fabulam iterum dari juberent, et ipsum Aristophanem coronae honore afficerent. Quae quum vinculo inter se cohaereant arctissimo atque ab eodem Atheniensium studio recentique animorum ardore profecta sint: Aristophanes non magis multo post iterare Ranas suas potuit, quam multo post coronatus est. Ex iis, qui ab Aristarcho dissentiunt, Dobraeus atque Bothius transponi versus suspectos voluerunt, non deleri, Suevernius autem (*Bögel* p. 68 adnot.) hoc certe intellexit, versum 1442 *ἐγὼ μὲν οἶδα* — secundum vulgatam lectionem sententiarum nexui repugnare. Deteriore in loco sunt G. Wagner l. l. p. 54 et, sicut mihi Hermannus scribit, ipse A. Seidler, qui omnes versus, uti vulgo scripti, distincti, intellecti sunt, excusare non dubitarunt. Postremo ego ipse in Act. Soc. Gr. V. I F. I p. 154 sqq. non male de h. l. meritis esse videor. Nam et Aristarchum errasse ostendi, neque ullo modo fieri posse, ut jocos tam scurriles afferat Euripides. Sed qui nondum vidissem, v. 1437 sqq. Bacchum loqui, coactus sum nugas istis sententiam commodam Euripideque dignam substituere. Conjeci igitur, Cleocritum et Cinesiam naves atticas fuisse, vulgarem opinionem sequutus.

Namque omnes etiamtum Scheffero credebamus, qui Romanorum more Graecos quoque navibus suis a viris pariter atque a feminis nomina dedisse scripsit, malo usus auctore Palaephato c. 29. At postea Rossius Athenis praeclaram de re Atheniensium navali inscriptionem reperit, quam nuper Boeckhiius luculento commentario instructam edidit. In quibus monumentis quum ingens navium atticarum numerus afferatur, tamen omnia omnium navium nomina generis sunt feminei. Quin cum hac ratione etiam locus Eqq. v. 1299 sqq. convenit, ad quem accuratius de hac re disputabo.

V. 1443—1452. Hos versus affert Suidas s. *Σαφέστερον*.

V. 1443. iterum *Λ* praefigit m.

V. 1444. edd. ante Kusterum, τὰ δ' ὄντ' ἄπιστα πιστά; sed recte Kuster τὰ δ' ὄντα πιστ' ἄπιστα et sic RVF Mut. scholiasta et Suidas. Fortasse corrector ob v. 1446 sqq. ita fere conjecerat,

ὅταν τὰ νῦν μὲν πιστ' ἄπισθ' ἡγάμεθα,  
τὰ δ' ὄντ' ἄπιστα πιστά,

inepte offensus rhetorica membrorum inversione. Ceterum recte iudicat Bacchus, haec *σοφῶς*, minime vero *σαφῶς* dicta esse.

V. 1445. Hunc unum versum affert Suidas etiam s. *Ἀμάθητος*. Taurus philosophus ap. Gellium N. A. XII, 5 »dicam ego indoctius, ut ajunt, et apertius — nosti enim, credo, verbum illud vetus et pervulgatum, »ἀμαθίστερόν πως εἶπε καὶ σαφέστερον.« Ubi λέγει post *σαφέστερον* recte delet Stephanus. Res eodem redit, sive Tauro assentiens proverbium hoc ipso Aristophanis versu contineri statuas, sive credas scholiastae ad h. l. et utrobique Suidae, qui proverbium ipsum simillimo versu comprehendunt, *Σαφέστερόν μοι ἀμαθίστερον φράσον*. Ad Aristophanis versum alludit Eustathius p. 602, 11.

V. 1446. iterum *Λ* praefigit m. Recte doctoque scholiasta de v. 1443 sq. ὅταν, φησὶν, οὗς νῦν ἔχομεν παρερωμένους — ἐξῆντο πρὸς τὰ κοινά.

V. 1448. *χρησαίμεθα*, *σωθείμεν* ἂν recte Dindorfius et sic Rav. Borg. Sic etiam Suidas, in quo tamen τούτοις *χρησαίμεθα* codices; *χρησαίμεθ'* (*χρησαίμεθ'* Junt. I) *ἴσως σωθείμεν* ἂν edd. ante Brunckium et G; *χρησαίμεθ'* (*χρησαίμεθ'* F) *ἴσως σωθείμεν* ἂν ACEFm; Dawesius Brunckiusque conjecerunt *χρησαίμεθ'* *ἴσως σωθείμεν* ἂν et sic V Mut. Absurdum videtur *ἴσως*, quum sequatur πῶς — οὐ σωζόμεθ' ἂν; H. l. *ἴσως* interpolatio est, non, ut alibi, nota variae lectionis. Ceterum male Porsonus ad h. l. formam *σωθείμεν* repudiat vel in Menandro ap. schol. ad Avv. 373 sive Suidam (s. *Ἀπείχθεια*)

••Οὗχ' ὅθεν ἀκολόμεθα, σωθείμεν ἂν,

quo in versu recte Toupius favente Suida *ἀκολόμεθα* scripsit, non ut est apud scholiastam *ἀπολλόμεθα*. Sententiam vero bene perspexit Por-

sonus, bene etiam versum interpunxisse videtur. Cf. simillimum locum Plutarchi in Eumene c. 2. Ὁ δὲ πανούργος ὢν καὶ πιθανὸς ἐπαχθίσηεν οἷς ἀπώλλυτο, σώζειν ἑαυτὸν.

V. 1449. Hunc et sequentem versum ejici voluit Dindorfius, refutatus ab Hermannno, qui docet multis planeque perspicuis verbis utendum esse ob Bacchi tarditatem v. 1445, ita ut argumentum ab opposito recte addatur. — Libri omnes, εἰ νῦν γε δυστ. praeter Mut. qui εἰ νῦν γὰρ γε δυστ. Etiam Suidas vulgatam tuetur, apud quem tamen unus codex οἱ νῦν γε δυστ., alius εἰ δὲ νῦν γε δυστ. Ego olim conjeceram, εἰ νῦν ἐδυστυχοῦμεν —, Hermannus autem modo εἰ μὲν γ' ἐδυστυχοῦμεν —, modo (ut fere Mut. habet) εἰ νῦν γὰρ ἐδυστυχοῦμεν — simili transpositione ac supra v. 1434 At nihil mutandum est, quandoquidem hoc vult, εἰγε νῦν δυστυχοῦμεν —.

